PROSPERI FAGNANI

COMMENTARIA IN SECVNDAM PARTEM QVINTI LIBRI DECRETALIVM.



ROMAE, Expensis Ioannis Casoni. MDCLXI.

Ex Typographia Iacobi Fei And. F.

CVM PRIVILEGIIS, ET SVPERIORVM PERMISSV.

RVBRICAE.

ET CAPITVLA

HVIVS SECVNDAE PARTIS

LIBRI QVINTI

Decretalium.

Per

PRO-

PROSPERI FAGNANI
COMMENTARIA
IN SECVNDAM PARTEM QVINTI LIBRI
DECRETALIVM.

DE EXCESSIBVS Prælatorum, & Subditorum.

Cap. Sicut vnire.

SVMMARIVM.

1 *ABBAS monasterium suũ alteri monasterio subijcere, vel vnire non potest sine auctoritate diœcesani etiã de Metropolitani consensu.*
2 *Inter potestatem Papæ, & potestatem Episcoporum quæ sit proportio.*
3 *Papa potest Episcopatus vnire etiam sine causa, & sine alicuius consilio, vel consensu.*
4 *Papa non consueuit, nec potest ardua expedire sine consilio Cardinalium de potestate ordinaria, secus de potestate absoluta.*
5 *Vnio, & subiectio Episcopatuum est soli Papæ reseruata.*
6 *Concilium prouinciale debet examinare quas Cathedrales inuicem vnire, vel nouis prouentibus augere expediat.*
7 *Casus Papæ reseruati qui sint remissiuè.*
8 *Archiepiscopus licèt sit iudex ordinarius suorum Suffraganeorum, nullam tamen iurisdictionem exercere potest in eorum diœcesibus nisi in casibus in iure expressis.*
Metropolitanus Episcopo nolente, aut negligente non potest vnire beneficia simplicia Præbendis Canonicalibus, ibidem.
9 *Episcopus auctoritate propria potest duo monasteria suæ diœcesis non exempta inuicem vnire, aut vnũ alteri subijcere.*
10 *Beneficia vnius diœcesis ex quacumque causa ab Episcopo vniri non possunt beneficijs alterius diœcesis*
11 *Vnio Ecclesiarum exemptarum cuius auctoritate sit facienda.*
12 *Vnire an possit Prælatus inferior Ecclesias sibi pleno iure subiectas, & nn. seqq. vsque ad n. 19.*
13 *Quid si Prælatus sit exemptus.*
14 *Et quid si in certa parte diœcesis iurisdictionem habeat Episcopalem, & n. n. 16. & seqq.*
15 *Et quid si facultatem vniendi acquisierit præscriptione, vel priuilegio.*
16 *Vnire est iurisdictionis Episcopalis.*
Prælatus inferior habens in loco iurisdictionem quasi Episcopalem potest explicare omnia, quæ ad Episcopalem iurisdictionem pertinent, ibid.
17 *Prælatus inferior dicitur habere iurisdictionem quasi Episcopalem si habeat Ecclesias sibi pleno iure subiectas.*
18 *Abbates exempti, & iurisdictionem ordinariam quasi Episcopalem habentes non possunt vnire beneficia simplicia præbendis Canonicalibus in vim c. 15 sess. 24. Conc. Trid.*
19 *Vnire an possit Episcopus beneficia propter suam negligentiam ad Sedem Apostolicam deuoluta, & nn. seqq.*
20 *Vnio concernit proprietatem beneficij, collatio verò titulum.*
21 *Vnio non est actus omnino voluntarius, sed requirit causam vtilitatis, vel necessitatis.*
22 *Vnire an possit Episcopus beneficia Sedi Apostolicæ reseruata, vel affecta, & num. seqq. vsque ad n. 38.*
23 *Vnio facta ab Episcopo de beneficio reseruato suspenditur donec Papa contulerit, & prouisus Apostolicus beneficium dimiserit.*
Declaratur n. 25 & 33.
24 *Vnio non sortitur effectum in præiudicium expectantis, sed manet in suspenso vsque ad illius obitum, vel resignationem.*
25 *Quod procedit si gratia expectatiua præcedat vnionem; sed si vnio præcedat gratiam, vel reseruationem, collatio Apostolica est nulla non facta mentione vnionis.*
26 *Et quid si collatio facta fuerit motu proprio.*
27 *Vnionibus Papa non consueuit derogare in vaca-*

tionibus per obitum, sed ex causa resignationis duntaxat.

28 *Clausula suspensiua quarumcumque vnionum in litteris resignationis suspendit etiam vniones factas Seminario.*

Vnio de beneficio viuentis valet, sed suspenditur si contingat illud resignare, & resignationem admitti per Sedem Apostolicam, ibidem.

29 *Vnire non potest Episcopus beneficium reseruatum dispositioni, seu ordinationi Apostolicæ.*

30 *Idem in reseruato collationi, vel prouisioni Papæ si reseruatio sit perpetua.*

31 *Vnire potest Episcopus ex Concilio Tridentino beneficia curata, vel non curata cum curatis qualitercumque sint reseruata, vel affecta.*

32 *Et quid in reseruatis dispositioni, vel ordinationi Apostolicæ.*

33 *Vnire potest Episcopus dignitati curatæ aliam dignitatem.*

34 *Non tamen vnire potest Hospitalia etiamsi dentur in titulum, & in eo nulla exerceatur hospitalitas.*

35 *Vnire potest Episcopus beneficia simplicia etiam reseruata, vel affecta præbendis Cathedralium, vel Collegiatarum Ecclesiarum.*

36 *Item Seminario Clericorum.*

37 *Et quid post decretum Clementis VIII.*

38 *Cardinalis Episcopus an vnire possit Seminario ante vacationem ea beneficia, quæ si ipso viuente vacarent, non obstantibus reseruationibus ad suã collationẽ pertinerent, & n. seqq. vsq. ad n. 47*

39 *Vnire potest Episcopus in vim Concilij Seminario Clericorum beneficia etiam tempore vnionis reseruata, vel affecta, & n. 43.*

40 *Clementis VIII decretum de beneficijs affectis Seminario non vniendis expenditur, & n. seq.*

41 *Indultum Cardinalium non ampliat potestatem ordinariam conferendi, sed præseruat tollendo obstacula. & n. 46.*

42 *Casus euentitij attendi, & considerari non debent.*

43 *Verba, vacare contigerit, sunt futuri temporis, & excludunt vacantia.*

45 *Ratione legis cessante an cesset illius dispositio.*

47 *Cardinalis Episcopus habens indultum an vnire possit Seminario beneficia duplici reseruatione personali reseruata, vel affecta non obstante Decreto Clementis VIII. & n. seqq. vsque ad n. 51.*

48 *Indultum Cardinalium non comprehendit beneficia reseruata duplici affectione personali, seu æqualis, & n. 50.*

Et quid si reseruationes sint dispares, ibidem, vers. Sin autem.

49 *Litteræ D. N. Vrbani VIII. declaratoria Decreti Clementis VIII. de beneficijs affectis Seminario non vniendis referuntur.*

51 *Vnio beneficij litigiosi facta Seminario ad præscriptum Concilij Tridentini an sit valida, necne, & n. seqq. vsque in fin.*

52 *Beneficium an ratione litis censeatur affectum.*

53 *Beneficium esse litigiosum minus est, quam esse reseruatum.*

54 *Lis super beneficio est qualitas suspensiua, & velut inhibitio temporalis, qua manus Ordinarij ligantur, vt interim non conferat.*

55 *Collatio beneficij litigiosi pendet à futuro litis euentu.*

56 *Dictio,* etiamsi, *ampliat dispositionem, & implicat casum magis dubitabilem.*

57 *Reseruatio ob vacationem in Curia est clausa in corpore iuris, & nulla maior, aut potentior inuenitur.*

58 *Rotæ decisio in causa Cordubensi super vnione beneficij litigiosi refellitur.*

59 *In differentibus specie in eo, quod plus est, non continetur id, quod minus est.*

60 *Litigium, & reseruatio in quibus differant.*

61 *Quæ differunt in quantitate temporis non differunt specie.*

62 *Vnio in quibus differat à collatione.*

63 *Concursus requiritur in Parochialibus etiam litigiosis.*

64 *Vnire an possit Episcopus Seminario beneficia litigiosa non obstante Decreto Clementis VIII. prohibente fieri vniones de reseruatis, vel affectis.*

1 SICVT VNIRE. Abbas monasterium suum alteri monasterio subijcere, vel vnire non potest sine auctoritate Diœcesani etiam de Metropolitani consensu. Hoc dicit. Diuiditur in tres partes. In prima ponit quamdam similitudinem. In secunda narrat factum, quod infirmari mandat ibi, *cum itaque*. In tertia soluit obstaculum ibi, *non obstante*.

2 Nota primò ex principio textus similitudinem, & proportionem inter potestatem Papæ, & potestatem Episcoporum: nam quemadmodum spectat ad Papam vnio, & subiectio Episcopatuum in Ecclesia vniuersali, ita ad Episcopũ pertinet vnio, & subiectio inferiorum Ecclesiarum in sua diœcesi, vt hic est casus. Vnde videtur desumi posse argumẽtum, vt possit Episcopus in diœcesi sua quicquid potest Romanus Pontifex in tota Ecclesia; quod non est verum secundum Vincentium, & Petrum de Anchar. hic in primo not. & scripsi latissimè in cap. 1. à nu. 28. supra de offic. ordin. similitudo enim hic posita, vt aduertit Cardinalis nu. 3. in prima opposit. in hoc consistit: quod sicut Papa solus potest Cathedrales Ecclesias vnire priuatiuè ad Episcopos, ita Episcopi soli vnire possunt Ecclesias suæ diœcesis priuatiuè ad inferiores Prælatos. Atque ita similitudo inducitur non ad comparandum potentiam Papæ potentiæ Episcoporum quoad magnitudinem, sed quoad excludendos inferiores; in reliquis autem similitudo non est om-

3 nimoda: nam in vnione Episcopi requiritur causa, vt cap. 1. de his, quæ fiunt à Prælat. & cap. 1. de reb. Eccles. non alienand. sed Papa etiam sine causa potest, secundum Cardinal. vbi supra, & Abb. in 2. notab. Præterea Papa potest Episcopatus vnire sine alicuius consilio, vel consensu, cap. Cuncta per mundum, & cap. Per principalem, 9. q. 3. & arg. cap. fin. infra eod. Episcopus autem hoc nõ potest absq; consensu Capituli, vt est textus in cap. Pastoralis, in fine, de donat. & hodie est expeditum in Clem. Si vna, de reb. Eccles. non alienan. Rota decis. 133. n. 2. 9. & 10. par. 2. diuers. vbi plenè videas de huiusmodi consensu; quam differentiam constituit hic Vincentius, & post eum Host. & Ioa. Andr. ambo n. 1. in ver. Ita Henric. Boich. in princip. Cardin. nu. 3 in prima opposit. Anchar. nu. 1. & Abb. nu. 2. Subdit

4 tamen Vincentius nec Papam consueuisse hæc, & alia ardua sibi reseruata expedire sine consilio fratrum suorum, idest Cardinalium, neque hoc facere posse de potestate ordinaria, cap. Nouit, supra de his quæ fiun. à Prælat. licèt secus sit de potestate absoluta, vt cap. Proposuit, supra de concess.

præ-

præbend. quod singulare dictum sequūtur hic to-
tidem verbis Host. Io Andr.& alij proximè citati.
Quibus suffragantur Canones, & Doctores qui as-
serunt decere Papam, & honestum esse Cardina-
lium consilia adhibere, non autem illum omnino
ad id compelli, cap. Fundamenta, §. Decet, & ibi
glos. in verb. Contingeret, de elect. lib. 6. glos. 1. in
cap. Ad Apostolicæ, de re iudic. eod. lib. Io. Mo-
nach. in cap. Super eo, de hæret. in 6. qui tamen
adijcit in his arduis Collegium Cardinalium esse
in possessione, vt ipsorum consilia exquirantur, Fe-
lin. Dec. & Bero. in rubr. supra de constitut. Tu ve-
ro de his vide Cardinal. Paleott. in tractat. de Sacr.
Consistor. consultation. part. 1. qu. 3. vberrimè dis-
serentem. In primo articulo quo sensu accipiatur
plenitudo potestatis Papæ, & in quo differat ab
ordinaria. In secundo an Papa de potestate ordi-
naria teneatur in arduis consensum, aut consilium
Cardinalium adhibere. In tertio, & quarto quid
si vtatur plenitudine potestatis. In quinto, & sexto
an iure diuino, vel naturali, aut gentium tenea-
tur in arduis eorumdem consilium exquirere. In
septimo an si non requirat, actus ab eo gestus red-
datur nullus. Et in octauo an vbi consilium re-
quirit, teneatur illud sequi.
5 Secundò nota duos casus Papæ reseruatos, vi-
delicet vnionem, & subiectionem Episcopatuum,
vt hic per Io. Andr. in princip. qui supplet verbum,
tantùm, Butr. Cardinal. & Anchar. omnes n. 2. Abb.
& Marian Socin. ambos in 1. not. Concordat Con-
6 cilium Tridentinum in cap. 13. sess. 24. vbi statui-
tur, vt Concilium prouinciale tantummodo exa-
minet vocatis ijs, quorum interest, & diligenter
expendat quas Cathedrales Ecclesias propter an-
gustias, tenuitatemque inuicem vnire, vel nouis
prouentibus augere expediat, confectaque de pr-
missis instrumenta ad Summum Romanum Pon-
tificem mittat, quibus instructus Summus Ponti-
fex ex prudentia sua, prout expedire iudicauerit,
aut tenues inuicem vniat, aut aliqua accessione
7 ex fructibus augeat. Hos, & alios casus Papæ re-
seruatos vndecim numero recenset, & quatuor
versibus cōpræhendit glos. 1. hic: item glos. 2. in c.
quod translationem, de offic. Leg. & plenius Host.
hic n. 2. vbi illos viginti septem carminibus com-
plectitur, per quos comprehendit casus nonagin-
ta & vnum; quos tamen non exponit hic, sed po-
nit, & plenissimè exponit in summ. de offic. Legat.
§. Quod pertinet, vers. Illud quidem, Speculat. au-
tem in tit. 2. de Legat. §. Nunc ostendendum, ter-
minauit casus octuaginta & nouem.
8 Tertiò nota in vers. *Non obstante*, Archiepisco-
pum non esse iudicem ordinarium totius prouin-
ciæ; quia licèt omnium Suffraganeorum prouin-
ciæ suæ sit Ordinarius, vt cap. Pastoralis, supra de
offic. Ordinar. non tamen est Ordinarius subdito-
rum eorumdem Suffraganeorum, nec in eorum
diœcesi potest vllam iurisdictionem exercere, nisi
in casibus in iure expressis, vt hic est casus, con-
cordat cap. 1. & 2. cap. Archiepiscopus, & cap. seq. 9.
q. 3. cap. Duo simul, supra de offic. Ordinarij, & hoc
pro regula constituunt hic glos. vlt. Butr. nu. 5. Car-
dinal. n. 2. in 3. not. & fusiùs n. 3. in 4. opposit. Abb.
n. 4. & Marian. Socin. in 3. not. Casus autem in iure
exceptos enumerat glos. in d. cap. Pastoralis, in ver.
Exceptis quibusdam articulis, & latiùs prosequun-
tur Moderni in summ. Bullarij, in ver. Archiepisco-
pi auctoritas. Item nota inter casus in iure ex-
ceptos non reperiri facultatem vniendi, vt hic pa-
tet: vnde cùm fructus præbendarum Collegiatæ
Ecclesiæ oppidi de Exea essent adeo tenues, vt vix
sustentationi Canonicorum sufficerent, & fuisset
petitum declarari à Sacra Congregatione Concilij
an Episcopus eis vnire posset aliqua simplicia be-
neficia, & eo nolente, vel negligente Metropolita-
nus: responsum est Episcopum posse, non tamen
teneri; Metropolitanum verò in hoc non posse
supplere.
9 Quartò nota regulam cum duabus limitationi-
bus. Regula est, Episcopus posse auctoritate pro-
pria duo monasteria inuicem vnire, aut vnum al-
teri subijcere, vt à contrario probat littera ibi, *as-
sensu tuo minimè requisito*, necnon ibi, *te inconsul-
to*. Prima limitatio est dummodo vtrumque mo-
nasterium sit in sua diœcesi, aliàs secus, vt proba-
tur ex illis verbis, *Monasterium suum, quod est in*
10 *sua diœcesi*: & hodie est expeditum in Decreto
Concilij Tridentini cap. 9. sess. 14. vbi generaliter
statuitur, vt beneficia vnius diœcesis etiamsi paro-
chiales Ecclesiæ, vicariæ perpetuæ, aut simplicia
beneficia, seu præstimonia, aut præstimoniales por-
tiones fuerint, etiam ratione augendi cultum di-
uinum, aut alia quacumq; de causa alterius diœ-
cesis beneficio, aut monasterio, seu Collegio, vel
11 loco etiam pio perpetuò non vniantur. Secunda
limitatio est dummodo neutrum monasterium sit
exemptionis priuilegio munitum, vt innuit littera
ibi, *de tuo debet ordinari consensu*; & vtramque
limitationem posuit glos. hic in ver. In tua diœcesi,
& Host. nu. 1. in ver. Suæ diœcesis, & nu. 2. in ver. Au-
ctoritate nostra. An autem Ecclesiam non exem-
ptam Episcopus vnire possit Ecclesiæ exemptæ, vel
è conuerso ponit hic Marian. Socin. in 3. articulo
principali, in 4. & 5. quæst. nu. 61. & 62. Item cuius
auctoritate vnio Ecclesiarum exemptarum facié-
da sit, declarat Lapus in Clem. 1. §. Ad hæc, de stat.
monachor. vbi dicit Io. Andr. sibi consultanti re-
scripsisse super hac vnione recurrendum fore ad
Papam per notata in cap. Auctoritate, de priuileg.
lib. 6. in cap. Veniens, de verbor. signific. eod. lib. &
in cap. Cùm nullus, in fin. de tempor. ordinat. lib. 6.
Ipse autem Lapus dicit hoc procedere in vnione
locorum exemptorū ad inuicem facienda, & quæ
subsunt immediatè Papæ, secus si alij, quia tunc
sufficit consensus illius, cui subsunt nec requiritur
licentia Papæ. Quod intelligit verum Cardinalis
quando subsunt ipsi pleno iure; tunc enim intelli-
gitur habere quasi iurisdictionem Episcopalem
secundum ea, quæ dicentur infra in vltimo notab.
& sequitur Marian Socin. in 3. quæst. eiusdem arti-
culi 4. nu. 60.
12 Vltimò nota Abbates non posse Ecclesias vni-
re, vel vnam alteri subijcere quantumcumque Ec-
clesiæ ipsæ ad illos spectent pleno iure, cùm hoc
sit Episcopale, vt formaliter hic dicit Innoc quem
totidem verbis sequuntur Abb. Antiq. in princip.
vers. & nota, Io. Andr. nu. 2. in ver. Vnio, Collectar.
n. 7. Henric. Boich. post princ vers. Et nota, Butrius,
n. 4. Cardinal. nu. 3. in 2. oppos. Anchar. eodem n. &
Marian. Socin. in 2. notab idem firmat Host. in cap.
Quia nonnulli, in ver. Parochiales, supra de Cler.
non resident. Archid. in cap. Cùm singula, in verb.
Annexæ, de præben. lib. 6. glos. Io. Andr. in Clem. Si
vna, in ver. Episcopum, de reb. Eccles. non alienan.
de quo est hodie casus in Clem. Ne in agro, §. Ad
hæc, de stat. Monachor. secundum glos. ibi in ver.

Ordinarios, & ita communiter tenere Doctores antiquos testatur hic Marian. Socin. in 3. articulo
13 principali, qo.7.n.41. Quod procedit etiamsi Abbates, seu alij Episcopi inferiores sint exempti secundum Zenzelin.Guil.de Monte Laud. in Clem. vnica, super ver. Applicent, de supplen.neglig.Prælat.& Henrich.Boich. vbi supra. Rursus hoc vendicat sibi locum etiamsi inferior in certa parte
14 diœcesis habeat quasi Episcopalem iurisdictionē iuxta terminos cap. Auditis, de præscript.quia nihilominus non potest vnire, vt tenet Cardin. loc. cit.allegans glos.in d. Clem. Si vnica, & Innoc. in cap.Cum dilectus, in glos.in ver.Ioannes dixit,de Consuetud.
15 Verùm Abbas hic n.3. sic distinguit; Aut inferior vult ex sua potestate ordinaria hanc vnionem facere; & non potest, quia hæc tamquam grauiora solis Episcopis sunt reseruata, vt hic, Fallit vbi Prælatus inferior præscripsisset hanc potestatem vniendi: est enim præscriptibilis, cùm sit iurisdictionis, vt in cap. Accedentibus, infra de priuileg. & voluit glos.not.in Clem.Ne in agro, §. Ad hæc,in ver. Ordinarios, de stat. Monachor. quam ibi sequuntur Zenzelin.Guil.& Cardin. & Domini de Rota decis.1.nu.1.de offic.Legat.in nouis, & decis. 2.n.2.eod.tit.in antiq. & post alios Marian. Socin.
16 hic in 3.articulo principali,qu.9.n.46.& seqq. Aut inferior Prælatus vult vnionem facere auctoritate speciali, vt quia in illis Ecclesijs competit sibi iurisdictio quasi Episcopalis ex præscriptione, vel priuilegio, & potest: nam cùm habeat quasi Episcopalem iurisdictionem, & vnire sit iurisdictionis Episcopalis, vtique vnire poterit: & circa hoc dat regulam,quod omnia pertinentia ad Episcopalem iurisdictionem explicari possunt per inferiorem Prælatum habentem in loco iurisdictionem quasi Episcopalem; ad hoc glos.notab.in Clemen.1. in ver.Proprij, de reb.Eccles. non alienand. notat Innoc. in cap.2. supra de transact.& Feder.de Senis cons.14.incipien.Monachus Perusinus, n.4. Atque
17 ita communis opinio Antiquorum in hac quæstione secundum eum non videtur vera: nam si Ecclesiæ sunt inferiori pleno iure subiectæ, videtur ibi inferior habere iurisdictionem quasi Episcopalem, facit tex. in cap. Quoniam, & cap. seq. cum vtrobique notat.infra de priuileg.& in cap.vnic.de capell.Monachor.& in cap.Cùm ex iniuncto, in fin.de hæret. & in hoc residet Abbas,quē totidem verbis sequitur hic Marian. Socin. in 3. articulo principali,q.7.nu.41.& seq. subdens pro hac opinione consuluisse Dionysium de Perusio,consil.51. quod incipit Viso quodam exemplo, vbi ait:Si cut Episcopo cum Capitulo est permissum præbendas minuere, ac etiam dignitates diuidere, vnire, & mutare, vt in cap.Cum accessissent, supra de Constit.& hic eod.modo Abbati, aut alteri inferiori, qui sit exemptus,& habeat Ecclesias sibi pleno iure subiectas, vel dignoscatur iura Episcopalia obtinere, secundum Innoc.in cap.Cum inter, supra de re iudicat.& in cap.Volentes, de priuileg. lib.6. Et hanc posteriorem sententiam aliàs probauit S. Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum: censuit enim inferiores Episcopo non posse vnire, nisi hanc facultatem legitimè præscripserint, aut ex priuilegio in Ecclesia sibi pleno iure subiecta iurisdictionem quasi Episcopalem habeant in omnibus, & per omnia; alioquin vnionem ab Episcopo faciendam esse cum consensu ipsius inferioris, & Capituli. Aliàs tamen consul-
18 ta an Abbates exempti, qui iurisdictionem ordinariam quasi Episcopalem habent, possint, si sæculares, & collegiatas Ecclesias obtineant, facere vniones sicut possunt Episcopi ex cap. 15. sess. 24. Respondit non posse Abbatē huiusmodi, sed Episcopum tantùm si Collegiata est insignis, & obseruentur alia præscripta in d.cap.15.
19 QVAERO, An Episcopus possit vnire beneficia propter suam negligentiam ad Sedem Apostolicam deuoluta.

Pro parte negatiua adducitur primò textus, iuncta glos in cap. Si tibi absenti, de præben lib.6. Textus decidit Episcopum non posse conferre beneficium absenti collatum ante illius dissensum, glos. in ver Personam quærit, an Episcopus possit de huiusmodi beneficio ordinare per viam vnionis; & soluit non posse, cùm eadem sit ratio. Ergo secundum glos cui subtrahitur ad tempus potestas conferendi, subtrahitur etiam potestas vniendi ob identitatem rationis, & Geminian.ibi col.6. in princip.in ver.Personam; [Nota, inquit, istam glossam, quæ vult quod beneficium, quod Episcopus ad certum tempus conferre non potest, non possit illud vnire.] Quod nota, quia facit quod Episcopus non possit vnire beneficium deuolutum ad Papam propter eius negligentiam; quia cùm ipse non possit conferre donec semel Papa concurrerit, vt in cap.penult.de supplend. neglig. Prælat. Ergo interim non videtur quod possit vnire, vt sentit ista glossa. Deinde pro hac parte adducitur ratio, quia quod non licet directè, non debet licere indirectè, seu per obliquum, vt in regula, Cum quid vna via prohibetur, &c. lib. 6. sed Episcopus non potest directè impedire Papam in collatione facienda, vt in dicto cap. penult ergo nec indirectè vniendo: nam vnio infert in collationem; vnde prohibita collatione, & vnio censetur prohibita, per quam ad collationem peruenitur, vt l.Oratio,ff.de sponsal.

In contrarium facit, quia Episcopus potest quod est plus, scilicet vnire Ecclesiam non vacantem inuito Rectore, vt in Clem.final.de reb. Eccles. non alienan. ergo multo fortius vacantem. Item Episcopus potest Ecclesiam sic deuolutam commendare donec per Papam fuerit ordinata, vt notant Archid.& Io. Andr.in cap. Nemo, de elect. lib. 6. ergo si Episcopus videt per commendam temporalem consuli non posse statui Ecclesiæ, poterit fa-
20 cere perpetuam. Præterea vnio concernit proprietatem beneficij, collatio verò titulum, vt hic notant Doctores: quamuis ergo Episcopus per deuolutionem ad Papam perdiderit ius conferendi, non tamen perdiderit ius vniendi, quia ex diuersis, & separatis non fit illatio, vt l.Si domus,ff. de seruit.vrbanor.prædior. Ac demum vnio non
21 est actus omnino voluntarius, sed requirit causam vtilitatis, vel necessitatis, aliàs non valet. Clem. 1 cum ibi notat. de reb. Eccles. non alien. Rota decis. 12.incipien.Nota quod vnio, in antiq. ergo nemo debet Episcopum accusare si templū Dei ædificat; quin potius esset meritò redarguendus de negligentia si vnionem non faceret subsistente causa. Ex quibus concludendum est Episcopum posse vnire etiam beneficia deuoluta, dummodo tamen hoc faciat causa subsistente, & non in fraudem: & ita consuluit Feder.de Senis cons.112. incipien.Amice charissime,circa fin. vers. Item quæ-
titur,

ritur, vbi respondet ad glossam in d.cap. Si tibi absenti, de præben. lib. 6. & eum referunt, & sequuntur Petr. de Anchar in cap. Nulla, num. 5. Ne sed. vacan. Io. de Imol. in cap. 1. circa fin. eod. tit. Gemin. & Franc. in d. cap. Si tibi absenti, in glos. in ver. Personam, Butr. hic num. 10. Anchar. num. 5. Abb. num. 6. & Marian. Socin. in 4. articulo principali, q. 9. num. 67. vbi transcribit verba Ancharani in d.c. Nulla, non facta illius mentione.

Cæterum aduerte; quia etsi communis opinio sit vnionem esse validam, tamen suspenditur illius effectus donec vixerit is, cui Papa contulit beneficium ad se deuolutum; & ita est ex mente Feder. & apertè declarant Philipp. Franc. in d. cap. Si tibi absenti, num. 11. vbi allegat Cardinalem in Clem. 2. in 9. quæst. de reb. Eccles. non alienan. Licèt Cardinalis non loquatur in deuolutis, sed in reseruatis, vt dicam infra n. 23.

22 Secundò QVAERO, An Episcopus vnire possit beneficia Sedi Apostolicæ reseruata, vel affecta.

In hoc articulo diuersa iura prodierunt: vnde factum est, vt pro veritate temporum variæ quoq; emerserint opiniones. Ego verò vt omnia complectar, existimo tria tempora esse distinguenda.

Primum tempus est iuris communis, & secundù hoc communiter tenetur Episcopum posse vnire, quia etsi per reseruationem ei ablata fuerit potestas ordinandi beneficium quoad collationem, quæ respicit titulum, nō tamen ablata fuit quoad vnionem, quæ respicit proprietatem, vt dictum est in quæstione præcedenti. Atque huius sententiæ in primis est Collectar. hic num. 6. & post eum Card. eod. num. vbi reddit supradictam rationem, quia Papa reseruauit respectu tituli: sed vniens non disponit respectu tituli, sed respectu proprietatis: vnde Papa reseruando videtur prohibuisse solam collationem, vniens autem non confert: & sequuntur Petrus de Anchar. num. 5. Abb. num. 7. & Marian. Socin. in 4. artic. principali, quæst. 9. num. 64.

Recipit tamen hæc conclusio tres declarationes.

23 Primò enim declaratur vt quamuis vnio subsistat, tamen non sortiatur effectum, sed suspendatur donec pro illa vice consumpta fuerit reseruatio Apostolica per prouisionem Papæ: ita est ex mente Collectarij d. num. 6. Dum ait se audiuisse multos magnos dicentes id posse Episcopum, vt saltem valeat in quantum valere potest, non autem in præiudicium Papę quominus conferre possit: allegat cap. Cum tempore, de arbitr. cap. Inter dilectos, de fid. instrum. & arg. cap. Si Abbatem, de ver. signif. & tenent apertè Domini de Rota, decis. 658. aliàs 6. de reb. eccles. non alienan. in antiq. cuius hæc sunt verba: [Dic quod vnio potest fieri de beneficio reseruato, quæ tamen non habet suum effectum quin Papa conferat ratione suæ reseruationis factæ, sed postea dum non vacabit in Curia, dicta vnio habebit suum effectum: & ita tenet Rota.] Hæc ibi. Et idem firmat Aeneas de Falcone in tract. reseruat. in 4. quæst. principali, in 23. effect. in princ. Staphil. de litter. grat. in 2. forma mandat num. 7. Mandos. reg. 12. quæst. 5. num. 3. Et quamuis Cardinal. in Clem. fin. in 9. quæst. de reb. Eccles. non alienan. dicat hanc quęstionem contigisse olim de facto, & Ioannem XXII. determinasse vnionem non tenere etiamsi facta esset per Legatum de latere, quia eo ipso quod Papa reseruat, videtur prohibere cuilibet inferiori ne disponat de illo, & ideo non posse vnire: Subdit tamen vnionē carere effectu donec Papa contulerit, & prouisus Apostolicus beneficium dimiserit: vnde potest dici vnionem simpliciter tenere nisi Papa vtatur reseruatione conferendo beneficium, quia si vtitur, tenet collatio, & vnio suspenditur, vt hic per Marianum Socin. d. nu. 64. qui etiam refert ita consuluisse Calderinum, consil. 3. sub titul. de consuetud.

24 Quæ declaratio multò magis haberet locum si Papa dedisset litteras ad certam præbendam primò vacaturam: quandoquidem vnio non sortiretur effectum in præiudiciū expectantis, sed maneret in suspenso vsque ad illius obitum, vel resignationem: nam si Episcopus potest vnire beneficium viuentis non vt statim vnio effectum sortiatur, sed posteaquam ille beneficium dimiserit, Clemen. 2. de reb. Eccles. non alien. Multò magis vnire poterit beneficium expectantis sine illius præiudicio: sic Gambar. in tract. de offic. & potestate Legat. lib. 5. in tit. de potestat. Legat. in vniendo, n. 63. & Rebuff. in praxi benefic. in titul. de vnion. beneficior. num. 31. & hoc in effectu intendit Abb. hic num. 7. dum dicit per vnionem Episcopi non fieri præiudicium ei, pro quo Papa reseruauit, arg. cap. Vt nostrum, de appellat. cap. Si eo tempore, de elect. lib. 6. Vnde valebit vnio, & habebit effectum suum illo dimittente beneficium, pro quo Papa fecit reseruationem, licèt aliud videatur sētire Cardinal. hic n. 7.

25 Cæterum aduerte, quia prædicta declaratio vēdicat sibi locum quando reseruatio, vel gratia expectatiua præcessit vnionem: tunc enim quamuis vnio subsistat, suspenditur tamen illius effectus quousque prouisus Apostolicus beneficium dimiserit, vt superiùs conclusum est: secus verò si vnio præcesserit reseruationem, vel gratiam expectatiuam, quia tunc si post vnionem factam ab Episcopo ex legitima causa antequam sortiatur effectum Papa idē beneficium reseruet, vel afficiat, & mortuo Rectore illud conferat non facta mentione vnionis, non valet collatio, vt tenent Domini de Rota decis. 3. de rer. permutat. in antiq. reddentes rationem, quia aliàs posset contingere, vt vnio remaneret inefficax propter frequentes impetrationes: quod esset absurdum, cùm huiusmodi vnio innitatur causæ necessariæ, quam non est verisimile vt Papa voluerit tollere, nisi hoc in litteris ex-
26 presserit. Et quamuis Rota videatur hoc intelligere quando Papa dedit litteras ad supplicationē partis, tamen Gemin. in repet. cap. Postulasti, in 26. col. vers. Crederem, de rescript. tenet expresśè collationem Papæ etiam factam motu proprio nō valere nisi fiat mentio de vnione, quia Papa non intendit per suas litteras præiudicare iuri alteri quæsito nisi exprimat hoc in litteris, siue sit præiudicium extinctiuum, siue dilatiuum, vt patet in cap. Quamuis, & cap. Si propter, de rescript. lib. 6. & Geminianum sequuntur Marianus Socin. in repet. eiusd. cap. Postulasti, col. 46. & Felin. in cap. In nostra, nu. 23. in 26. corollario, de rescript. & Boer.
27 decis. 346. ad fin. Porrò in prouisionibus beneficiorum vacantium per obitum Papæ non consueuit derogare vnionibus, sed in vacantibus ex causa resignationis ponit in litteris clausulam suspensiuam quarumcumque vnionum, per quam qui-
28 dem clausulam suspendi etiam vniones factas Semina-

minario in vim Concilij Tridentini, ideoque non
eſſe impediendum quominus reſignatarius in poſ-
ſeſſione beneficij perſeueret, cenſuit S. Congrega-
tio eiuſdem Concilij Interpres. Item cùm in vna
Hoſtunen. dubitatum fuerit an vigore c. 15. ſeſſ. 24.
Poſſit fieri vnio de beneficijs viuentium, nempe
ante vacationem ſine tamen obtinentium præiu-
dicio? Reſponſum eſt poſſe fieri tamen ſi beneficiũ
viuentis vnitum contingat reſignari, & reſignatio-
nem per Sedem Apoſtolicam admitti, vnionem
pro illa vice ſuſpendi.
29 Secundò declaratur eadem concluſio, vt proce-
dat ſi Papa reſeruauerit beneficium ſuæ collatio-
ni, ſeu prouiſioni; ſecus ſi ſuæ diſpoſitioni, quia
cùm diſpoſitionis verbum ſit aptum comprehen-
dere etiam vnionem, Epiſcopus vnire non poterit
beneficium ſic reſeruatum diſpoſitioni, ſeu ordi-
nationi Apoſtolicæ: ita Collectar. hic num. 6. Abb.
num. 7. verſ. Et hoc intellige, & Marianus Socinus
num. 64 in fin. verſ. Quod tamen intelligit, Petr.
de Peruſ. de vnion. beneficior. cap. 4. num. 6 & 24.
& Caccialup. in eod. tract. art. 4. q. 6. Licèt Nico-
laus Garzia nulla ratione, vel authoritate ſuffultus
oppoſitum ſentiat in tract. de benefic. part. 12. c. 2.
num. 93.
30 Tertiò declaratur, ſeu limitatur prædicta con-
cluſio vt locum non habeat ſi reſeruatio ſit per-
petua reſpectu collationis à Romano Pontifice
ſemper faciendæ de dignitate, officio, vel benefi-
cio, vt contingit in prima dignitate poſt Pontifica-
lem cuiuſq; Eccleſiæ Cathedralis, quæ ſemper eſt
Papæ reſeruata per regulam tertiam Cancellariæ;
tunc enim Epiſcopus vnire non poteſt, quia per
reſeruationẽ huiuſmodi adempta eſt prorſus Epi-
ſcopo poteſtas de huiuſmodi beneficio diſponẽdi:
ſic Alphonſus Hoieda in tract. de incompatibilit.
beneficior. part. 2. cap. 3. num. 7. argum. cap. fin. de
confirmat. vtil. vel inutil. Garzia de benefic. par. 12.
c. 2. n. 92. & alij Recentiores.
31 Secundum tempus eſt Cõcilij Tridentini, quod
partim probauit, partim correxit antiquorũ opi-
niones: nam in cap. 5. ſeſſ. 21. ſtatuit primò, vt poſ-
ſint Epiſcopi etiam tãquam Sedis Apoſtolicæ de-
legati iuxta formam iuris, ſine tamen præiudicio
obtinentium, facere vniones perpetuas quarum-
cumque Eccleſiarum Parochialium, & Baptiſma-
lium, & aliorum beneficiorum curatorum, vel non
curatorum curatis propter earum paupertatem,
& in cæteris caſibus à iure expreſſis, etiamſi dictæ
Eccleſiæ, vel dicta beneficia eſſent generaliter, vel
ſpecialiter reſeruata, aut qualitercumque affecta.
Et in hac prima parte probauit illorum ſententiã,
qui dixerunt reſeruationem pertinere ad titulum,
non autem ad proprietatem beneficij, ideoq; adi-
mere Epiſcopo poteſtatem conferendi, ſed non
poteſtatem vniendi, vt dixi ſupra num. 20. Sed vi-
detur ſuſtuliſſe ſecundam declarationem ſuperiùs
32 poſitam num. 29. nam Epiſcopus videtur poſſe
vnire ex Concilio, etiamſi Papa reſeruauerit ſuæ
diſpoſitioni, ſeu ordinationi, cum verba illa gene-
raliter, vel ſpecialiter reſeruata, aut qualitercumq;
affecta, tamquam vniuerſalia, & geminata com-
prehendant quamcumque ſpeciem reſeruationis,
vel affectionis, arg. cap. Solitæ, de maior. & obed.
& patet ex his, quæ tradunt Geminian. conſ. 22.
Præmitto, n. 4. verſ. In contrarium, Soc. ſen. cõſ. 35.
Ex his quæ ſuperiùs, nu. 11. verſ. Nec obſtat, lib. 1.
pleniſſimè Ruin. conſ. 77. In facto, num. 7. in fin. &
n. ſeq. lib. 2. Deinde ſubdit Concilium: quæ vnio-
nes etiam non poſſint reuocari, nec quoquo modo
infringi vigore cuiuſcumq; prouiſionis etiam ex
cauſa reſignationis, aut derogationis, aut ſuſpen-
ſionis: & in hac ſecunda parte correxit opinionem
illorum, qui exiſtimarunt vnionem Epiſcopi non
ſortiri effectum, ſed manere in ſuſpenſo, donec
prouiſus Apoſtolicus beneficium dimiſerit, vt di-
ctum eſt ſupra in 1. declarat. num. 23. nam ex Con-
cilio non ſuſpenditur vnio ex quacumque proui-
33 ſione, vt ibi dicitur. Obſeruandum tamen facul-
tatem Epiſcopis attributam in d. cap. 5. Non eſſe
vniuerſalem ad vnionem quarumcumque benefi-
ciorum, ſed reſtrictam ad caſus ibi expreſſos; vn-
de Epiſcopus in vim Concilij vnire poterit nõ cu-
rata curatis Eccleſijs, ſed non è contra, vt in c. 13.
34 verſ. In iunioribus, ſeſſ. 24. Item dignitati curatæ
vnire poterit aliam dignitatem ex cauſa pauperta-
tis, & iuxta terminos d. cap. 5. & cap. 13. Non ta-
men vnire poterit hoſpitalia etiamſi darentur in
titulum, & in eis nulla exerceretur hoſpitalitas, vt
in cap. 8. ſeſſ. 25. verſ. Quod ſi hoſpitalia, & ita cen-
ſuit S. Congregatio. In vnionibus ergo de bene-
ficijs reſeruatis, quæ non includuntur in d. c. 5. ſer-
uanda erit iuris communis diſpoſitio ſecundum
ea, quæ dicta ſunt ſupra nu. 22. & ſeqq. Nam quod
mutatur, &c. l. Sancimus, C. de teſtam. & l. Præci-
35 pimus, in fin. C. de appell. Ad hæc in duobus alijs
caſibus Concilium Tridentinum tribuit Epiſcopis
facultatem vniendi beneficia reſeruata. Vnus eſt
in cap. 15. ſeſſ. 24. videlicet cùm præbendæ vna cum
diſtributionibus quotidianis in Cathedralibus, &
Collegiatis inſignibus ſunt ita tenues, vt ſuſtinen-
do decenti Canonicorum gradui non ſufficiunt:
ſtatuit enim S. Synodus, vt liceat Epiſcopis cum
conſenſu Capituli aliquot ſimplicia beneficia non
tamen regularia ijs vnire, non obſtante quacumq;
reſeruatione generali, vel ſpeciali, aut affectione.
Neque prædictæ vniones tolli, ſeu impediri poſſint
ex quibuſcumque prouiſionibus etiam vigore re-
ſignationis, aut quibuſuis alijs derogationibus, vel
ſuſpenſionibus: & de hoc decreto egi latiſſimè in
36 cap. Expoſuiſti, ſupra de præben. Alius caſus eſt in
cap. 18. ſeſſ. 23. vbi tribuitur Epiſcopis facultas am-
pliſſima vniẽdi beneficia ſimplicia ſeminario Cle-
ricorum, & diſertis verbis ſtatuitur, [vt hoc locũ
habeat etiamſi beneficia ſint reſeruata, vel affecta.
Nec per reſignationem ipſorum beneficiorum
vniones ſuſpendi, vel vllo modo impediri poſſint:
ſed omnino quacumque reſeruatione, etiamſi in
Curia, effectum ſuum ſortiantur, & quacumque
Conſtitutione non obſtante.] Hæc ibi: & hoc
quoque tempore inſpecto in hoc ſpeciali caſu ap-
probatur facultas vniendi beneficia reſeruata, quã
Epiſcopi habent à iure communi, abſque limita-
tionibus, ſeu declarationibus, de quibus ſupra
num. 23. & 29. Neque verò vniones in caſibus ſu-
praſcriptis cadunt ſub regulam reuocatoriam
vnionum Sanctiſſimi D. Domini N. Vrbani VIII.
quæ habetur in Bullar. tom. 4. pag. 210. quoniam
ibi excipiuntur vniones factæ Concilij Tridentini
authoritate.
37 Tertium denique tempus eſt poſt Decretum
Clementis VIII. hac de re editum: nam cùm in
S. Congregatione Concilij quæſitum fuerit an vnio
beneficiorum affectorum facta etiam ante vaca-
tionem debeat cenſeri inualida ad obuiandũ frau-
di, quæ in ſimili vnione ab Ordinario committi
vide-

videtur: & an prouisus Apostolicus illorum sit mittẽdus in possessionem. Die 22. Februarij 1602. Sacra Congregatio censuit de cætero ad obuiandum fraudibus oportere decerni, vt non possint etiam ante vacationem vniri Seminario beneficia, quæ obtineant personæ, quæ ob familiaritatem Cardinalium, vel aliam rationem tales sint, vt quocumque mense decedant, certum sit ea fore affecta Sedi Apostolicæ. Cæterum in præteritum nihil statuendum. Die 26. Februarij 1602. Sanctissimus D. N. ex sententia Congregationis decreuit vt superiùs est adnotatum. Itaque inspecto hoc tempore quoad vniones, quæ fiunt Seminario funditus sublata est facultas, quam Episcopi habebãt a iure communi, & à Concilio Tridentino vniendi beneficia reseruata, vel affecta; sed in alijs vnionibus, quæ fiunt in vim cap. 5. sess. 21. & cap. 15. sess. 24. salua manet Episcoporum facultas, cùm ex Decreto Clementis non reperiatur sublata.

38 QVAERO, An Cardinalis Episcopus habens indultum non obstante Decreto Clementis VIII. vnire possit Seminario ante vacationem ea beneficia, quæ si eodem Cardinali viuente vacarent nõ obstantibus reseruationibus, vel affectionibus Apostolicis ad suam collationem pertinerent.

Videtur respondendum posse: nam circumscripto eiusmodi Decreto Clementis VIII. certum est beneficia reseruata, vel affecta posse in vim Concilij vniri Seminario ante vacationem à quolibet Episcopo etiam non Cardinali. Ita enim disertis verbis statuitur Decreto cap. 18. sess. 23. ibi [Necnon beneficia aliquot simplicia etiam ante vacationem huic Collegio applicabunt, & incorporabunt; quod locum habeat etiamsi beneficia sint reseruata, vel affecta; nec vniones beneficiorum vllo modo impediri possint, sed omnino quacumque vacatione etiam in Curia effectum suum sor-
39 tiantur] Quo loco cùm Concilium apertè disponat de beneficijs affectis, vel reseruatis Seminario vniendis etiam ante vacationem, negari non potest quin Episcopis omnibus attributa sit potestas vniendi Seminario ea quoque beneficia, quæ tempore vnionis sint reseruata, vel affecta. Atque ita ante Decretum Clementis sæpiùs respondit Sacra Congregatio Concilij, cuius sententiam approbarunt Pius V. & Gregorius XIII.

Itaque cùm Cardinalis Episcopus habeat hanc facultatem à Concilio, videndum est an illi obstet Decretum Clementis. Et videtur respondendum non obstare: nam, vt prædixit Clemens VIII. ex sententia Congregationis Concilij die 26. Februarij 1602. decreuit de cætero ad obuiandum fraudibus non posse etiam ante vacationem vniri Seminario beneficia, quæ obtineant personæ, quæ vel ob familiaritatem Cardinalium, vel aliam rationem tales sint, vt quocumque mense decedant, certum sit ea fore affecta Sedi Apostolicæ.

40 Hoc autem Decretum neque in verbis, neque in ratione comprehendit Cardinalem habentem indultum; non in verbis, quia loquitur de beneficijs, quæ obtinent personæ, quæ tales sint, vt quocumque mense decedant, certum sit ea fore affecta Sedi Apostolicæ: vnde nullo modo comprehẽdit beneficia, quæ si eodem Cardinali viuente vacarent, ad eius collationem pertinerent, non obstantibus reseruationibus, vel affectionibus Apostolicis, vt supponitur in dubio, de quo agitur. Cer-
41 tum est enim ea non fore affecta Sedi Apostolicæ, sed absolutè pertinere ad collationem Cardinalis Episcopi, cuius ordinaria potestas in conferendo per indultum non ampliatur, sed præseruatur remotis obstaculis reseruationum, iuxta nouissimas decisiones Cassad. 3. & Crescent. itidem 3. de priuileg.

Sed neque mens, & ratio euitandi fraudes, quæ exprimitur in eodem Decreto, congruit Cardinali habenti indultum, & volenti vnire Seminario beneficia ad suam collationem pertinentia; quia hoc modo non potest vllo pacto vnire in fraudem vt præripiat Papæ collationem beneficij, nam eum collatio stante indulto non ad Papam, sed ad ipsum Cardinalem pertineat; vtique vniendo, non Papæ, sed sibi tantùm infert præiudicium, cùm se ipsum priuet ea facultate, quam habet à iure communi beneficium conferendi, vt cap. Conquerente de officio Ordinar. cap. 2 de concess. præben. & cap. Ex frequentibus, de inst. cum mult. simil.

Nec refragatur quod si Cardinalis prędecederet ante obitum obtinẽtis beneficium, eiusmodi vnio cederet in præiudicium Papæ, ad quem ratione familiaritatis spectaret beneficium conferre. Siquidem respondetur Decretum Clementis non considerare hunc incertum, & futurum euentum, cùm potius requirat vt reseruatio Sedi Apostolicę sit certa in ipso vnionis initio, dum prohibet vniri beneficia personarum, quæ tales sint, vt quocumque mense decedant, certum sit ea fore affecta Sedi Apostolicæ. Atque ita tunc demum prohibet vnionem, si adsit certitudo Apostolicæ affectionis. Quæ quidem certitudo non adest, cùm Cardinalis vnit beneficium, quod si se viuente vacaret, ad suam collationem pertineret; quia fieri potest vt vacatio contingat se adhuc viuente: & reuera si Clemens hos incertos euentus considerasset, vtique censeretur prohibuisse vniones beneficiorum etiam non affectorum: nam quis prohibet beneficium non reseruatum fieri reseruatum per futuram familiaritatem possidentis, per obitũ in Curia, seu in mense reseruato, vel ob aliam
42 quamcumque causam? Et tamen vniones beneficiorum per huiusmodi affectiones, aut reseruationes superuenientes non impediuntur, nec suspenduntur, quia Clemens respexit ad reseruationem certam in ipso vnionis initio, non autem ad futuras contingentes, vt iam sæpius declarauit S. Congregatio Concilij, cum huiusmodi casus euẽtitij attendi, & considerari non debeant, vt l. 2. §. Si eo tempore, ff. de administr. rer. ad ciuir. pertinent. l. Iulianus, ff. qui, & à quib. & notat Archid. in cap. peruuit. 5. dist. præsertim verò, quia in hoc futuro contingenti mortis Cardinalis nulla fraus considerari potest aduersus collationem Apostolicam. Quis enim credat Cardinalem vnire Seminario beneficium ad hoc vt post mortem suã præripiat Papæ eiusdem beneficij collationem? Itaque Clemens illi tantùm fraudi obuiare voluit, quam committebant Ordinarij vniendo ea beneficia, quæ sciebant certò ad suam collationem spectare non posse, sed ea fore affecta Sedi Apostolicæ ratione familiaritatis, aut aliam ob causam; quæ quidem ratio fraudis non viget, neque vigere potest in casu, de quo agitur.

43 Superest nunc respondere ad ea, quæ in voto Rotæ in contrarium afferuntur.

Et primò non obstat, quod ex Concilio non liceat Episcopis vnire Seminario beneficia affecta tem-

tempore vnionis: nam respondetur contrarium declarasse S. Congregationem, ac Summos Pontifices Pium V. & Gregorium XIII. & declarationes, quæ afferuntur in cōtrarium, emanarunt post Decretum Clementis, & non ante. Hoc autem Decretum non obstat Cardinali, cùm habeat indultum, quod remouet obstacula reseruationum, vt dictum est.

Non obstat secundò, quod indultum non disponat de beneficijs vacaturis, sed tantùm de vacantibus ibi, *cum vacare contigerit*; nam respon-
44 detur, immo indultum non disponere de vacantibus, sed de vacaturis: hoc enim propriè important illa verba, *quæ vacare contigerit*, quæ sunt futuri temporis, & excludunt vacantia, vt tradit in specie Oldrad. cons. 310. incip. Thema tale est, vacante Præpositura, vbi respondit indultum de percipiendis fructibus primi anni beneficiorum, quæ vacare contigerit, non comprehendere beneficia vacantia, sed vacatura.

45 Non obstat tertiò, quod etiamsi in Cardinali cesset ratio fraudis considerata in decreto Clementis: attamen decretum ipsum in sui generalitate cessare non debeat secundum Bald. in cons. 356. n. 16. lib. 2. Respondetur enim hoc solum posse procedere quando casus est comprehensus in verbis legis; tunc enim si cesset aliquando ratio legis impulsiua, tamen lex cessare non debet, vt in exemplo Calphurniæ, de quo in l. 1. § 1. ff. de postulan. Ideoque si aliquis Episcopus non Cardinalis vniret beneficium reseruatum, tametsi id faceret sine vlla fraude; non tamen propterea vnio esset valida; secus autem est cùm casus in verbis legis non comprehenditur; nam tunc si nec in ratione comprehendatur, certum erit legem ad illum casum non pertinere, ad l. 4. §. Toties, ff. de damn. infect. Casus autem Cardinalis volētis vnire beneficium, quod si vacaret, certum non esset fore affectum Sedi Apostolicæ, sed potius ad suam collationem pertinere, non solum non comprehenditur in ratione, sed nec in verbis decreti Clementis, vt iam diximus. Ergo non procedit hoc casu argumentum à ratione legis cessante. Prætetquam quod Baldum reprobat Felinus in cap. Si quando, §. Circa reddendam, sub n. 11. de rescript, & tamen Baldus non loquitur vbi ratio est expressa in lege: tunc enim ea cessante, cessat legis dispositio, vt idemmet Bald. tradit in d. l. Non dubium, n. 5. post Bart. ibi n. 9. C. de leg. Dyn. in cap. fin. n. 15. & seq. de reg. iur. in 6.

Ac denique non obstat quod indultum non det Cardinali potestatem vniendi, sed solum conferendi, quod fusè probatur in eodem voto: nam
46 respondetur Cardinalem Episcopum habentem indultum non vnire virtutem indulti, sed sua ordinaria facultate, quam habet à iure communi, & à Concilio: indultum enim hoc tantùm facit, idest remouet obstacula, & impedimenta reseruationum, itaut Cardinalis Episcopus liberè possit, & absque impedimento vti sua facultate Ordinaria, vt notant Io. Monach. & Gemin. in cap. Cùm aliquibus, de rescr. in 6. vbi dant exemplum de vincto, cuius manus, pedesque ab aliquo exsoluuntur: graditur enim, & reliqua agit sua vi, non autem soluentis; & extant vulgatæ decisiones Cassad. & Crescent. superius relatæ n. 41.

47 Iuxta prædicta QVÆRO, An Cardinalis Episcopus, qui, vt præfertur, habet indultum, non obstante decreto Clementis VIII. vnire possit Seminario beneficia duplici reseruatione personali reseruata, vel affecta.

Solutio pendet ex duplici inspectione: Altera est, an huiusmodi decretum comprehendat S.R.E. Cardinales, cùm de illis expressam mentionem
48 non faciat. Altera, quatenus illos comprehendat, an obstet Cardinali Episcopo habenti indultum quominus vnire possit reseruata duplici affectione personali, quippequæ ex sententia Rotæ in indulto non comprehenduntur, vt apud Caputaq. ex decis. 85. part. 2. Aegidius decis. 425. & tradit Mandos. in praxi Signat. grat. in ver. Indultum conferendi, vers. An autem, & fuit plenè resolutum in voto DD. Vbaldi, & Verospij Rotæ Auditorum in causa Cæsenaten. anno 1615. vbi dixerunt hoc habere locum nō obstantibus clausulis generalibus, & prægnantibus, quia non includunt ea, quæ Papa non esset de facili concessurus. Sed in fine eiusdem voti distinxerūt inter geminas reseruationes personales, seu coæquales, veluti si beneficium obtinens sit familiaris Papæ, & Protonotarius; & tunc dixerunt indultum non extendi ad beneficia reseruata hac duplici reseruatione, vnde non mysterio proposita quæstio restricta est ad reseruationem personalem. Sin autem reseruationes sint dispares, videlicet realis, & personalis, vel vtraque personalis, vna tamen altera inferior, vt si beneficiatus sit familiaris Papæ, & Cardinalis: hoc casu admiserunt posse obtinere contrariam opinionem. Pro qua distinctione optimè facit quod scripsit Sarnen. in regula de impetrand. benefic. vacant. per obit. q. 15. n. 7. & 8.

His ita constitutis quoad inspectiones propositas non est opus prolixiori disputatione; quandoquidem vtriusque solutio patet ex litteris in forma Breuis, quæ inscribuntur, Sanctissimi D. N. Vrbani VIII. Diuina prouidentia Papæ VIII. Confirmatio Decreti Clementis Papæ VIII. prohibentis fieri vniones beneficiorum dispositioni Sedis Apostolicæ reseruatorum, vel affectorum, cùm declaratione, quod Decretum huiusmodi comprehendit etiam S.R.E. Cardinales, & alios indulta conferendi reseruata habentes; quodque illi non potuerunt, nec possunt conferre beneficia duplici reseruatione personali reseruata, vel affecta: tenoris infrascripti, videlicet.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

49 QVamuis fel. rec. Clemens Papa VIII. prædecessor noster accepto, quod aliqui Ordinarij beneficia ecclesiastica in suis mensibus vacantia, & aliàs dispositioni Apostolicę non reseruata personis sibi beneuisis conferebant; illa verò, quæ reseruata erant, Seminarijs puerorum sæpè vniebant, ad euitandum hoc Sedis Apostolicæ præiudicium per eius decretum prohibuerit, ne vniones beneficiorum ecclesiasticorum dispositioni Sedis Apostolicæ tempore, quo vniuntur, reseruatorum, vel affectorum fieri possent etiam vigore Decretorum S. Concilij Tridentini in fauorem Seminariorum puerorum ad præscriptum eiusdē Concilij erectorum, siue erigendorum; nihilominus postea prętextu Indultorum Apostolicorum conferendi beneficia reseruata, vel affecta per Ro-

manos

manos Pontifices Prædecessores nostros, ac etiam per Nos aliquibus personis, præsertim S.R. Eccles. Cardinalibus concessorum, executio prædicti Decreti Clementis prædecessoris de facto impedita fuit, & impeditur, quoniam Cardinales indulta conferendi, & disponendi de reseruatis, vel affectis habentes asserunt se non esse in prædicto Decreto comprehensos, tamquam in eo expressè non nominatos, & vlterius tam ipsi Cardinales, quàm alij, qui ex prædictis indultis apostolicis habent facultatem conferendi reseruata, seu affecta, ac de eis disponendi, nedum prætendunt indulta huiusmodi continere facultatem disponendi de eisdem beneficijs etiam per modum vnionis, & extinctionis in præiudicium perpetuum Sedis Apostolicæ, quæ illorum prouisione perpetuò priuata remaneret, sed etiam ex ipsis indultis esse sublatam, & extinctam reseruationem quamcumque; ideo etiã auctoritate ordinaria potuisse, & posse per eos fieri eorumdem beneficiorum vti nõ reseruatorum, nec affectorum vnionem, Decretaque Concilij eis concedere facultatem vniendi etiam reseruata eisdem Seminarijs: Quinimo etiamsi in Pontificatu rec. mem. Pauli V. etiam prædecessoris nostri hactenus ex voto duorum Rotæ Auditorum fuerit in Dataria obseruatum, & obseruetur beneficia duplici reseruatione personali reseruata, vel affecta non comprehendi in prædictis Indultis, tamen etiam prætendunt hanc reseruationis duplicitatem non impedire eorum prouisionem vigore prædictorum Indultorum faciendam, eisdemque beneficiorum vnionibus non obstare, & propterea diuersimodè etiam executio litterarum Apostolicarum prouisionis eorumdem beneficiorum indebitis prætensionibus huiusmodi impedita fuit, & impeditur de facto in diuersis Tribunalibus, & Congregationibus præsertim Rotæ, & Congregationis Concilij Tridentini, in quibus reperiuntur factæ resolutiones etiam inter se discordantes: volentes igitur prædicta impedimenta tollere, & nostro Oraculo prætensas dubitationes dilucidare: motu proprio, certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine hac nostra perpetua Constitutione prædictum Decretum Clementis prædecessoris prædicti super executione, seu interpretatione eiusdem Concilij emanatum confirmamus, inuiolabiliterque de cætero obseruare mandamus per quoscũque Patriarchas Metropolitanos, Archiepiscopos, Episcopos, etiam S.R.E. Cardinales, declaramusque prędictum Decretum etiam eosdem Cardinales comprehendisse, & comprehendere, prædictosque Cardinales, & quoscumque alios prædicta Indulta Apostolica conferendi prædicta beneficia reseruata, seu affecta, & de eisdem disponendi habentes, non potuisse hactenus post prædictum Decretum Clementis prædecessoris, nec in posterum posse in vim illorum, nec vigore eiusdem Concilij, aut aliàs etiam auctoritate eorum ordinaria, prætextu quod ex prædictis Indultis extinctæ, & sublatæ sint reseruationes, & affectiones eadem beneficia quomodolibet tempore vnionis reseruata, vel affecta vnire etiam Seminarijs prædictis puerorum, neć de ijs per viam cuiuscumque vnionis, suppressionis, vel applicationis disponere, nec etiã

50 in vim prædictorum I[illegible] reseruata, & affecta conferendi, ac de eis disponendi, potuisse, nec posse conferre beneficia duplici reseruatione

Prosp. Fagn. in 2. par. 5. lib. Decret. al.

personali reseruata, vel affecta. Præsentes quoque litteras de subreptionis, ac obreptionis, seu nullitatis vitio, nostræque intentionis defectu, etiam ex eo quod Seminaria, & quicumque, & cuiuscumque status, conditionis, gradus, qualitatis, ac dignitatis, etiam ecclesiasticæ desuper interesse habentes, vel habere prætendentes ad hęc vocati nõ fuerint, vel præmissis non consenserint, notari, impugnari, redargui, aut in ius, vel in controuersiam reuocari non posse: sicque & non aliter per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos etiam Sacri Palatij Apostolici Causarum Auditores, ac S.R.E. Cardinales, eorumque Congregationes, & quoscumque alios speciali expressione indigentes iudicari, diffiniri, & interpretari debere, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, seu interpretandi facultate, & auctoritate; ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Non obstantibus præmissis omnibus, & singulis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis etiam in Concilijs generalibus editis, regulis Cancellariæ, & quatenus opus foret etiam illa de non tollendo iure quæsito, cæterisque contrarijs quibuscumque. Quorum omnium, & singulorum tenores, earumdem litium, & causarum etiam hactenus pendentium statum, & merita, ipsorumque beneficiorum nuncupationes, situationes, & qualitates, partiumque collitigantium, necnon iudicum nomina, & cognomina, Tribunaliumque, & Congregationum præeminentias, & facultates, cæteraque hic forsan exprimenda, & inserenda pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 15. Iulij 1642. Pontificatus Nostri Anno decimonono.

51 Vlterius QVÆRO, An vnio beneficij litigiosi facta Seminario ad præscriptum Concilij Tridẽtini cap. 18. sess. 23. sit valida, necne?

Videtur respondendum esse, validam: nam decretum dicti cap. 18. primo tribuit Episcopo facultatem vniendi Seminario Clericorum beneficia aliquot simplicia sine cultus diuini, & illa obtinẽrium præiudicio; ac deinde adijcit: quod locum habeat etiamsi beneficia sint reseruata, vel affecta, nec per resignationem ipsorum beneficiorum vniones impediri vllo modo possint, sed omnino quacumque vacatione etiamsi in Curia effectum suum sortiantur, & quacumque constitutione non obstante. Quibus verbis videtur attributa facultas vniendi etiam beneficia litigiosa.

52 Primò quia multorum sententia est beneficium ratione litis censeri affectum: quod censent Probus ad Mona. in cap. 1. num. 8. vers. idem dic de reseruatis Sedi Apostolicæ, & affectis ratione litigij, de offic. Legat. in 6. Mandos. in proœm. regul. Cancellar. qu. 5. num. 9 vers. Affectio etiam causatur ratione litis, Sarnen. in regul. de impetran. benefic. vacan. per obitum Cardinalis, qu. 8. ante n. 5. vers. Testis tamen, & num. 7. vers. Postremò facit, & Rebuffus super concord. rubr. de collat. §. Volumus, in ver. Affecta, fol. 451. Quorum opinio si vera est, hic casus deciditur expressis verbis Concilij, quibus datur facultas vniendi beneficia etiam reseruata, vel affecta.

53 Deinde etsi multi sentiant in strictiori significatione aliud esse beneficium litigiosum, aliud affe-

ctum, vel tesernatum, vt idem Mandos. in d. regul.
de impetran. benefic. q. 9. num. 5. & Simonet. de re-
sernat. q. 10. num. 9. & seq. Veritas tamen est longè
minus esse beneficium litigiosum, quàm reserua-
tum: nam per litem non abdicatur prorsus ab Or-
dinario conferendi facultas, sed suspenditur tan-
tum vsque ad litis exitum, cap. 2. vt lite pendente,
54 lib. 6. & Clem. 1. eod. tit. Lis enim est qualitas su-
spensiua, & veluti simplex inhibitio temporalis,
per quam manus Ordinarij ligantur, vt interim
non conferant, Gomez, in regul. de trienn. qu. 31.
vers. Tamen pace totum, Couar. practicat. q c 36.
num. 7. vers Quinto. At per reseruationem om-
nino tollitur Ordinario facultas conferendi, & be-
neficium remanet perpetuo affectũ, Extrauag. Ad
Romani, de præben. & tradit Gomez. loco cit. Ita-
que si Concilium tribuit Episcopo potestatem
vniendi beneficia etiam reseruata, vel affecta, quo-
rum collatio certum est nũquam ad Episcopum,
sed semper ad Sedem Apostolicam pertinere;
longè magis censetur attribuisse potestatem vniẽ-
di litigiosa, quorum prouisio dubium est an spe-
ctare debeat ad Papam, vel ad Ordinarium ratio-
55 ne litis: nam, vt ait Simonet. d. q. 10. num. 6. Col-
latio beneficij litigiosi pendet à dubio litis euentu;
& plus iuris habet Ordinarius in beneficio liti-
gioso, quod finita lite spectare potest ad suam col-
lationem, quàm in reseruato, cuius prouisio sem-
per, atque indistinctè pertinet ad Papam; & ma-
ius præiudicium infertur Papæ in vnione reseruati,
quod certum est ad eius collationem pertinere,
quàm in vnione litigiosi, cuius prouisio post litis
exitum spectare potest ad Ordinarium. Vnde in
facultate vniendi reseruata, quod magis est, vide-
tur absque dubio comprehendi facultas vniendi
litigiosa, quod minus est cap. Ex parte, il terzo, de
decim. l. In eo quod plus, & l. In toto, ff. de reg. iur.
cum concord. de quibus vtrobique per Decium.
56 Præsertim verò, quia Concilium vtitur dictione
illa, *etiamsi*, quod, inquit, habeat locum etiamsi
beneficia sint reseruata, vel affecta: de cuius qui-
dem dictionis natura est ampliare dispositionem,
& implicare casum magis dubitabilem, cap. Cum
illis, vbi Archidiac. num. 1. vers. Illis etiam, de
præbend. in 6.

Et confirmatur, quia Concilium concedit Epi-
scopo authoritatem vniendi beneficia, cuiuscum-
que qualitatis fuerint: quæ quidem verba apta
sunt comprehendere etiam beneficia litigiosa, cap.
Solitæ, de maiorit. & obedient. cum allegat. per
Salic. l. 2. nu. 9. C. de noxal. & per Roman. cons. 31.
57 Visis his, num. 2. vers. Ex quo enim. Deinde addit
quod habeat locum etiamsi beneficia sint reserua-
ta, vel affecta: quiquidem gradus vtique excedit,
& longè superat impedimentum litigij. Tertiò iu-
bet vnionem sortiri effectum non obstante vaca-
tione in Curia, per quã inducitur reseruatio clau-
sa in corpore iuris, idest in cap. 2. de præben. in 6.
& qua nulla in iure maior, vel potentior inuenitur,
vt ait Guil. decis. 33. de præben. relatus à Gomez.
de regul. de trienn. q. 31. in princ. Neque his con-
tentum Concilium, adijcit postremò vnionem
hanc debere effectum sortiri quacumque constitu-
tione non obstante, quæ verba propriè referri pos-
sunt etiam ad Constitutionem Bonifacij VIII. in
d. cap. 2. vt lit. pendent. in 6. per quam suspenditur
collatio beneficij litigiosi durante lite. Itaut pro-
pterea siue mentem, siue verba Concilij specte-

mus, non videatur dubitandum, quominus liceat
Episcopo vnire Seminario beneficia etiam litigio-
58 sa. Atq; ita tollitur obiectum quod aliud sit be-
neficium affectum, aliud litigiosum: quo vno fun-
damento Rota in hac causa Cordubensi iterum, ac
tertiò censuit Concilium non comprehendere li-
tigiosa; re vera enim facultas conferendi affecta,
quod magis est, vtique complectitur facultatem
conferendi litigiosa, quod minus est.
59 Neque obstat, quod in his, quæ differunt specie,
in eo, quod est plus, non contineatur id, quod est
minus, cap. Cui, de non sacerdotali, de præbend.
l. Solemus, §. Latrunculator, ff. de iudic. & decla-
rat Dyn. in reg Sexti. Plus semper, vers. Sed dicen-
60 dum est. Nam pro solutione considerandum est
quod spectat ad præsentem quæstionem, inter be-
neficium litigiosum, & reseruatum duas tantum
esse differentias. Prima est, quia prohibitio confe-
rendi litigiosa est temporalis durante lite; prohi-
bitio verò conferendi reseruata est perpetua, vsq;
61 ad Papæ prouisionem. Et hanc primam differen-
tiam certum est non esse in specie, sed tantùm in
quantitate temporis, vel durationis; ita vt pro-
pterea in facultate vniendi non obstante prohibi-
tione perpetua absque dubio comprehendatur fa-
cultas vniendi, non obstante prohibitione tempo-
rali: sicut qui potest relegare, vel interdicere in
perpetuum, multò magis potest relegare, vel in-
terdicere ad tempus, & qui potest absoluere à su-
spensione perpetua, longè magis absoluere potest
à suspensione temporali, cùm hæc non differant
nisi tamquam magis, & minus, vt l. Relegatorum,
§. Solet, ff de interdict. & relegat. & l. Moris, ff. de
pœnit. Secunda difficultas est, quod in reserua-
tione Papa duo facit, idest prohibet Ordinarium
conferre, & reseruat sibi ius conferendi: in litigio
autem non facit nisi vnum ex his duobus, idest
prohibet Ordinarium cõferre: nemini autem re-
seruat ius conferendi, sed illud relinquit in suspen-
so, & vult pendere à futuro euentu. Et in hoc quo-
que reseruatio non differt à litigio nisi tamquam
magis, & minus; certum est enim in reseruatione
includi illam simplicem prohibitionem conferen-
di, quæ inest litigio, sicut in mixto continentur
simplicia. Beneficium enim litigiosum Papa so-
lum prohibet conferre: reseruatum verò non so-
lum prohibet, sed vlterius procedendo suæ dispo-
sitioni reseruat; atque ita reseruatio includit ca-
sum litigij, sed illum excedit gradu; vnde facultas
vniendi reseruata omnino comprehendit faculta-
tem vniendi litigiosa; cùm hæc, vt diximus, non
differant nisi vt magis, & minus, vt in c. Plus sem-
per, de reg iur. in 6. & ibi notat glos. Io. Andr. &
Doctores.

Sed obijcies. Maior ratio prohibitionis est in li-
tigiosis, quàm in reseruatis, ne scilicet propter no-
uos aduersarios, qui malitiosè interdum petito-
ribus subrogantur, litigia in Ecclesiarum dispen-
dium prorogari contingat, vt legitur in d. cap. 2. Vt
lite pendente, in 6. Ergo facultas vniendi reserua-
ta non includit litigiosa.
62 At respondetur hanc rationem posse quidẽ con-
siderari in collatione, sed non in vnione. Primò,
quia vnio fieri potest etiam in vita collitigantium,
vt Clem. 2. de reb. Eccles. non alienan. quo casu per
vnionem Seminarij non adijcitur nouus aduersa-
rius, neque prorogatur litigium; sed ijdem met
collitigantes litem prosequuntur, & post obitum
illo-

illorum vnio effectum sortitur. Deinde quia etsi vnio fiat post obitum vnius ex collitigantibus, tamen Seminarium poterit litem non prosequi, & expectare obitum alterius collitigantis superstitis cùm certum sit vnionem tunc esse habituram effectum absq; vllo ipsius Seminarij dispendio. Præterea verba illa textus, *qui malitiosè petitoribus subrogantur*, non congruunt loco pio cuiusmodi est Seminarium. Ac denique quia prohibitus cõferre litigiosa non debet censeri prohibitus illa vnire etiam circumscripta Concilij dispositione, dummodo vnio fiat absque obtinentium præiudicio: sic enim videmus beneficia etiam reseruata posse ab Ordinario vniri, quamuis conferri non possint, cùm vnio respiciat proprietatem beneficij, collatio verò titulum, Rota decis 4.5.& 6. de reb. Eccles. non alienand. In antiquis, & fusiùs dictum est suprà num.20.& 22. Experientia etiam docuit hãc rationem præiudicij Ecclesiarum propter litigij prorogationem esse parum considerabilem, cum stante lite Papa consueuerit passim concedere subrogationes in iuribus defuncti, vt in regula Cancellariæ 19. de subrog. collitigant. & ibi Glossatores.

63 Vltimò omittendum non est hanc quæstionem in casu huic valde affine fuisse iam decisam in Cõgregatione Concilij: nam cùm decretum cap. 18. sess. 24. iubeat conferri Parochiales præuia forma examinis per concursum, etiamsi, inquit, Parochialis Ecclesia reseruata, vel affecta fuerit: dubitatum fuit an sub ea dispositione comprehenderentur beneficia litigiosa: & quamuis adductum fuisset litigiosa beneficia non esse reseruata, vel affecta, sed tantùm illorum collationem suspensam esse; ac proinde in ipsis non verificari verba Concilij, quæ de reseruatis, vel affectis loquuntur: tamen S. Congregatio censuit decretum d. c. 18. habere locum etiamsi ipsæ Parochiales litigiosæ sint.

64 Hæc omnia videntur absque dubio procedere in vnionibus factis ante annum 1602. At verò in vnionibus postea factis, & in futurũ faciendis longè maior est difficultas: nam vt dictum est in præcedenti quæstione Clemens VIII. die 22. Februarij 1602. ad vitandas fraudes ex sententia Congregationis decreuit vt de cætero non possent vniri Seminario beneficia, quæ obtineant personæ, quę vel ob familiaritatem Cardinalium, vel aliam ob causam tales sint, vt quocumq; mense decedant, certum sit ea fore affecta Sedi Apostolicæ. Dubitari enim potest an hoc decretum quemadmodum abstulit Episcopo facultatem vniendi reseruata, ita etiam abstulerit facultatem vniendi litigiosa.

Verius videtur hoc decretum non habere locum in litigiosis; quia in illis non viget tanta ratio prohibitionis, quanta viget in reseruatis: neque enim vnio censeri potest fieri absolutè in fraudem collationis Apostolicæ: quia incertum est an finita lite beneficium conferri debeat à Papa, vel ab Ordinario; & potest cõtingere vt Ordinarius vniẽdo præiudicet suæ collationi, puta si beneficium vacauerit extra Curiã, quo casu collatio litigiosi finita lite ad Ordinarium spectat, iuxta tex. in d. Clem. 1. vt lit. pendent. Et cùm magis sit beneficium esse reseruatum, quàm litigiosum, vt superiùs diximus num. 53. non sequitur, Episcopus ob decretum Clementis non potest vnire reseruata: ergo nec litigiosa, quia regula, In eo quod plus procedit in oratione affirmatiua, non in negatiua, vt declarant Bart. & Doctores in l. 1. §. Stipulanti, ff. de verbor. obligat. & Decius in d. l. In eo quod plus, nu. 8. vers. Tertiò regula procedit. Sicut nec valet argumentum de parte ad totum, vt per Calder. cons. 111. aliàs, 2. de arbitris. Præterquamquod nec verba eiusdem decreti conueniunt vllo modo beneficijs litigiosis: loquuntur enim de illis tantùm, quæ quocumque mense vacauerint, certum tamen sit fore affecta Sedi Apostolicę: at verò litigiosa si vacauerint extra Curiam in mẽse Ordinarij finita lite nullo modo sint affecta Sedi Apostolicæ, sed ad Ordinarij collationem pertinẽt, vt statutum est in d. Clem. 1. atque ita in litigiosis non adest certitudo illa, quàm decretum requirit.

Itaque videtur respondendum vnionem beneficij, siue ante, siue post Decretum Clementis facta fuerit, tamen non esse nullam ex eo quod beneficium sit litigiosum: & in hanc sententiam S. Congregatio respondit.

De Excessib. Prælat.

Cap. Ex litteris,

1 EX LITTERIS. Episcopus, cuius authoritate homicidium est commissum, à ministerio Altaris, & officio Pontificali, & Episcopatus administratione deponitur. Vel sic: Episcopus præstans causam directè, vel indirectè homicidio committendo, eo commisso, priuari debet officio Pontificali, & Sacerdotali, & ab administratione Episcopatus remoueri. Vel tertiò, & breuiùs. Clericus authoritatem, vel consilium directè, vel indirectè homicidio præstans, irregularis efficitur. Hoc dicit Abb. Siculus. Prima pars narrat factum. Secunda diffiniendo committit, ibi, *Nos autem*.

Pro intellectu huius Decretalis vide quod dixi in cap. Requisiuit, num. 80. de Ordin. ab Episc.

De Excess. Prælat.

Cap. Accedentibus.

SVMMARIVM.

1 *PRælati inferiores de matrimonijs cognoscere, publicas pœnitentias iniungere, & Indulgentias dare non possunt, nisi hoc eis competebat de iure speciali.*

2 *Causas matrimoniales cognoscere est dignitatis Episcopalis.*

3 *Causarum matrimonialium cognitio acquiri potest nedum priuilegio, sed etiam consuetudine legitimè præscripta.*

Et quid post Concilium Tridentinum num. 6. vers. Hodie verò.

4 *Prælati inferiores acquirere possunt ea, quæ sunt dignitatis Episcopalis non solum priuilegio, sed etiam præscriptione.*

5 *Non autem ea, quæ sunt Ordinis Episcopalis.*

6 *Etiamsi præscriptio sit immemorabilis.*

7 *Abbates, & alij inferiores Prælati Indulgentias*

concedere non possunt, & num. seq. vsque ad num. 20.

8 *Indulgentiæ partim accedunt ad dignitatem Episcopalem, partim ad Ordinem.*

9 *Episcopus electus, & confirmatus ante consecrationem an possit indulgentiarum litteras dare, & num. seqq.*

Et quid si non sit Presbyter, ibidem, & n. 11.

10 *Clauis iurisdictionis non est quid sacramentale.*

Indulgentia non pertinent ad dispensationem bonorum communium Ecclesiæ, ibidem.

11 *Legati etiam non Sacerdotes possunt indulgentias concedere.*

Indulgentiæ pertinent ad clauem iurisdictionis. ibidem.

12 *Indulgentiæ dari non possunt ab inferioribus Prælatis etiam iurisdictionem quasi Episcopalem habentibus.*

13 *Sed ab Episcopo tantum.*

14 *Ecclesia assimilatur Congregationi politicæ: Conuentus, vel Parochia Congregationi Oeconomicæ.*

15 *Episcopus solus propriè Prælatus Ecclesiæ dicitur.*

16 *Plebani non sunt propriè Prælati, sed quasi Coadiutores Episcopi.*

17 *Indulgentias dare non potest Vicarius generalis Episcopi, nec Capitulum sede vacante.*

18 *Et an valeat contraria consuetudo.*

19 *Generales, & Prouinciales indulgentias concedere non possunt.*

20 *Abbates nullius diœcesis habentes omnimodam iurisdictionem quasi Episcopalem in clerum, & populum exclusis Episcopis, an possint causas matrimoniales, & criminales cognoscere: latissime discutitur vsque in finem.*

Regulares veniunt appellatione inferiorum, qui à Concilio Tridentino causas matrimoniales, & criminales cognoscere prohibentur, ibidem.

Declaratur, n. 40. & 50.

21 *Causæ matrimoniales cùm sint graues itidè, & criminales, non sunt per quoslibet tractandæ.*

22 *Curia Romana committit causas matrimoniales Episcopis; & si alios adiungit, ponit clausulam,* Quòd si non omnes, tu frater Episcope.

23 *Inferiorum appellatione veniunt omnes Episcopo inferiores.*

Declaratur, n. 38. & 50.

24 *Dictionis taxatiuæ natura est ponere quod affirmat, & præter id quod ponit omne aliud excludere.*

Declaratur, num. 41. & seq. vsq ad n. 46.

25 *Monitoria ad finem reuelationis decerni non possunt ab Abbatibus nullius diœcesis habentibus Episcopalem iurisdictionem, sed petenda sunt à Sede Apostolica, & n. 47.*

26 *Renunciationes matrimoniales remitti non possunt ab Ordinarijs inferioribus, sed ab Episcopo tantùm.*

27 *Abbates ex Concilio Tridentino prohibentur causas matrimoniales, & criminales cognoscere.*

Declaratur, n. 48. & 50.

28 *Abbates habent dignitatem excellentem, & primã post Episcopalem.*

29 *Ac si proprium territorium habeant cum iurisdictione quasi Episcopali, exclusis Episcopis veniũt appellatione diœcesani.*

30 *Causæ matrimoniales olim committebantur inferioribus Prælatis habentibus iurisdictionem ordinariam, vel delegatam.*

31 *Correctio legum induci non debet per subauditos, & tacitos intellectus.*

32 *Archidiaconi, Decani, & aliorum inferiorum appellatione non veniunt Abbates nullius diœcesis habentes iurisdictionem ordinariã exclusis Episcopis.*

33 *Episcopus in locis ipsis nullius diœcesis excepta visitatione iure delegato nullam prorsus authoritatem exercere potest.*

34 *Etiam quoad ordinationem Clericorum.*

35 *Vel concernentia curam animarum, & Sacramentorum administrationem.*

36 *Causæ matrimoniales, & criminales an olim ex stylo Curiæ committerentur Abbatibus, & an hic stylus seruari debeat.*

37 *Abbatibus, & alijs inferioribus sunt committendæ dispensationes matrimoniales, litteræ in forma significauit, & aliæ huiusmodi quoad eorum subditos, si modo ipsi iurisdictionem quasi Episcopalem, & proprium territorium habeant, vel iurisdictionem pleno iure Episcopalem, & temporalem.*

38 *Dictio*, aliorum, *infert omnimodam similitudinem ad expressa; & quamuis iuncta sit cum dictione,* omnium, *tamen non comprehendit maiora, quàm expressa fuerint.*

39 *Clausula generalis subsequens quando in lege, vel Canone sunt enumerata minores, aut inferiores personæ, numquam comprehendit maiores, vel superiores.*

40 *Prælatis Regularibus nullius diœcesis, ac iurisdictionem habentibus quasi Episcopalem competũt ea omnia in Regulares exemptos intra suum territorium existentes, quæ ex Concilio Tridentino competunt locorum Ordinarijs contra alios exemptos.*

41 *Verba sequentia restringuntur ad præcedentia, quando ad illa veniunt continuatiuè.*

42 *Iurisdictione per Constitutionem in certum genus personarum taxatiuè collata, non censetur derogatum iurisdictioni alterius in easdem personas.*

43 *Dictio taxatiua in dispositione legis non excludit casus similes, vel eandem rationem habentes. Et sufficit vt sint similes quoad id de quo disputatur, num. 45.*

44 *Abbates in locis sibi pleno iure subiectis quoad iurisdictionem sunt similes Episcopis,*

45 *Et valet argumentum de Abbatibus habentibus Episcopalem iurisdictionem ad Episcopos.*

46 *Prælatorum Ecclesiarum appellatione veniunt etiam Abbates nullius diœcesis.*

1 ACCEDENTIBVS. Abbates de matrimonijs cognoscere, publicas pœnitentias iniungere, & indulgentias concedere non possunt, nisi hoc de speciali iure illis competat: sic summatur secundum Io. Andr. & DD. communiter, vel sic & generalius secundum Abbatem, & Marianum Socinum. Cognoscere de causa matrimoniali, item pœnitentias publicas iniungere, & indulgentias concedere spectat ad dignitatem Episcopalem; vnde inferior Prælatus de his se intromittere non debet, nisi ei competat de iure speciali. Primò ponit Episcoporum querelam, cui secundò prouidet ibi, *Volentes.*

2 Nota primò cognitionem causarum matrimonia-

nialium esse dignitatis Episcopalis; ac proinde Episcopum de iure communi in his fundare intentionem exclusis inferioribus Prælatis, vt hic, & in esp. Multorum, in fine, 35. qu. 6. & melius in cap. Auditis, de præscript. & notat hic glos. in vet. Episcopalis dignitatis, Host. nu. 3. in vet. Matrimonialibus, Butr. Abb. & Marian. Socin. omnes in 1. notab & hodie est expressum in Decreto Concilij Tridentini cap. 20. §. Ad hæc, sess. 24. vt fusius patebit infra n. 20.

3 Secundò nota ibi, *speciali concessione, vel alia legitima causa* ius cognoscendi de causis matri-
monialibus posse acquiri nedum ex priuilegio, sed
etiam ex consuetudine legitimè præscripta, quæ
iurisdictionē tribuit, cap vlt. supra, de off Archid. &
d cap. Auditis, de præscript. hoc enim important
illa verba, *vel alia legitima causa*, idest consuetu-
dine, vel præscriptione, vt exponit glos. fin & Inno-
4 cen. Generaliter enim ea, quæ sunt dignitatis Epi-
scopalis, sunt etiam inferioribus Prælatis non tan-
tùm concessibilia priuilegio, sed etiam quæsibilia
præscriptione, vel consuetudine, vt formaliter in-
quit Butr. hic n. 2. & consentit Abb. eod. n. in 2. no-
5 tab. & n. 3. vers. Nota ex hac glossa, & Marian. So-
cin. n. 3. licèt secus sit in his, quæ sunt ordinis Epi-
scopalis, quia nulla consuetudine, vel præscriptio-
ne acquiri possunt ab inferioribus Prælatis, cap.
Quanto, de consuet. & cap. Aqua, de consecr. Eccl.
6 & notant hic Host. Io. Andr. Cardin. Ancharan. &
omnes, etiamsi sit immemorabilis, vt dixi plenè in
d. cap. Quanto.

Hodie verò consuetudo inferiorum cognoscendi de causis matrimonialibus sublata est a Concilio Tridētino in d. cap. 20. in fine sess. 24. nisi sit immemorabili, vt declarauit S. Congregatio eiusdem Concilij Interpres.

7 Vltimò nota, Abbates, vel alios inferiores Prę-
latos de iure communi non posse litteras indulgē-
tiarum concedere, hoc enim Episcopalis est di-
gnitatis, vt est textus clarus hic, & in cap. Cum ex
eo, in fi. de pœnit & remiss. & notat Archid in cap.
Romana, circa fin. in ver. Indulgentijs, eod. tit lib. 6
8 Quinimmò sentit hic Host. n. 6. vers. Patet ergo, in-
dulgentiam esse mixtæ potestatis, quia partim ac-
cedit ad dignitatem, siue iurisdictionem Episco-
palem, partim ad Ordinem: vnde nu. 5. vers. Sed
9 numquid electus confirmatus, videtur inferre vt
Episcopus electus, & confirmatus ante consecra-
tionem non possit indulgentias elargiri; præsertim
si non sit Sacerdos; & eum sequitur Archid. loco
cit. licèt Hostiensis subdat aliter fuisse interpreta-
tam consuetudinem; quia Episcopi etiam non
Presbyteri, nec consecrati indulgentias faciunt;
quam tamen dicit esse irrationabilem saltem in
Episcopo non Presbytero. Amplius putat Franc.
Vercellen. relatus hic à Io. Andr. & DD. electum
ante consecrationem indulgentias elargiri non
posse, etiamsi Sacerdos sit: & hanc partem mor-
dicus tuetur, Butr. verò num. 3. simpliciter recitat
opiniones, & nihil concludit, sed dicit [tenea-
tis quod placet; sed tu in hoc sequere S. Thomam]
nam, vt ipse ait in 4. distin. 20. art 3. qu. 2. ad primu
10 [Clauis iurisdictionis non est quid sacramentale,
& effectus eius arbitrio hominis subiacet, & huius
clauis effectus est remissio, quæ est per indulgen-
tias, cùm non pertineat ad dispensationem Sacra-
mentorum talis remissio, sed ad dispensationem
bonorum communium Ecclesiæ.] Et ideo etiam
11 Legati non sacerdotes indulgentias concedere
possunt. Et vt idem docet art. 4. qu. 2. in corpore.
[Potestas concedendi indulgentias sequitur iu-
risdictionem: & quia Diaconi, & alij non sacerdo-
tes possunt habere iurisdictionem vel commissam,
sicut Legati, vel ordinariam, sicut electi; ideo
possunt indulgentias concedere, etiam non sacer-
dotes, quamuis non possint absoluere in foro pœ-
nitentiali, quod est Ordinis.] Hæc ille, cuius do-
ctrina communiter recipitur, teste Nauar. in tract.
de indulgen. in 31. notab. n. 3. vers. Possunt autem
hi conferre etiamsi nō sint in Episcopos consecra-
12 ti. Sed quamuis hæc ita se habeant in Legato, qui
ius dandi indulgentias habet ex commissione
Papæ, & in electo, qui illud habet ex potestate or-
dinaria, cùm in confirmatione consequatur pote-
statem iurisdictionis, etiam ante consecrationem,
vt in cap. Transmissam, de elect. non tamen hinc
licet inferre vt inferiores Prælati possint indulgen-
tias dare, licèt quandoque habeant iurisdictionem
quasi Episcopalem, vt in cap. Abbates, de priuileg.
13 lib. 6. Rationem reddit egregiè idem D. Thomas
d. art. 4. qu. 1. [quia solus ille, qui præficitur Ec-
clesię potest indulgentiam elargiri. Sed cùm Ec-
clesia sit Congregatio fidelium; Congregatio au-
14 tem hominum sit duplex, scilicet œconomica, vt
illi qui sunt de vna familia, & politica, sicut
illi qui sunt de vno populo, Ecclesia similatur Cō-
gregationi politicæ, quia ipse populus Ecclesia di-
citur, sed Conuentus diuersi, vel Parochiæ in vna
diœcesi similantur Congregationi in diuersis fa-
milijs, vel in diuersis officijs; & ideò solus Episco-
15 pus propriè Prælatus Ecclesiæ dicitur; & ideò ipse
solus quasi sponsus annulum Ecclesię recipit; & ideo
solus ipse habet plenam potestatem in dispensa-
tione Sacramentorum, & iurisdictionem in foro
causarum quasi persona publica; alij autem secun-
16 dum quod ab eo eis committitur. Sed Sacerdoti-
bus, qui plebibus præficiuntur non sunt simplici-
ter Prælati, sed quasi coadiutores; vnde in conse-
cratione Sacerdotum Episcopus dicit, *Quanto fra-
giliores sumus, tanto magis his auxilijs indigemus*.
Et propter hoc etiam non omnia Sacramenta di-
spensant. Vnde Sacerdotes Parochiales, vel Ab-
bates, aut alij huiusmodi Prælati non possunt
huiusmodi indulgentias dare.] Hæc S. Thom. quē
similiter dicit communiter receptum Nauarr. de
indulgen. in 31. notab. n. 9. Et propterea indulgen-
17 tias non concedit Vicarius generalis Episcopi, nec
Vicarius Capituli sede vacante, quamuis habeant
ea, quæ iurisdictionis sunt, vt latè probat Calder.
in cap. Nostro, col. penult. & fin de pœniten. & re-
miss. quem sequitur Nauarr. in d. not. 31. num. 6. &
tenent Archid. in cap. Romana, circa finem, vers.
Multo igitur fortius, de pœniten. & remiss lib 6.
licèt subdat multos contrarium facere abusiuè,
quem sequuntur hic Io. Andr. nu. 2. in fine, Butr.
n. 4. vers. Ex his patet quid iuris sit de Capitulo se-
de vacante, Anchar. eod. nu. vers. Et ex prædictis.
18 Nec valet contraria consuetudo, vt pluribus pro-
bat Cardin. S. Sixti in tract de indulgen. art. 5. licèt
in hoc aliud videatur sentire Nauarrus vbi supra
n. 6. vers. Etiamsi consuetudo haberet contrarium.
19 Quod facit contra Generales Ordinum Regu-
larium, & Prouinciales, qui nullis priuilegijs suf-
fulti præsumunt indulgentias suis subditis elargiri;
nam quidquid contra scripserit Eman. Rodrig
quæst. Regular. tom 2 quæst. 86. art. 1. vers. Secundò

dico,

dico, agunt contra determinationem Concilij generalis, de qua hic, & contra doctrinam D. Thomæ, & communem, & grauiter peccant, vt innuit littera huius textus ibi, *Et Abbatum prouidere saluti*; necnon ibi, *si proprium voluerit periculum euitare*, secundum Hostien.n.7.in ver.Saluti.& Io. Andr.n.4.in eod.ver.

20 QVAERO, Vtrum Abbates nullius diœcesis habentes omnimodam iurisdictionem quasi Episcopalem in Clerum, & populum exclusis Episcopis, possint causas matrimoniales, & criminales cognoscere.

Ratio dubitandi oritur ex decreto Tridentini Concilij in cap. 20. §. Ad hæc, sess. 24 vbi disertis verbis statuitur vt causæ matrimoniales, & criminales non Decani, Archidiaconi, aut aliorum inferiorum iudicio, etiam visitando; sed Episcopi tantùm examini, & iurisdictioni relinquantur: & in fine derogatur priuilegijs, indultis, & consuetudinibus quibuscumque: quo quidem decreto etiam Regulares comprehendi, censuit S. Congregatio.

21 Et augetur difficultas, quia causæ matrimoniales non sunt tractandæ per quoslibet, sed per iudices discretos, qui potestatem habeant iudicandi, & statuta Canonum non ignorent, cap. 1. de consang & affinit.& ibi DD. cum sint graues, cap. Causam matrimonij, & ibi Abb. de offic. Deleg. & cap.Si pro debilitate, vbi Dec.num.35.eodem tit. Ferret.cons.196.& seq. Et ob hanc rationem Curia habet ex vsu delegare causas matrimoniales

22 Episcopis, etsi alios adiungit ponit clausulam, *Quod si non omnes tu frater Episcope*, vt hic testatur Io.Andr.n.1.in fine, in ver. Matrimonialibus, Butr.& Anchar. vterque in primo notab. Itidem & criminales cum matrimonialibus propter earũ arduitatem à pari procedunt DD in cap.1. de restit.in integr.& in cap.Ad nostram,de probat.glos. in l.3. § Quacumque, & ibi Bart. Paul. de Castr. Alex.& alij, ff.de iureiuran.Bald.in d.cap. Ad nostram, col.1. Vnde non mirum si Concilium in il-

23 larum cognitione, ac diffinitione non confidit de inferioribus Prælatis: hac enim ratione vsum est illis verbis, *& aliorum inferiorum*, quorum virtute veniunt omnes illi qui sunt Episcopis inferiores, & in specie Abbates, vt colligitur ex glo.in c.Cum ab Ecclesiarum, in ver.Ecclesia, de offic.Ordin. & notatur per DD.in cap.Auditis,de præscript.Quinimo ad maiorem inferiorum omnium exclusionem Concilium loquutum est per dictionem taxatiuam, *tantùm*, ibi [Sed Episcopi tantùm exa-

24 mini, & iurisdictioni relinquantur] de cuius quidem dictionis natura est ponere quod affirmat, & præter id quod ponit, omne aliud excludere, l.a. C.de patr.qui filios distrax.l.Contractus, de regul. iur. cap. Cum Ecclesia Sutrina, de caus.possess. & propriet.cap.Contingit,& ibi Felin.de fidiussor. Bartol.in l.Vnica,ff.Si quis ius dicenti nõ obtemper. habet enim negatiuam implicitam, & ideo negat omnia non expressa, Gemin. cons. 76. nu.3. vers Contrarietas, Ancharan.cons.77. Visis, & n 4. & 5.

25 Et confirmatur ponderando aliud decretum Concilij, nempe cap.3.sess.25. vbi cum per similia verba taxatiua statutum fuerit, vt excommunicationes pro rebus deperditis, seu monitoria ad finem reuelationis a nemine prorsus, præterquam ab Episcopo decernantur, S.Congregatio declarauit Abbates nullius diœcesis habentes Episcopalem Iurisdictionem non posse eiusmodi monitoria decernere; sed illa petenda esse à Sede Apostolica. Et in indiuiduo cùm Cardinalis Farnesius obtinens in Commendam Abbatias S.Zeoi,& Farfæ, in quibus habet iura Episcopalia, dubitasset an posset concedere excommunicationes ad finem reuelationis, Sacra Congregatio respondit non posse.

26 Et quod spectat ad causas matrimoniales, cùm esset quæsitum an facultas remittendi denunciationes competeret Commendatario, cuius Abbatia iura Episcopalia habet, & appellatione Ordinarij venit, iuxta cap.fin.de offic.Ordin. in 6. Sanctissimus respondit decreto cap.1.sess.24.de reformat.matrim.appellatione Ordinarij non venire alium, quàm Episcopum: & tamen decretum dicti cap.1. nec loquitur expressè de Episcopo, nec per dictionem taxatiuam, sed simpliciter de Ordinario ibi, *Nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit, vt prædictæ denunciationes remittantur*.

27 Demum in terminis d.§.Ad hæc, cùm dubitatum fuerit an verba illa, *aliorum inferiorum*, intelligantur de Abbatibus, cùm decretum faciat mentionem Archidiaconi, post quam non videtur de Abbatibus intellexisse, & nullus Canon eos nominet post Archidiaconos, sed semper præmittat Abbates, vt in cap.1. de ætar. & qualit.cum concordant, S. Congregatio censuit intelligi, & hic ordinem non seruari.

Verùm his non obstantibus, contraria opinio est verior: nam omissa disputatione an Abbates possint acquirere facultatem cognoscendi causas matrimoniales, & criminales eum omnimoda iurisdictione, & territorio separato in vim præscriptionis, seu consuetudinis, in quo Canonistæ non conueniunt, vt constat ex Abb. in cap. Cùm contingat, nu.18. de foro compcten. tamen indubitati iuris est huiusmodi territorium cum iurisdictione quasi Episcopali priuatiuè ad Episcopum posse acquiri ex priuilegio Papæ, vt per Host. Ant. de Butr.& alios communiter in d.cap. Cum contingat.

28 Huic autem priuilegio nulla ex parte derogauit Tridentina Synodus in d.cap.20.§.Ad hæc, sess.24. quia non eadem ratione Abbates sunt inferiores Episcopis, sicut Decani, & Archidiaconi, quorum meminit Concilium; cum Abbates, de quibus agitur habeant dignitatem excellentem,& primã post Episcopalem, Bald. in cap. Pastoralis, in gloss. in ver.Superiores, de offic.deleg. vbi etiam Felin. col.4 Lap.allegat.84. Dominus Papa, nu.11. vers. Item Abbatia, vbi determinat Abbatiam non venire sub nomine dignitatum, cùm sit specialiori digna, & dicatur in primo dignitatis gradu, sicut Episcopatus, & cæteras appellari inferiores dignitates: allegat textum in cap. Si quis dein-

29 ceps, 16.qu.7. Et cum habent in proprio territorio iurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem priuatiuè ad Episcopum, veniunt appellatione Diœcesani, etiam in materia noua, & præiudiciali, secundum Abb.in Clem.Diœcesanis, de vit. & honest. Cler.& tenet glos. in Clem. 1. §. Volumus, in ver. Diœcesanis, quam ibi sequuntur Cardin.in 4.quæst.nu.1. Imol num.28.Vital.num.4.& Abb.n.15.de for.compet. gl. Pragmaticæ sanctionis, tit.de annis, vers.In diœcesi, pag.117.

30 Præterea olim in causis matrimonialibus referi.

scribebatur aliis inferioribus, vt de Archidiacono habetur in cap. Litteras, & ibi notatur de rest. spoliat. de Archipresbytero in cap. 1. & ibi glos. In ver. Coram Archipresbytero, de consang. & affinit. de Præposito in cap. Proposuisti, de probat. de Abbatibus patet hic, & in cap. 1. & 2. de eo qui duxit in matrimonium, in cap. Ex parte, de sponsal. & in cap. 1. de consang. & affin. ex quibus iuribus colligitur satis esse vt huiusmodi inferiores Prælati nouerint statuta Canonum, & habeant iurisdictionem ordinariam, vel delegatam, vt possint eis prædictę causæ committi. Et idem dicendum de causis criminalibus, cùm propter illarum arduitatem matrimonialibus æquiparentur, vt dictum est supra n. 22.

31 Hanc autem sacrorum Canonum dispositionē Concilium Tridentinum censeri non debet sustulisse; quia legum correctio, quantum fieri potest, vitanda est, l. Sancimus, C. de testam. itaut nisi expressè facta reperiatur, induci non debeat, l. Præcipimus, in fine, C. de appell. neque enim per subauditos, aut tacitos intellectus inducenda est legū correctio, vt dicit glos. in cap. Cupientes, §. Quod si per viginti, de elect. in 6. not. Bart. in l. Cū oportet, C. de bon. quę liber. & in l. 2. C. de suis, & legit. hæred. Quin potius iura iuribus sunt concordanda, cap. Cum expediat, de elect. in 6. Alex cons. 25 nu. 14. vol. 5. Vnde Concilium extendi non debet vltra Decanos, & Archidiaconos, et illis inferiores iurisdictionem ordinariam non habentes, de quibus loquitur ad correctionem iuris communis.

32 Accedit quod ex stylo Concilij, vbi fit mentio de Archidiaconis, Decanis, et alijs inferioribus, non comprehenduntur Abbates habentes iurisdictionem ordinariam exclusis Episcopis, vt patet in cap. 3. sess. 24. quod loquitur per eademmet verba, quibus loquitur d. §. Ad hæc, vt ibi, [Archidiaconi autem, Decani, et alij inferiores in ijs Ecclesijs, vbi hactenus visitationem exercere legitimè consueuerunt, debeant quidem assumpto Notario de consensu Episcopi deinceps per seipsos tantùm ibidem visitare] et in cap. 14. in fin. sess. 25 de reform. ibi [Supradictorumque omnium cognitio, idest contra Clericos concubinarios, non ad Archidiaconos, nec Decanos, aut alios inferiores, sed Episcopos ipsos pertineat: neutrum enim in prædictis decretis comprehendit Prælatos nullius diœcesis iurisdictionem quasi Episcopalem habentes in Clerum, et populum priuatiuè ad Episcopum] vt Sacra Congregatio declarauit. Ergo idem dicendum de d. §. Ad hæc, qui ijsdem verbis vtitur, arguendo à solitis, & à stylo loquendi, ad cap. Cum illi Ferrariensis, vbi Ant de Butr. Imol. Abb. & Felin. de Constit.

Et confirmatur, quia Concilium quando voluit comprehendere loca nullius diœcesis, illa disertis verbis expressit; & tunc meminit aut de Episcopo proximiori, aut de Episcopo, intra cuius diœcesis fines ea loca sita sunt, vt patet in cap. 9. sess. 24. & cap. 10. sess. 23. Ergo cùm id non fecerit in cap. 20. §. Ad hæc, sess. 24. censetur noluisse, ad l. Vnicam, §. Sin autem ad deficientis, C. de caduc. toll. & cap. cap. Ad audientiam, de Decim.

33 Ad hæc in locis nullius diœcesis Episcopo nulla per Concilium tribuitur iurisdictio, nisi quoad visitationem iure delegato, vt patet in d. cap. 9. sess. 24. nam etsi ex cap. 10. sess. 23. possit Episcopus ordinare personas nullius diœcesis, eisque dimissorias concedere, & ex cap 18. sess. 23. ex beneficijs nullius diœcesis contribuendum sit Seminario vicinioris Episcopi; tamen in locis ipsis nullius diœcesis nullam prorsus auctoritatem Episcopus exercere potest, excepta visitatione iure delegato; ideoq; in loco nullius diœcesis proximior Epi-
34 scopus non potest facere ordinationes, aut Pontificalia exercere, vt aliàs censuit S. Congregatio ad c. 5. sess. 26. At verò causas matrimoniales, & criminales in vim d. c. 20. §. Ad hæc, sess. 24. Episcopus cognoscit iure ordinario; & totum illud decretum loquitur de Episcopo tamquam Ordinario, nec vllibi fit mentio de potestate delegata. Absurdum autem esset vt causas huiusmodi Episcopus cognoscere posset, ac diffinire tamquam Ordinarius in locis nullius diœcesis; & tamen ius visitandi, quod fauorabilius est exercere nō posset, nisi tamquam Sedis Apostolicæ Delegatus: ergo ad vitandum hoc inconueniens, dicendum est d. §. Ad hæc ad Prælatos, aut loca nullius diœcesis non pertinere.

35 Præterea quamuis personæ siue sæculares, siue regulares curam animarum personarum sæcularium exercentes in his, quæ d. curam, & Sacramētorum administrationem concernunt, subsint immediatè iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi ex decreto c. 11. sess. 25. de reg. tamen hęc facultas non competit Episcopo in locis nullius diœcesis, vt S. Congregatio declarauit: quia decretum illud loquitur de locis, ac personis in diœcesi Episcopi existentibus, vt constat ex illis verbis, *in cuius diœcesi sunt sita*: locus autem nullius diœcesis nec est in diœcesi, nec de diœcesi, vt verba ipsa sonant, & dixit Rota decis. 207. n. 2. par. 2. diuers. Item prædicta facultas non competit Episcopis in locis, vbi Abbates Episcopalem, & temporalem iurisdictionem exercent in Parochos, & Parochianos, vt ibi patet in vers. Exceptis. Ergo si in prædictis locis Episcopus nullam habet auctoritatem in concernentibus curam animarum, & administrationem Sacramentorum; longè minus dicendum est illam habere in cognitione, ac diffinitione causarum, ad hoc cap. Cum Capella, de priuil.

36 Ac demum quamuis de stylo Curiæ causæ matrimoniales, & criminales olim non committerētur Abbatibus, sed Episcopis tantùm, vt testatur Specul. de rescrip. præsent. §. Ratione formæ, vers. Nunc ad destructionem, Abb. & alij in c. Si pro debilitate, de off. deleg. vbi in specie Dec. n. 10. & 11. & validum sit argumentum à stylo Curię, c. Venerabiles, de confirm. vtil. vel inutil. c. Ex litteris, & ibi Abb. de Const. glos. in Clem. 1. §. Secus, de concess. præb. & Io. Andr. in c. vnico, de rerum permut. in 6. tamen stylum hunc non fuisse semper seruatū vel ex eo conijci potest, quod per multas Decretales supra relatas nu. 30. causæ huiusmodi reperiuntur commissæ Abbatibus. Præterquam quod talis stylus esset contra ius commune; ac proinde nō obseruandus per ea, quæ tradit Ant. de Butr. in c. Cum tanto, n. 46. de consuet. Abb. in c. vnic. n. 5. de scrutin. in ord. facien. Sed quidquid sit in alijs in-
37 ferioribus, certè in Prælatis, de quibus loquimur cessat omnis difficultas, quia S. Congregatio iam declarauit Abbatibus esse committendas dispensationes matrimoniales, litteras in forma significauit, aliaque huiusmodi quoad eorū subditos, si

modò

modò ipsi iurisdictionem quasi Episcopalem, &
proprium territorium habeant; & in specie sic re-
spondit in casu Abbatis Nonantulani, & Abbatis
Castri Dursutis, idemque probauit Sanctissimus
in Congregatione habita coram Sanctitate sua in
fauorem Abbatis S. Ioannis in Venere, si sit nul-
lius diœcesis, idemque mandauit obseruari in po-
sterum in his, qui iurisdictionem pleno iure habẽt
Episcopalem, & temporalem.

38 Neque obstant considerationes in contrarium
adductæ; nam quod spectat ad verba Concilij in
d.c.20.§.Ad hæc,sess.24.tametsi inferiorum appel-
latione quando id verbum absolutè profertur, aut
ad differẽtiam Episcoporum veniant omnes Epi-
scopo inferiores, c.Cum inferior, de maior.& obed.
& notatur in c.fin.de pœnit. & remiss. tamen secus
dicendum est hoc casu, quia hoc verbum à Con-
cilio non fuit appositum simpliciter, & absolutè,
aut respectiuè ad Episcopos, sed adiecta dictione
illa, *aliorum*, quæ infert omnimodam similitudi-
nem ad expressis, Bald in l.Si fugitiui,col.vlt. C.de
seru.fugit.& in l.Conuenticula,col.4. C.de Episc.&
Cler.Bart.in l.Sed & reprobare,n.6.ff.de excus.tut.
Bero.cons.41.n.10.vol.1.sed supra immediatè Cõ-
cilium expressit Decanos, & Archidiaconos, qui
sunt inferiores Episcopis & quoad legem iurisdi-
ctionis, & quoad legem diœcesanam, & quoad
obedientiam, quam illis præstare tenentur, vt est
text.in d.c.Cum inferior; eiusmodi enim inferio-
res vtcumque exempti, quamuis non sint de diœ-
cesi, sunt tamen in diœcesi, Card.in Clem.2. §.Si-
mili,n.4.de priuil.Rota deci.207.n.2.par.2,diuers.
Ergo dum postea Concilium subiungit, *& aliorum*
inferiorum, intelligi debet de inferioribus, qui De-
canis, & Archidiaconis sunt similes, quales non
sunt Abbates proprium territorium, & iurisdi-
ctionem quasi Episcopalem habentes, qui nec sunt
de diœcesi, nec in diœcesi, & in omni materia iu-
risdictionali veniunt appellatione diœcesani, vt
ostensum est supra n.29.

Quinimò id procederet etiamsi Concilium di-
xisset, *& aliorum omnium inferiorum*, quia nihi-
lominus per hęc verba generalia nõ veniunt maio-
ra, vel grauiora, quàm expressa fuerint; casus est
in Clem. Non potest, de procur. & in l. fin. §. Cui
dulcia, de tritic.vin.& ole leg.

39 Deinde ita respondetur: quando in lege, aut
canone sunt enumeratæ minores, aut inferiores
personæ, non possunt postea sub generali clausula,
quæ subsequitur, maiores, & superiores cõprehen-
di, c.Sedes, & ibi Ant.de Butr.n.10 de rescr. Bero.
in c.1.n.205.de iud.sed Abbates, saltem proprium
territorium, & iurisdictionem ordinariam habẽ-
tes sunt maiores, & superiores Archidiaconis, &
Decanis, vt probatum est supra nu. 32. ergo non
comprehenduntur sub generali illa clausula, *&*
aliorum inferiorum, quæ post Archidiaconos, &
Decanos immediatè subsequitur. Idque efficaci-
ter comprobatur ex duobus decretis Concilij su-
pra allegatis, nempe ex c.3.sess.24. & c.14.sess.25
in quibus eademmet verba ad prædictos Abba-
tes non extenduntur.

40 Atque ita non obstat quod d. c. 20. §. Ad hæc,
sess.24 ex sententia S. Congregationis comprehẽ-
dat etiam Regulares; siquidem hæc resolutio simi-
liter procedit in illis Regularibus, qui sunt simi-
les Archidiaconis, & Decanis, non autem in Ab-
batibus nullius diœcesis omnimodam iurisdictio-
nem quasi Episcopalem habentibus priuatiuè ad
Episcopos: hi enim etiam ex stylo Concilij regu-
lariter veniunt Episcopi, & Ordinarij appellatione,
nisi subiecta materia, aut verba ipsa Concilij aliud
suadeant. Et propterea cùm aliàs dubitatum fue-
rit, an Prælato inferiori regulari nullius diœcesis,
ac iurisdictionem habenti quasi Episcopalem ex-
ceptis his, quæ sunt ordinis, competant ea omnia
in Regulares exemptos intra suum territorium
existentes, quæ ex Concilio competunt locorum
Ordinarijs contra alios exemptos; S.Congregatio
Concilij censuit competere.

Nec refert quod Concilium in d.§.Ad hæc, post
illa verba, *& aliorum inferiorum*, addiderit aliam
clausulam cum dictione taxatiua, videlicet, *sed*
Episcopi tantùm examini, & iurisdictioni relin-
41 *quantur*. Quandoquidem verba sequentia re-
stringuntur ad præcedentia quando ad illa veniũt
continuatiuè, l.Talis scriptura, & ibi Bar.de leg.1.
Abb.in cap.Secundò requiris, de appell.Bero.cons.
176.n.53.vol.1.

Item quando verba prius posita habent certam
significationem, non debent per sequentia recipe-
re declarationem, Bart.in l.fin.de reb.dub Bald.in
l.1. C. de legit. hæred. conuenientius est enim vt
præcedentia influant in sequentia quàm è conuer-
so, Bart.in l.Quisquis, de leg.3 Ias.in l.Pacta, de pa-
ctis, Roman.cons.104 Bero. cons.77. nu.18. vol.2.
Præsertim verò, quia nullum per hoc fit Episcopis
præiudicium, cùm hæc loca sint extra illorũ diœ-
cesim, sed Abbatibus tantùm, quibus iam erat
ius quæsitum, arg.c.In his, de priuil. c.Suggestum,
& c.Dudum, vbi glos.in ver. Nullatenus, de decim.
& in terminis huius taxatiuæ Bero.cons.110.nu.9.
42 & 10. vol. 1. Et in specie si per Constitutionem
collata sit alicui taxatiuè iurisdictio in certum
genus personarum, non censeri per hoc deroga-
tum iurisdictioni alterius in easdem personas,
Rom.cons.456.in fin. n.5. post Bart. in l. Viros. C.
de diuers. off. & appor.lib.12.qui tamen dicit hoc
procedere si alius habet iurisdictionem ex con-
suetudine; secus si à lege.

43 Deinde respondetur in dispositione legis, vt hoc
casu dictionem taxatiuam non excludere casus
similes, vel eandem rationem habentes, gl.in l.Ob
æs, C.de præd. Min.Io. de Imol. cons.86. In causa
quæ vertitur n.7. Abb.cons.63. Vt veritas, col.pen.
in fin.vers.Nec obstat, lib.2. pleně Ias.in l.1. nu.1.
vers.Secundò limita, ff.Si quis ius dicenti non ob-
44 temp.Sed Abbates in locis sibi pleno iure subiectis
quoad iurisdictionem sunt similes Episcopis, Abb.
& DD.in c.Constitutis, de appell. & in c. Transla-
to, de Const. Et valet argumentum de Abbate ha-
45 bente Episcopalem iurisdictionem ad Episcopos,
glos.in Clem.1.in ver.Proprij. de reb. Eccles. non
alien. Feder.de Sen. cons 14.n.4. Abb.post Io. And.
in c.Ioannes, de test.& in Clem.1. de for. compet.
& tenet Innoc.relatus à Card in c Ex ore, in fin. de
priuil.& in c. At si Clerici, §.de adult. n.13. de iud.
Et quamuis in aliquibus differant ab Episcopis, ta-
men ad hoc vt non excludantur per dictionem ta-
xatiuam satis est vt sint illis similes quoad iurisdi-
ctionem, de qua disputatur argumento eorum, quę
habentur in l.Quod Nerua, ff.Depositi, & per glos.
in Auth.Itaque, C.Communia, de success. & prop-
terea vt supra obseruatum est in c.14. sess.25. Ab-
bates, de quibus agitur, non excluduntur à cogni-
tione causarum contra Clericos concubinarios,
quam-

quamuis Concilium decernat vt illarum cognitio non ad Archidiaconos, Decanos, & alios inferiores, sed ad Episcopos ipsos pertineat: ponderando dictionem, *ipsos*, quæ cum sit personalissima, habet vim taxatiuæ, Bald.conf.304.Nobilis vir,n.1 lib.5.

Vnde etiam patet nihil obstare quod causæ matrimoniales, & criminales sint graues: nam nihilominus committuntur Abbatibus proprium territorium, & iurisdictionem quasi Episcopalem habentibus tam de iure communi, quàm ex sententia S.Congregationis ex decreto Sanctissimi,& ex stylo Cancellariæ, vt ostensum est supra n. 30. 36.

46 & 37.sed & ex stylo Concilii causæ criminales cognoscuntur ab Ecclesiarum Prælatis, vt patet in c.3 sess.6. c.4 sess.14. in quo concordat etiam iuris communis dispositio in c.Irrefragabili,de off. Ordin.quorum quidem Prælatorum appellatione etiã prædicti Abbates continentur, c. Decernimus, & ibi Dec.n.4. de iud. ergo idem dicendum de matrimonialibus, quæ à pari procedunt, cap. 1. & ibi DD.de in integ.restit.cum aliis supra alleg. nu. 22. alioquin esset iurisdictiones confundere, contra c.Peruenit, 11.q.1.& not.in c. Pastoralis, de off. ordin.in princ.Turrecrem.in c. de persona, 11. qu.1. item esset alienos terminos vsurpare, & aliorum subditos iudicare contra c.Nullus, & c.Placuit, 9. qu.2.

47 Similiter non obstat quod ex c. 3. sess. 25. à facultate decernendi excommunicationes ad finem reuelationis excludantur etiam Abbates, de quibus agitur, ex sententia S.Congregationis:id enim prouenit; quia Concilium vtitur dictione vniuersali negatiua ibi, *à nemine, præterquam ab Episcopo* : quæ quidem dictio negat omnia possibilia, vt dixit Roman.conf.199.Præsens,n.2. vers Secundò quia; et magis negat, quàm affirmatiua affirmet, gloss.in c.Cum dilectus, in ver.A suspensis, de consuet. Nec solùm vtitur illis verbis, *nemine, &c.* sed ad ijcit quoq; dictionem, *prorsus*, quæ est præcisa, & ostendit absolutam voluntatem excludendi omnes Episcopos inferiores,vt latè per Felin. in c.Ex parte,il primo,de off.Deleg.Rot.diuers.decis. 520.n.4.par.1. vnde ex eo decreto non licet inferre ad § Ad hæc,qui in diuersa materia vtitur dissimilibus verbis. Quinimò decretum d. cap. 3. in contrarium retorqueri potest: nam si intelligeretur de Episcopis tantùm etiam respectu locorum nullius diœcesis; vtique facultas decernendi excommunicationes etiã in prædictis locis ad Episcopum pertineret; & tamen non est ita; quia ex sententia eiusdem Congregationis monitoria huiusmodi pro ijsdem locis petenda sunt tantùm à Sede Apostolica.

50 Vltimò non obstat, quod ex sententia S. Congregationis in d.§.Ad hæc, verba illa, *& aliorum inferiorum*, intelligantur etiam de Abbatibus, siquidem hæc resolutio coincidit cum alia, qua declaratum fuit appellatione inferiorum in eo decreto etiam Regulares comprehendi:vtraque autem decisio similiter edita fuit pro illis tantùm Abbatibus, & Regularibus,qui in diœcesi Episcopi existunt, & habebant speciale priuilegium ante Concilium cognoscendi causas matrimoniales, & criminales, nec habet locum in inferioribus nullius diœcesis, qui iure ordinario huiusmodi causas cognoscunt, vt ex prædictis constat.

Prosp.Fagn.in 2.par.5.lib.Decretal.

De Excessib. Prælat.

Cap. Nimis iniqua.

NIMIS INIQVA. Ponit quindecim grauamina Religiosis illata, à quibus præcipit Prælatos abstinere. Abbas Siculus.

In Textu ibi, *nec sustinentes eos habere campanam*. De triplici intellectu huius litteræ, & an liceat Religiosis in suis Ecclesijs,& Oratorijs vnã, vel plures habere campanas, dic'vt scripsi in cap. Parentibus, à n.6.vsque ad nu.28.infra de priuileg. & de sex generibus tintinabulorum,seu campanarum, & de illarum origine, & multiplici vsu, & significatione vide quæ adnotaui in cap Custos Ecclesiæ, à nu.3.vsque ad nu.7.supra de off.custod.

De Exceff. Prælat.

Cap. Nimis praua.

SVMMARIVM.

1 *FRatres Prædicatores præferantur fratribus Minoribus, & n.seq.*
2 *Ordines Prædicatorum, & Minorum quo tempore fuerint per Sedem Apostolicam approbati.*
3 *Regulares omnes etiam Prædicatores, & Minores de iure communi sunt Episcopis subiecti.*
4 *Sed ex priuilegijs sunt exempti etiam ratione delicti commissi, contractus initi, & rei sita extra locum exemptum.*
5 *Regulares de iure communi tenentur ex magna causa comitari Episcopum processionaliter tam intra, quàm extra ciuitatem.*
Et quæ sit magna causa, ibidem.
6 *Exempla generalem dispositionem non restringunt.*
7 *Regulares an per exemptiones releuentur ab onere accedendi ad processiones ex magna causa indictas, & n. seq.*
Et quid post Concilium Tridentinum n.10.
8 *Religiosi Societatis Iesu cogi non possunt accedere ad publicas processiones ex priuilegio Gregorij XIII.*
9 *Fratres Prædicatores itidem exempti sunt à processionibus ex priuilegio Ioannis XXII.*
10 *Regulares exempti etiam Monachi hodie cogi possunt ab Episcopo ad publicas processiones accedere, non obstantibus consuetudinibus etiam immemorabilibus.*
11 *Nisi distent à ciuitate vltra medium milliare.*
12 *Fratres Prædicatores non sicut ac Fratres Minores sunt in statu arctissima paupertatis.*
13 *Et nihil proprij habere possunt etiam in communi.*
14 *Item sunt incapaces annui reditus perpetui.*
15 *Fratres Prædicatores sunt Mendicantes ex Constitutionibus, Fratres Minores ex regula.*
16 *Testamentum B Dominici.*
17 *Fratres Prædicatores ex priuilegijs sunt capaces reditus perpetui, & hæreditatum.*
18 *Religiones omnes, exceptis Capuccinis, & Minori-* C *bus*

ibus de Obseruantia hodie possidere possunt bona immobilia in communi.

19 Moniales S. Claræ in prædicta exceptione non includuntur.

Sorores non veniunt Fratrum appellatione, ibid.

20 Fratres Minores an sint capaces institutionis ea lege factæ, vt bona hæreditaria vendantur, & pretium erogetur in reparationem Ecclesiæ, &c. Et quatenus institutio non valeat, iure legati legat, & n. seq. vsq. ad n. 46.

21 Fratres Minores an, & quomodo sint capaces bonorum ex dispositione, cap. Exiit, de verb. signif. in 6. & n. 25.

22 Modo licito relictum quando dicatur.

23 Fratres Minores sunt incapaces successionis.

24 Fratrum Minorum institutio in personam Ecclesiæ Romanæ non sustinetur, & c. Exiit, in hoc reuocatur per Extrauagan. Ad conditorem Ioannis XXII.

25 Fratribus Minoribus in bonis eis siue Ordini relictis vel oblatis nullum ius, seu dominium acquiritur.

Relicta pro Fratrum Minorum ecclesiis, oratoriis, officinis, & habitationibus, ac vasis, & libris, & vestimentis diuinis officiis dedicatis, vel dedicandis sustinentur ibidem.

26 Institutio de Fratribus Minoribus facta ad effectum vendendi bona hæreditaria, & pretium conuertendi in vsum Fabricæ, vel Sacristiæ an teneat, & n. 34. & seq.

27 Clausula, omni meliori modo, an & quando faciat vt quatenus non valeat institutio directè, valeat per indirectum, & n. 38.

28 Exequutores si hæredis institutio non valeat an censeantur instituti hæredes & rogati bona erogare in vsus à testatore præscriptos, & n. 41.

29 Testamentum fauore piæ causæ valet sine hæredis institutione.

30 Fratribus Minoribus an subueniatur officio iudicis, vt impleatur testatoris voluntas, & n. 41.

31 Fratres Minores sunt incapaces annui redditus etiam inter immobilia reputetur.

32 Legatum annui redditus factum Fratribus Minoribus sub modo licito tenet.

Idem si simpliciter, quia sub modo licito factum censetur, ibidem.

33 Legatum factum sub conditione si institutio sit nulla an valeat in casum nullitatis institutionis, & & n. seq.

34 Hæres semel numquam desinit esse hæres.

35 Institutio cum est pro non scripta, modus etiam illi adiectus est pro non scripto.

36 Distinctio an modus licitus adiectus fuerit, fit in legatis particularibus tantum, non autem in successione vniuersali.

37 Dictio, nullatenus, quid importet.

38 Hæredes ad quæ teneantur.

39 Clausula codicillaris, vel omni meliori modo, quid operetur.

40 Fratres Minores sunt incapaces fideicommissi, & legati vniuersalis, & n. 44.

41 Testamentum in quo Fratres Minores sunt instituti hæredes, est nullum, & succedunt venientes ab intestato, nisi adsit cohæres, vel substitutus.

42 Pauli IV. & Pii V. dispensationes super successione Fratrum Minorum an sint redactæ ad terminos Concilii Tridentini.

43 Institutio de monasterio, seu ecclesia Fratrum Minorum an valeat, & an sustineatur in persona Ecclesiæ Romanæ.

44 Legatum vniuersale factum Fratribus Minoribus sub modo licito an teneat.

45 Fideicommissarius vniuersalis est hæres in effectu.

46 Fratres Minores tam de familia, quàm ex reformatione quorum legatorum sint capaces, & nu. seq. vsque in finem.

47 Quid de legatis bonorum mobilium, quæ vnica præstatione adimplentur, & n. 52.

48 Et quid de legatis annuis factis fabricæ Ecclesiæ, vel Sacristiæ, & n. 52.

49 Et quid de legatis annuis, quæ fiunt ipsis Fratribus cum onere celebrationis Missarum, & n. 53.

50 Et quid de legatis annuis sine onere, & n. 54.

55 Fratres Minores Cismontanæ familiæ, quibus conditionibus permissi fuerint Nouitios ad habitū, & professionem recipere.

56 Fratres Minores non prohibentur annuos reditus accipere à sponte dantibus per modum eleemosynæ.

57 Fratres Minores legata annua cum onere, vel sine onere accipientes quam protestationem facere teneantur, & n. seq.

58 Fratrum Minorum incapacitas ex doctrina Diui Bonauenturæ.

59 Aromatariorum vsus Fratribus Minoribus qualiter permittatur.

60 Cippos vel truncos, seu capsulas pro eleemosynis Missarum Fratribus Minoribus habere non licet.

61 Congregationis fabricæ S. Petri Decretum circa legata annua Fratribus Minoribus relicta, refertur.

NIMIS PRAVA. Ponit duodecim grauamina Prædicatorum, & Minorum, à quibus præcipit Prælatos abstinere. Secunda pars ibi, Quocirca.

1 Nota primo ex ordine litteræ Fratres Prædicatores præferri Fratribus Minoribus, vt hic, & in cap. In his, infra de priuileg. in cap. Quorundam, de elect. lib. 6. in cap. 3. infra de pactis, & in c. Constitutionem, de Regular. eod. lib. & sæpè alibi. Ratio
2 est, quia Prædicatorum institutio fuit priùs approbata per Ecclesiam Romanam, vt hic notant Hostiensis, Ioannes Andreas, & Cardinalis, omnes in principio.

Et refert Io. Calder. Ordinem Prædicatorum fuisse approbatum anno 1216. ab Honorio III qui successit Innocentio III. qui id se facturum promiserat. Et eodem anno fuisse approbatam institutionem Minorum. Et idem dixit Io. Andr. in d. cap. Quorundam, licèt de Minoribus non meminerit, Abb. hic num. 1. & Marian. Socin. num. 2. qui tamen asserit approbationem Ordinis Prædicatorum contigisse anno 1217. Sed verū est, quod dixit Ioann. Calder. vt patet in Constitutione Honorii III. quæ incipit, Religiosam vitam, edita 11. Kal. Ianuar. anno ab Incarnatione 1216. Pontificatus anno primo, in Bullar. tom. 1. pag. 44. Confirmatio autem Regulæ Fratrum Minorum habetur in alia Constitutione eiusdem Honorii incip. Solet annuere, edita 3. Kalen. Decembris, Pontificatus ipsius anno octauo. Et sic septem annis post approbationem Ordinis Prædicatorum in Bullar. eod. tom. 1. pag. 47. De præcedentia autem Ordi-

nis

nis Prædicatorum inter alios Ordines Mendican-
tium: eò quod ante omnes fuerit per Sedem Apo-
stolicam approbatus, Vide Constitutionem Pij V.
Diuina, in Bullar. tom. 2. pag. 267. Et quod scripsi
in cap. Certum, num. 1. & sequen. & maximè n. 21.
supra de maior. & obed.

3 Secundò nota de iure communi Episcopum fũ-
dare intentionem super iurisdictione ordinaria
non tantùm contra Clericos sæculares, sed etiam
contra omnes Religiosos suę diœcesis etiam Prę-
dicatores, & Minores: nam si specialiter eximun-
tur in casibus hic expressis, & in cap. præcedenti;
Ergo in alijs remanet regula in contrarium: quod
etiam probatur in cap. Cum venerabilis, de relig.
domib. & in 18. q. 2. per totam. Et tenent hic In-
noc. in princ. in ver. Constitutionibus, Hostien. n. 4.
in eod. ver. Abb. num. 4. in 4. not. Marian. Soc. n. 11.
& alij communiter.

4 Sed hodie tam Prædicatores, & Minores, quàm
alij religiosi quorumcumque ferè ordinum ex pri-
uilegijs Apostolicis sunt exempti ab Ordinariorũ
iurisdictione etiam ratione delicti commissi, vel
contractus initi, aut rei existentia extra locum
exemptum, vt latissimè probaui in cap. Tuarum,
à num. 10. infra de priuileg. In quibus autem casi-
bus, & præcipuè ex decretis Concilij Tridentini
subsint visitationi, correctioni, & iurisdictioni Epi-
scopi diœcesani, scripsi plenè in cap. Graue, à n. 9.
vsque in fin. supra de offic. Ordin.

5 Tertiò nota in vers. *Eis quoque*: textum effica-
citer probantem Fratres Prædicatores, & Minores
teneri ex graui causa processionaliter comitari
Episcopum tam intra ciuitatem, quàm extra: nam
cum textus dicat ex leui causa hoc eis mandari
non posse: ergo à contrario secus est ex magna
causa, puta in nouo ingressu Episcopi, vel Legati,
vel imminenti peste, vel flagello, vel ad generales
Litanias, quæ fiunt post Pascha ante festum Ascen-
sionis. Facit cap. Reuertimini, 16. q. 1. & cap. Ro-
gationes, de consecr. dist. 3. nam quod omnibus
imminet, ab omnibus debet explicari. c. Ad hæc,
supra de offic. Archid. cap. 2. de elect. & notant hic
Hostien. num. 4. in ver. Ex leui causa, Io. Andr. eod.
num. & ver. Petr. de Anchar. num. 4. in 3. not. Abb.
num. 3. Marian. Socin. num. 7. & cæteri. Imo hoc
vendicat sibi locum in alijs quoq; Religiosis, quia
hic textus loquitur de Prædicatoribus, & Minori-
bus per modum exempli, vt patet ibi, *Vt puta*
6 *fratres*. Ea verò quæ exempli causa dicuntur, ge-
neralem dispositionem non restringunt, cap. 1. Ne
Cler. vel Monach. l. Damni, la seconda, in princ. ff.
de damn. infect. Quin etiam putat Abb. nu. 5. vers.
7 Et aduerte, etiam per exemptionem concessam
post hoc Capitulum Prædicatores, & Minores non
releuari ab onere accedendi ad processiones ex
magna causa indicendas. Sicut non releuantur in
causa hæresis, & in quibusdam alijs, de quibus in
cap. Ad abolendam, de hæret. nam rogare Deum
pro salute populi incumbit tam exemptis, quàm
non exemptis, argum. d. cap. Reuertimini, Veriùs
tamen puto in hoc spectandas esse exemptionum
formas, & tenorem priuilegiorum, vt in c. Porrò,
8 infra de priuileg. Quid enim si ex forma priuilegij
sint nominatim exempti à processionibus ex qua-
cumque causa indicendis, vt sunt Religiosi Socie-
tatis Iesu ex Constitutione Gregorij XIII. quæ in-
cipit, Quæcumque, edita 16. Iulij 1576. in Bullar.
9 tom. 2. pag. 404. Quinimmo, & Prædicatores ha-
bent super hoc speciale priuilegiũ à Ioanne XXII.
teste Calder. cons. 393. aliàs 8. de Regular. Vnde
dictum Abbatis potest procedere tantummodo
in exemptione generali, prout videtur intelligere
Marian. Socin. hic num. 12. vers. Et quamquam pri-
uilegia generaliter eximerent, Verumetiam cir-
cumscriptis exemptionibus, Regulares vbi suppli-
cationes indicerentur ex leui causa, non essent co-
gendi accedere, vt hic patet.

10 Hodie ex decreto Concilij Tridentini in c. 13.
sess. 25. de Regular. Exempti omnes tam Clerici
sæculares, quàm regulares quicumque etiam Mo-
nachi ad publicas processiones vocati, accedere
compelluntur, ijs tantùm exceptis, qui in strictiori
clausura perpetuò viuunt. Non obstantibus pri-
uilegijs ante Concilium, & consuetudinibus etiã
immemorabilibus non accedendi, vtpotè sublatis
11 decreto cap. 12. eiusdem sessionis. Aduerte ta-
men quia etsi per hanc Decretalem Religiosi te-
neantur ire processionaliter cum Episcopo ex ma-
gna causa etiam extra ciuitatem, vt in littera, &
Concilium Tridentinum quoad hoc eorum exẽ-
ptiones sustulerit; tamen Gregorius XIII. excepit
Regulares, quorum monasteria distant à ciuitate
vltra medium milliare, vt est adnotatum in libris
publicis Sac. Congregationis Concilij ad dictum
cap. 13.

12 Vltimò nota ibi, *In arctissima paupertate*, Fra-
tres Prędicatores nõ secus ac fratres Minores esse
in statu arctissimę paupertatis, prout hic notat Io.
Andr. num. 1. in ver. Arctissima, Cardin. in princip.
Anchar. nu. 2. in 1 notab. Abb. num. 1. in 2. notab.
Bald. cons. 438. Factum sic se habet, in princ. lib. 1.
Alex. cons. 87. Eximiè, num. 4. vers. Nam Prædica-
tores, lib. 2. Sunt enim Mendicantes, vt hic, & in
cap. Quorundam, de elect. lib. 6. & in cap. Consti-
13 tutionem, de Regular. eod. lib. cum concord. Et
propterea nihil proprij habere possunt etiam in
communi, cum victum eis præbere debeat incerta
mendicitas, vt dicit tex. in cap. vn. de relig. domib.
lib. 6. & hic not. Ant. de Butr. num. 2. in primo not.
Petr. de Anchar. & Abb. vbi supra, qui addit se plu-
ries dixisse, sicut fratres Minores non possunt ha-
bere annuos reditus perpetuos, vt in Clem. Exiui
de Paradiso, §. Cumque annui reditus, de verbor.
signif. ita nec fratres Prædicatores: quia debent
seruire Deo in arctissima paupertate, vt hic dici-
14 tur. Aduerte tamen hos duos Ordines in hoc
differre, quod fratres Minores sunt incapaces bo-
norum etiam in communi ex Regula, & primæuo
instituto, vt in cap. Exijt qui seminat, de verbor.
signif. lib. 6. & in d. Clemen. Exiui. Prædicatores
verò ex Constitutionibus Ordinis tantùm; profi-
tentur enim regulam S. Augustini, vt per Federic.
de Sen. consil. 11. incipien. Fratres Prædicatores,
quem sequitur hic Butr. num. 2. & Marian. Socin.
num. 6. vers. Aduerte, Anchar. cons. 321. Præmit-
tenda sunt n. 3. Abb. cons. 27. col. 2. vers. Est & tertia
lib. 2. vbi dicit fratres Prædicatores ex regula, quæ
est S. Augustini, posse habere bona in communi;
sed per Constitutionem à Sede Apostolica appro-
batam esse Mendicantes, & viuere in arctissima
paupertate; & ita esse intelligendam hanc Decre-
talem, quamuis oppositum sentiat Franc. in c. vn.
§. Confirmatos, num. 2. de religios. domib. lib. 6.
tamen prima opinio est communis, vt testatur
Bertrand. cons. 206. num. 3. lib. 3. & cons. 152. nu. 2.
lib. 1. & Clar. in §. Testamentum, q. 39. per totam.

16 Nam B. Dominicus iu vltimo vitæ spiritu Fratres, inquit, Charissimi quę vobis tanquam filijs possidenda relinquo, charitatem habete, humilitatem seruate, paupertatem voluntariam possidete. Quanta verò possum districtione prohibeo nequis in hunc Ordinem possessionem inducat, maledictionem Dei imprecans contrarium facienti. Quę verba explicat Bald. in prealleg. consil. 438. lib. 1.

17 Ex priuilegio tamen sunt capaces annui reditus perpetui, & hæreditatum, vt per Feder. d. cons. 12. num. 6. Et vide Extrauag. Ioannis XXII. Quia quorundam, circa med vers. Nec hoc, de verb. signif. vbi primùm recitantur verba Gregorij IX in hac Decretali, videlicet [fratres Prędicatores, & Minores in altissima paupertate Christo pauperi famulantur.] Et mox subiungitur. [Et tamen constat ipsos Prędicatores habere in communi etiam quoad proprietatem aliqua; idque eorum statui, & regulę non repugnat.]

18 Hodie cessant huiusmodi ambages, quia Concilium Tridentinum in c. 3. sess. 25. de Regular. concessit omnibus Monasterijs, & Domibus tam virorum, quàm mulierum etiam mendicantium, exceptis domibus fratrū S. Francisci Capuccinorum, & eorum, qui Minores de Obseruantia vocantur, etiam quibus aut ex Constitutionibus suis erat prohibitum, aut ex priuilegio Apostolico non erat concessum, vt deinceps bona immobilia eis

19 possidere liceat. Et sub illa exceptione non comprehendi Moniales S. Claræ censuit S. Congregatio; tum quia ante Concilium capaces erant in communi, glo. 3. in Clem fin. de sent. excom. Bald. cons. 183. in princ. lib. 1. Card. in Clem. 1. quæst 7 de regul. Item ex priuilegijs Sedis Apostolicæ, & præsertim Eugenij IV. & Leonis X. de quibus testatur Vbald. de success. Clericor. Itemque ex verbis Concilij de fratribus non comprehendi sorores ex Bald. in l. Quicunque, C. de seru. fugit. & quia d. c. 3. in regula loquitur separatim de viris, & mulieribus. Itaque post Concilium soli fratres Minores, quales sunt verè etiam Capuccini, vt in Constitutione Pauli V. Ecclesiæ militantis regiminis, in Bullar. tom. 3. pag. 244. sunt in statu arctissimæ paupertatis, & incapaces hæreditatum, bonorum stabilium, & annuorum redituum etiam in communi.

20 QVAERO Testator instituit hæredes fratres Min. de Obseruantia S. Francisci cum hoc vt bona hæreditaria per executores ab eo nominatos vendantur, & pretium erogetur in reparationem Ecclesiæ, Constructionem Capellę, & facem suppellectilem. Et quatenus hæredis institutio non valeat ex aliqua causa in eorpore iuris clausa, tunc iure legati legat.

An huiusmodi dispositio sit valida, necne?

21 Disposuit cap. Exiijt qui seminat, §. Ad hæc, de verbor. significat. in 6. omnium vtensilium, & librorum, ac eorum mobilium præsentium, & futurorum, quæ & quorum vsumfructum fratribus Minoribus S. Francisci, vel eorum Ordini licet habere, proprietas, & dominium ad Romanam Ecclesiam liberè pertinere, vsu facti tantùm eis reseruato, & in §. Preterea idem ordinauit quoad loca empta de eleemosynis, & oblata, seu concessa fratribus sub quacunque forma verborum; necnon quoad Ecclesias, & Oratoria ad Ecclesias de-

22 stinata, & Cœmeterium. Quo verò ad legata declarauit vt infra, videlicet [Si verò modum licitum in legando testator expresserit, vt si diceret, lego pecuniam pro fratrum necessitatibus expendendam, vel domum, Agrum, vineam, & similia, ad hoc quod per certam personam, vel personas idoneas distrahatur, & pecunia de rebus ipsis accepta in ædificia, vel alia fratrum necessaria conuertatur; aut in legando similibus modis, vel verbis vtatur. In hoc casu illud in omnibus, & per omnia, consideratis eorum necessitatibus, & moderaminibus prædictis, quātum ad fratres decernimus seruari, quod per nos est superius in concessis pecuniarijs eleęmosynis declaratum; ad quæ legata soluenda tam hæredes testatorum, quam executores se liberales exhibeant.]

23 Superuenit deinde dispositio Clem. Exiui de Paradiso, de verb. signif. qua cautum est in §. Porrecta, vt pecunia, & alia oblata & legata non recipiantur pro alijs causis, & sub modis alijs (vt vrat verbis tex.) quam ponat dicti Prædecessoris nostri declaratio, quæ est in d. c. Exijt, Deinde in §. Cupientes disponitur his verbis: [Quia igitur in successionibus transit non solū vsus rei, sed & dominium suo tempore in hæredes: fratres autem præfati nihil sibi in speciali acquirere, vel eorum Ordini possunt etiam in communi: declarando dicimus, quod successionum huiusmodi quæ etiam ex sui natura indifferenter ad pecuniam, & etiam ad alia mobilia, & immobilia se extendunt considerata sui puritate voti nullatenus sunt capaces.]

24 Tertiò superuenit dispositio c. Ad Conditorem, Extrauag. Papæ Io. XXII. sub tit de verb. signif. quæ prouisionem c. Exijt, quod oblata seu concessa fratribus pertinerent ad dominium, & proprietatē Ecclesiæ Romanæ, vsu facti dumtaxat eis reseruato declarat esse contra regulam; & ideò eam

25 tollit, & prouidet vt infra videlicet: [De fratrum nostrorum consilio hoc edicto perpetuum valituro sancimus, quod in bonis quæ in posterum conferentur, vel offerentur, aut aliàs quomodolibet obuenire contingent fratribus, vel Ordini supradictis (exceptis ecclesijs, Oratorijs, officinis, & habitationibus, ac vasis, libris, & vestimentis diuinis officijs dedicatis vel dedicādis, quę ad ipsos obuenient in futurum, ad quæ se non extendunt inconuenientis supradicta; propter quod Constitutionem istam ad illa extendi nolumus) nullum ins seu dominium aliquod occasione ordinationis prædictæ, seu cuiusuis alterius à quocunque Prædecessorum nostrorum specialiter editæ Romanæ Ecclesiæ acquiratur, sed quoad hoc habeantur prorsus ordinationes prędictæ pro non factis.]

26 Quibus ità se habentibus pro validitate institutionis affertur; quod dispositio §. Cupientes considerat institutionem ideo non valere, quia per eam retinetur vsus, & dominium contra regulam, quæ ratio cessat hoc casu quia testator expressè disponit, vt dominium bonorum non remaneat penes hæredem, nec vsus, sed vt vendatur, & conuertatur pretium in reparationem Ecclesiæ, fabricam Capellę testatoris, & alias necessitates ipsius, quod satis secundum DD. est in consideratione, vt per Abb. cons. 63. nu. 4. lib. 2. Cuman. cons. 169. & Fulgos. cons. 103. num. 3. vers. Nec obstat quod si possint, & secundū hæc inuitantur Christiani ad benefaciendum, & ex contrario retraherentur, & nullum videtur fieri prejudicium puritati regulę fratrum Minorum, quę tota fundatur, vt viuant in paupertate, & proprium non habeant, nec possi-

possideant; non tamen vult, nec disponit, vt Ecclesiæ non reparentur, vt Capellæ non fiant, vt non habeant paramenta pro altaribus, & calices, & thuribula: & ita seruatur, vt refert Vasquez lib. 3. cap. 102. illustr. controu. n. 6. allegat Bart. in l. Ciuitatibus, ff. de legat. 1. & in l. Seruus, ff. de alim. legat. Regula enim circa victum versatur, vt illum dietim eleemosynaliter quærant, & totam fidem in Deo deponant illum habendi, iuxta illud Luc. 22. *Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calceamentis numquid aliquid defuit vobis?* Voluit enim Beatus Franciscus totaliter abstrahere suos ab affectu, & desiderio terrenorum, & specialiter à pecunia, & vsu ipsius. Institutio autem secundum modum prædictum non videtur à regula deuiare; & sic in fortioribus terminis concludit Bart. in tract. Minor. lib. 1. dist. 5. cap. 2. n. 3. dum simpliciter ait valere institutionem ad effectum vt bona vendantur, & pretium expendatur in reparationem Ecclesiæ, & subministrationem focorum, & Ecclesiarum humilium: idemq; sentit Calder. cons. 345. aliàs 46. de testam. & Guido Papa decis. 327. vbi ait ita obseruari, & ex stylo Fratribus prædictis præfigi terminum vnius anni ad vendendam hæreditatem, & pretium deponendum. In casu autē nostro expresè facta est, vt totum in id expendatur: vnde si diceremus non valere, fortè esset expresè dicere non posse fieri eleemosynam pro reparatione, & fabrica Ecclesiæ, & paramentis altarium, quod maximè absurdum esset: quamobrem institutionem hoc casu validam esse concludit Bartol. in eod. tract. lib. 1. dist. 5. c. 1. & 2. nn. 28. & seqq.

27 His accedit quod scripsit idem Bart. eod. lib. 1. dist. 2. c. 3. n. 15. de clausula, *omni meliori modo apposita*, vt quatenus esset aliquod dubium in institutione directa faciat valere per indirectam per fideicommissum; & quamuis Bald. & Anchar. aliter dixerint, tamen hoc posset procedere in simplici institutione, secundum quam videtur induci modus contrarius regulæ. At in casu nostro cùm simus in institutione sub modo, & ille non sit contrarius regulæ, fortè aliud videtur dicendum.

Quæ multò magis videntur procedere post dispensationes Pauli IV. & Pij V. necnon Bullam, quæ dicitur Mare magnum, de quibus apud Guilelm. de Benedictis in repet. cap. Raynutius, in ver. Eodem testamento relinquens, num. 126. de testam.

28 Et quia in hoc testamento sunt ordinati exequutores cum amplissima potestate vendendi, alienandi, & conuertendi ad vsum destinatum per testatorem, quo casu licèt institutio hæredis non procederet, ipsi exequutores censerentur instituti hæredes, & rogati, vt conuerterent bona prout testator disposuit, sicut formaliter dixit Bald. in l. Precibus, C. de impub. & alijs substitut. n. 46. per text. notab. in cap. Cum tibi, de testam. permittendum videtur vt exequantur dicti exequutores voluntatem testatoris, ne pia eius voluntas defraudetur. Quod si objiciatur forevt tunc deficiat hæredis institutio, sine qua testamentum non valet:

29 Responderi poterit executores censeri hæredes institutos per prædicta. Præterea fauore piæ causæ valet testamentum sine hæredis institutione: ita Tiraquel. in tract. de priuil. piæ causæ, in 15. priuil. per doctrinam Bart. in l. 1. C. de Sacros. Eccles. sequitur Barbat. cons. 8. & alij plures, quos citat.

30 Nec desunt qui sentiant etiamsi dati non essent executores, nihilominus monasterio subueniri officio iudicis, vt pia voluntas defuncti adimpleatur; quin etiam cuilibet de populo actionem competere: inter quos Specul. de instr. edit. § Nunc verò, n. 66. Io. Andr. in cap. Si hæredes, de testamen. Bart. in l. Ne quicquam, §. Cum igitur, de verb. signif. Bald. in l. Nulli, C. de Episc. & Cleric. Redoan. in tract. de spol. Eccles. q. 8. n. 31.

Denique quatenus prædicta dispositio sustineri non posset iure institutionis, forte tamen sustineri poterit iure legati, cùm testator expresè declarauerit se iure legati relinquere casu quo institutio ex aliqua causa in corpore iuris clausa non valeret. Certum est enim quamuis Fratres Minores sint incapaces hæreditatis, valere tamen legatum rerum stabilium eis factum sub modo licito, aut etiam simpliciter, cum sub modo licito factum intelligatur.

31 Qua in re satis erit afferre declarationem Sacræ Congregationis Concilij: nam cùm relicti essent dictis Fratribus annui reditus, quorum sunt incapaces, petitum fuit à Sacra Congregatione, vt declararetur, an Fratres possent sibi vendicare hos annuos reditus, non quidem vt eo modo prout relicti erant singulis annis perciperent, sed venderent, & pretium in necessitates monasterij cōuerterent: Sacra Congregatio censuit Fratres Mendicantes Ordinis Minorum de Obseruantia esse incapaces annui redditus legati, cùm inter immobilia reputetur. Clem. Exiui, §. Cumque annui red-
32 ditus, de verb. signific. Cæterum valere immobilium legatum eis factum sub modo licito, nempe vt vendant, & pretium conuertant in Ecclesiæ necessitates, Franc. in cap. 1. §. Confirmatos, de relig. domib. in 6. & idem si modus non sit adiectus; nā sub modo licito relictum intelligitur, Cardin. post Bart. & Bald. in d. Clem. §. Proinde, n. 11. Concilium autem cap. 2. sess. 25. de Regul. prohibere sola possessionem, & detentionem, seu dominij acquisitionem.

Et eo magis, quia testator hoc casu vsus est dictione copulatiua, &, videlicet, & quatenus institutio ex aliqua causa non valeat, lego, &c. Vnde quatenus non valeat institutio, censetur æquè principaliter legasse: nam copula facit transire dispositionem in speciem diuersam, Achill. de Grass. decis. 8. de clausulis, Capuraquens. decis. 124. incipien. Clausula omni meliori modo. Et de illius natura est vtrumque æquè principaliter copulare, cap. Cum Marthæ, de celebr. gloss. & Abb. in c. Querelam, de simon. quamobrem perinde est ac si testator simpliciter, & absolutè legasset nulla facta hæredis institutione: neque enim legatum ex se validum per inutilem institutionem vitiari debet, cap. Dilectus, il primo, de præb. & reg. Vtile per inutile non vitiatur, & est text. in materia in auth. Ex causa, C. de liber. præter. Hæc ferè sunt, quę pro validitate huius dispositionis afferri possunt.

33 Cæterum his non obstantibus verius videtur dispositionem testatoris hoc casu nec sustineri posse iure institutionis, nec iure legati: non quidem iure institutionis: nam quamuis singularia relicta valeant si fiant sub modo licito, aut etiam simpliciter, vt in d. decret. Exiji, §. Ad hæc quia fratribus; tamen secus est in institutione, ac iure vniuersali, vt reprobata Bartoli opinione concludit Bald. in auth. Ingressi, nu. 50. C. de Sacros. Eccles.

& post

& post eum Aretin in l. Apud Iulianum, § Constat, col. 3. ff. de leg. 1. Cardin. in Clem. Exiui, § Proinde, col. fin. de verb. signific. Anchar. in ead Clem. col. 3. vers. Secundo casu: & quidem Baldi rationes va-
34 lidissimæ sunt, & præcipuè illa, quod ius vniuersale consistit in quodam intellectuali, quod postquã est radicatum, non potest auelli, idest separari, l. Si fine, § Sed quod Papin. ff. de minor. Vnde non potest hoc ius intellectuale conuerti in aliquem materialem vsum: Nam siue hæres totam hæreditatem teneat, siue vendat, siue dissipet, semper tamen permanet hæres, l. Sed etsi lege, § Quod autem, de pet. hæred. & l. Imperator, ad Trebell. cum alijs per eum allegatis. Vnde cum fratres Minores non possint hoc ius retinere, nec etiam intellectuale in aliquod materiale conuerti valeat; merito non sunt capaces: at secus est in singularibus relictis, quia possunt præcisè conuerti, & in eorum vsum consumi: & sequitur Card. Zabar. cons. 103. Super facto, vers. Ad secundum, vbi contra opinionem Bart. ait, fratres Minores cum sint specialiter prohibiti, & facti incapaces successionum per d. Clem. Exiui, § Cupientes, de verb. signif non posse vniuersaliter succedere etiam quoad hoc, vt debeatur illis æstimatio: & idem Card. in d. Clem. Exiui, § Proinde, in fin. Conclusio enim illa quod Mendicãtes sint capaces successionis ad effectum, vt vendant, & pretium conuertant in eorum necessitates, non procedit in fratribus Minoribus, qui absolutè sunt incapaces; sed in alijs Mendicantibus dumtaxat. Et ita communiter obseruari testatur Bald. cons. 8. Super infrascriptis, lib. 1. quem refert, & sequitur Dec. in cap. In præsentia, n. 169. de probat. vbi etiam ait hanc esse communem opinionem.

35 Nec obstat, vt inquit Bart. Quod Institutio de fratribus Minoribus sub modo licito contineat duo capita, Vnum scilicet vt sint hæredes: aliud vt vendant, & pretium conuertant in necessitates fabricæ; & quod licet primum non valeat, debet tamen valere secundum, quemadmodum valeret si testator omisso capite primo, disposuisset de secundo. Respondit enim Bald. secundum caput venire consecutiuè, & accessoriè ad primum. Vnde destructo antecedenti, destruitur consequens, arg. l. Alimenta, § Seia, ff. de adim. legat. & ex quo institutio est pro non scripta, modus est etiam pro non scripto, vt l. 1. § In primo, C. de caduc. tollen.

36 Præterea multum habet ponderis consideratio quod Nicolaus IV. in d. cap. Exijt, § Ad hæc quia fratribus: dum agit de legatis particularibus statuit, vt si testator modum, secundum quem fratribus eorum conditione inspecta recipere non licet, exprimat in legando; à tali legato per omnem modum fratres abstineant. Sed si modum licitum fratribus in legando testator expresserit, declarat illud recipi posse seruatis moderaminibus ibi præscriptis; & similiter Clemens V. in d. Clem Exiui, in § Porrecta, agens de legatis particularibus declarat illa recipi posse secundum ea, quæ eius prædecessor expressit in d. cap. Exijt, idest cum modus licitus est adiectus. At verò in § Cupientes, vbi agit de successione, & iure vniuersali, eam distinctionem non adhibet, sed declarando dicit, successionem huiusmodi fratres dicti Ordinis considerata sui puritate voti nullatenus esse capaces; adijciens nec licere eis valorem hæreditatum tantum, vel tãtam earum partem, quod præsumi posset hoc in fraudem fieri quasi sub modo, & formam legati sibi dimitti facere, vel sic dimissa recipere; quin potius ista sic fieri ab ipsis simpliciter prohibuit. Hæc autem diuersitas, quæ ponitur inter legata particularia, & sic successionem vniuersalem, planè conuincit non æquè fratres Minores esse capaces successionis, ac legatorum; sed legatorum quidem si sub modo licito relinquantur. Successionem verò simpliciter, & absolutè esse incapaces;

37 Præsertim ponderando dictionem, *nullatenus*, de qua in d. § Cupientes, quæ cum sit vniuersalis negatiua, & idem importet, quod nullo modo, c. 1. § Ad hæc, vbi Archid. de restit. spoliat. in 6. excludit capacitatem successionis etiam per modũ aliàs licitum, efficitque vt fratres sint incapaces successionis in quacumque parte etiam minima, vt de hac dictione *nullatenus*, dicit Gemin. cons. 35. Pro clariori, num. 2. & omnem dispensationem excludit, secundum glos in Clem. Vt ijs, in verb. Nullo modo, de ætat. & qualit. Quid enim opus fuisset eã distinctionem adhibere in legatis, & successionem simpliciter prohibere, si tam legatorum, quàm successionis essent capaces vbi modus licitus esset adiectus.

Et confirmatur quia si distinguendum non esset inter successionem, & legatũ, sequeretur vt fratres Minores essent capaces institutionis simpliciter factæ, sicut sunt legatorum, quæ, cum modus non est adiectus, censentur facta sub modo licito, vt in d. decret. Exijt, § Ad hæc quia fratribus, vers. Si verò fratribus ipsis generaliter aliquid absq; modi expressione legetur, & declarauit S. Congregatio Concilij. Sed consequens est absurdum, quia institutionis simpliciter factæ prædicti fratres sunt absolutè incapaces, vt in d. § Cupientes, Ergo & antecedens.

38 Ac denique quatenus etiam institutio ad effectum vendendi non repugnaret regulæ in his quæ pertinent ad dominium, possessionem, vel vsum rerum; considerandum est tamen in fratres, vt præfertur institutos, cum secundum Bald. numquam desinant esse hæredes, transire iura, & actiones actiuè, & passiuè. Hæres enim tenetur de facto, de contractu, & de delicto defuncti, Bald. in l. Iubemus, § Sanè, in fin. C. de sacros. Eccles. Et potest conueniri actione personali quatenus nõ possideat, l. 1. & ibi Bart. C. de hæred. action. & l. 2. cod. tit. Imo tenetur etiam vltra vires hæreditarias si inuentarium non confecerit, vt in Auth. de hæred. & Falcid. § Hinc nobis, l. Sancimus, C. de Iur. delib. Fed de Sen. cons. 41. Item tenetur exonerare conscientiam defuncti, cap. In litteris, de raptor. Item sortitur forum, & cõueniri potest in loco defuncti, vel eius foro, l. Hæres absens, in princ. & ibi DD. ff. de Iudic. etiamsi aliàs sit exemptus, secundum Bart. ibi. Item tenetur de euictione pro re vendita per executorem testamenti, Bart. in l. Alio, in fin. de alim. & cibar. legat. & ad alia plurima his similia.

Fingamus ergo fratres Minores institutos sub conditione, vt vendant bona hæreditaria, adijsse hæreditatem, & bona distraxisse, & pretium erogasse in vsum fabricæ, vel sacristiæ, aut in eorum necessitates; quis tenebitur ad debita hæreditaria? & quomodo consultum erit creditoribus? eruntnè actione personali conueniendi fratres, quorum inopia omnẽ actionem excludit, ac reddit

dit inanem? quis exonerabit conscientiam defuncti? quis tenebitur de euictione, si bona hæreditatis distracta euincantur, aut alia adimplebit, quę ab hæredibus præstari oportet? Præterquamquod huiusmodi lites valde repugnant intentioni S. Institutoris qui voluit suos fratres ab his curis, & sollicitudinibus omnino auocare, vt patet ex dicta Clem. Exiui, §. Amplius, ibi: [nullo modo debent huiusmodi voti, & regulæ professores se talibus curis, & litigiosis actionibus immiscere, vt & testimonium habeant ab his, qui foris sunt, & puritati satisfaciant voti sui, ac euitetur per hoc scandalum proximorum.] Quæ ratione inter alias mouit etiam Io. XXII. in d. Extrauag. Ad conditorem, ad renunciandum iuri Ecclesiæ Romanę super bonis relictis, aut oblatis prædictis fratribus, vt in §. Rursus, ibi, Numquid non præfatæ Ecclesię derogatur honori, si ipsum oporteat nunc in foro ecclesiastico, nunc in sæculari, interdum quoque coram pedaneis iudicibus, & plerumque pro rebus paruis, & in vilibus continuò litigare. Non igitur mirum si successionis, ac iuris vniuersalis fratres prædicti absolutè, ac nulla distinctione adhibita declarentur esse incapaces.

Nec vrgent incōuenientia superiùs relata, quod ex contrario Christifideles retraherentur ab operibus charitatis, ecclesiæ non ædificarentur, &c. Siquidem huiusmodi eleemosynæ fieri possunt per viam oblationum, & legatorum particularium, quorum fratres sunt capaces, si modus licitus adijciatur: vt dictum est supra, non autem per viam institutionis, ac iuris vniuersalis, quia opera charitatis exerceri non debent modo illicito, per quē fratres inducantur ad regulæ transgressionem, vt patet in d. cap. Exijt, §. Quia verò puritatem, vers. Non enim verisimile est.

39 Quemadmodum nec obstat quod scripsit Bart. de clausula, *omni meliori modo*, vel codicillari, & quod venientes ab intestato censeantur instituti hæredes: nam in hoc quoque articulo eum reprobat Bald. in d. Auth. Ingressi. num. 54. & sequitur Petr. de Anchar. in d. Clem. Exiui, col. 4 in fin. vers. Et per ista, & Duenn. reg. 384. in 8 ampliatione, vbi alios citat: quia virtus prædictę clausulę est, vt institutio conuertatur in fideicommissum vniuersale, cum quo habet symbolum; & ita procedit text. in l. Eam quam, C. de fideicomm. in qua Bart. se fundat: non autem in fideicommissum particulare: sed fideicommissi vniuersalis fratres Minores

40 sunt incapaces. Ergo quoad eos prædicta clausula, aut tacita executorum institutio nihil operatur, nec deducit vniuersale in particulare, vt per Bald. ibid.

41 Amplius nō obstat, quod deficientibus executoribus subueniendum sit fratribus per officium iudicis: nam respondetur id habere locum in legatis particularibus tantùm, ad quę soluenda prædicta Decretalis, Exijt, in §. Ad hæc, quia fratribus, non solum præcipit, vt tam hęredes testatorum quàm executores se præbeant liberales, sed etiam vt iudices se ex officio suo promptos exhibeant ad pias voluntates deficientium adimpleadas. At secus est vbi fratres sunt instituti hæredes; quia tunc testamentum est nullum, & hæreditas defertur venientibus ab intestato, nisi adsit cohæres, vel substitutus, Bart. in tract. Minor. lib. 1. dist. 1. cap. 1. Fed. de Sen. cons. 26. in princ. & est communis opinio secundum Rom. cons. 196. circa declarationē, in princ. adeout venientes ab intestato nec teneātur in foro conscientię hęreditatem fratribus restituere, vt articulo vtrinq; discusso cōcludit Bart. d. lib. 1. dist. 1. cap. 2. Bald. verò in l. Nulli, C. de Ep. & Cler. Specul. & alij in contrarium allegati non loquuntur de fratribus Minoribus qui sunt incapaces, sed de pauperibus, vel alia pia causa, cui subuenitur per officium iudicis, aut certè intelligendi sunt de legatis particularibus tantùm, per supradicta.

42 Denique non obstant dispensationes Sixti IV. Pauli IV. & Pij V. nam illa Pij V. habet clausulam, *quatenus decretis Tridentini Concilij non aduersentur*: & omnes redactę sunt ad terminos Concilij tam eiusdem Pij V. quam Gregorij XIII. neq; enim videtur dubitādum quin dispensationes huiusmodi aduersentur Concilio, cum in c. 1. sess. 25. de regul. pręcipiatur Regularibus omnibus, vt ad regulę quam professi sunt pręscriptum, vitam instituant, & componant, & in cap. 3. eiusdem sess. A concessione possidendi bona immobilia in communi excipiantur in specie fratres Capuccini, & Minores de Obseruantia. Quęcumque igitur dispensatio, quę regulę aduersatur, cui ulmodi est ius succedendi quoad fratres Minores, aduersatur etiam Concilio, quod pręcipit vt regula obseruetur.

43 Hęc autem adeò vera sunt, vt Institutio nec validè fieri possit de Ecclesia ipsa fratrum Minorum vt similiter contra Bartol. qui censuit hęreditatem hoc casu acquiri Ecclesię Romanę, de cuius proprietate sunt Ecclesię fratrum Minorum, determinat Bald. in d. auth. Ingressi, num. 55. Mouetur inter cætera, quia aut sumitur Ecclesia materialiter pro ædificio; & hoc modo cùm Ecclesia sit quid insensatum, non est sufficiens medium ad acquirendum Ecclesię Romanę ciuili acquisitione, l. Pecoris, ff. de seruit. rustic. præd. & l. Vt pomum, C. de seruit. Aut sumitur Ecclesia personaliter, & significatiuè, vt l. Mortuo, ff de fideiuss. & tunc cùm significet, & repræsentet Collegium fratrum, sequitur, vt Ecclesię Romanę acquiri non possit, quia cùm debeat acquiri mediante organo, & organū sit inhabile, acquisitio impeditur, l. 1. §. Cęterum, de acquir. possess. & l. Quęcumque gerimus, de act. & obligat. Allegat etiam notata in Clem. Religiosus, de Procur. sub dena impedimētum regulę videri de iure naturali, & diuino, & in his quę requirunt medium, cessante medio cessare acquisitionem.

Ad hęc Bartoli interpretatio, quod acquiratur Ecclesię Romanę, non solum est contra mentem testatoris, qui voluit legare pauperibus, non Ecclesię Romanę, l. Non dubium, C. de testam. sed etiam contra declarationem Io XXII. in d. Extrauag. Ad conditorem, qui renunciauit omni acquisitioni domiaij per dictos fratres faciendę Ecclesię Romanę. Ac demum in persona vera ipsorum fratrum non valet institutio. Ergo multò minus valet in persona ficta: vt in Auth. de nupt. §. Optimi. Ex quibus, atque alijs rationibus Bald. dicit se de facto contra opinionem Bart. consuluisse: habetur eius cons. lib. 4. cons. 416. Visa substitutione: & idem tenet Io. de Lignan. in d. Clem. Exiui, & ibi etiam Anchar. num. 6. In quo tamen articulo, quia non desunt qui sentiant oppositum, non videtur insistendi, cùm non sit casus noster, in quo testator non instituit Ecclesiam, sed ipsos fratres,

tres, licèt modum vt supra adiecerit.

44 Sed nec iure legati dispositio testatoris hoc casu sustineri potest: quia fratres Minores eodem modo sunt incapaces legati vniuersalis, atque institutionis, teat. est in d. Clem. Exiui, § Cupientes, qui de successione loquitur, de verb. signific. & tradit Bart. in d. tract. Minor. lib. 1. dist. 2 cap. 1. Bald. in d. Anthen. Ingressi, n. 15. C. de sacrosanct. Eccles. Ancbar. in d. Clem. Exiui, col. 3. vers. Secundum membrum, Capr. cons. 31. col. 2. Paris. cons. 65. col. 4. vol. 2. Ias. in l. 1. n. 99. ff. de leg. 1. & de legato hæreditatis idem Bart. eod. tract. & lib. dist. 3. cap. 1. de hæreditate. Prædicta autem distinctio an fuerit relicto sub modo licito, necne fieri debet in legatis particularibus tantùm, iuxta teat. in d. cap. Exiit, §. Adhæc quia fratribus, & resolutionem S. Congregationis Concilij superius relatam n. 11. non autem in successione vniuersali, vt dictum est supra, & declarat Card. d. cons. 102. vers. Ad secundum:

45 fideicommissarius enim vniuersalis est hæres in effectu, l Qui quadraginta, ff. ad Trebell. & l. Cum filius, ff. Quod cum eo; & rationes adductæ per Bald. in d. auth. Ingressi, æquè militant in relicto vniuersali, atque in hæredis institutione. Hoc autem casu testator quatenus non valeret institutio iure legati legauit: vnde in effectu hoc est legatum totius hæreditatis iuris vniuersalis, cuius fratres sunt incapaces, etiamsi modus licitus adijciatur, vt superius probatum est. Virtus autem huius clausulæ est vt institutio transeat in fideicõmissum vniuersale dumtaxat, non autem in legatum particulare, vt inquit Bald. in d. auth. Ingressi, nu. 54.

Postremò cum similis casus olim contigisset, in quo testator instituerat hæredes Fratres Minores S. Francisci adiecta clausula; quod si forsan aliquo modo essent incapaces dictæ hæreditatis, tunc bona cederent monasterio pro augumento fabricæ, & alimentis fratrum: Sacra Congregatio super hoc consulta cẽsuit simpliciter respondendum fratres esse incapaces. Quid autem faciendum esset de hæreditare non esse Congregationis definire, sed adeundos iudices ordinarios.

46 Successiue QVAERO, An, & quibus casibus valida sint legata bonorum mobilium, vel annui reditus facta Fratribus Minoribus S. Francisci tam de Obseruantia, quàm ex Reformatione, aut eorum Ecclesiæ, vel sacristiæ.

Solutio quæstionis patebit ex infrascriptis declarationibus me Secretario editis in Congregatione à S.D.N. Vrbano VIII. eorumdem fratrum negotijs præposita.

47 *Distinctio I. De legatis bonorum mobilium.*

Articulus I. An Fratres Minores tam de familia, quàm Reformati sint capaces legatorum bonorum mobilium, quæ vnica solutione, seu præstatione adimplentur tam in pecunia numerata, quàm in alijs speciebus.

Articulus II. An possint eadem legata in iudicio, aut extra exigere per seipsos, vel Syndicum apostolicum.

Articulus III. An fabricæ Sancti Petri liceat in huiusmodi legatis se ingerere infra annum, ex quo dies legati cessit.

Articulus IV. Et quid elapso anno.

Distinctio II. De legatis factis fabricæ.

48 Articulus I. An valeat legatum annui redditus factum fabricæ, sacristiæ, vel ecclesiæ Fratrum Minorum tam de familia, quàm ex Reformatione.

Articulus II. An liceat fratribus huiusmodi legata in iudicio exigere per eorum Procuratores, vel Syndicos apostolicos.

Articulus III. An liceat eisdem erogare prædicta legata in vsus fratrum; an verò illa omnino conuerti debeant in vsus à testatoribus præscriptos.

Articulus IV. An fabricæ S. Petri liceat infra annum se ingerere in proprietate horum legatorum pro fabrica, vel sacristia, transigendo cum hæredibus, aut aliàs de eadem proprietate disponendo.

Articulus V. Et quid transacto anno.

Articulus VI. An liceat eidem fabricæ S. Petri se immiscere præstationibus, seu fructibus eorumdem legatorum ab anno decursis, & non solutis.

Articulus VII. Et quid infra annum, ex quo cessit dies præstationis.

Distinctio III. De legatis annuis cum onere.

49 Articulus I. An Fratres Minores tam de familia, quàm Reformati sint capaces legatorum annuorum, quæ fiunt adiecto onere celebrationis missarum.

Articulus II. An ijdem possint pro his legatis in iudicio experiri agendo, aut iudicis officium implorando.

Articulus III. An possint Fratres illa accipere à spontè offerentibus celebrando missas ad rationem rei acceptæ.

Articulus IV. An possint illa spontè oblata accipere per seipsos; an verò per Syndicum Apostolicum.

Articulus V. An Fratres possint huiusmodi legata extinguere, aut illorum proprietatem vendere, & pretium erogare in vsum fabricæ, vel Sacristiæ.

Articulus VI. An liceat fabricę S. Petri proprietatem eorumdem legatorum cum onere missarum sibi vendicare tam elapso anno, quàm antea.

Articulus VII. An eidẽ fabricæ liceat sibi vendicare annuas præstationes decursas, & non solutas tam antea annum, quàm post.

50 *Distinctio IV. De legatis annuis sine onere.*

Articulus I. An Fratres Minores tam Obseruantes, quàm Reformati sint capaces legatorum annuorum sine aliquo onere, aut modo adiecto saltem ad effectum illa extinguendi, & pretium erogandi in vsus fabricæ, vel sacristiæ.

Articulus II. An ad hunc effectum possint eandem proprietatem in iudicio petere per Syndicum Apostolicum.

Articulus III. An possint illam conuertere in vsus fratrum.

Articulus IV. Et quid si cœperint illorum annuas præstationes accipere.

Articulus V. An possint Fratres exigere iudicialiter annuas præstationes eorumdem legatorũ in vim Martinianæ.

Arti-

Articulus VI. Et quid post vltimum decretum S.Congregationis hac de re editum.

Articulus VII. An Fratres teneantur protestari se esse incapaces eorumdem legatorum.

Articulus VIII. An possint illas à sponte dantibus accipere per seipsos, vel per Syndicos Apostolicos.

Articulus IX. An hæredes teneantur illorum præstationes Fratribus soluere in foro conscientiæ.

Articulus X. An fabrica S.Petri ius habeat sibi vendicandi horum legatorum proprietatem tã elapso anno, quàm antea.

Articulus XI. Et quid de annuis præstationibus decursis, & non solutis.

Articulus VIr. An hæc omnia procedant etiam in legatis annuis ad modicum tempus.

51 Die 9. Septembris 1628. Sacra Congregatio negocijs Fratrum Minorum S.Francisci de Obseruantia à S.D.N. præfecta ad singulos articulos superius propositos ad hunc modum respondit, videlicet.

Distinctione I.

Ad I. articulum. Fratres Minorès tam de familia, quàm Reformatos esse capaces legatorum bonorum mobilium, quæ vnica solutione, seu præstatione adimplentur tam in pecunia numerata, quàm in alijs speciebus, dummodo tamen huiusmodi legata sint in quantitate moderata, & non in fraudem paupertatis.

Ad II. Fratres quidem nec per seipsos, nec per interpositam personam posse eadem legata in iudicio exigere, sed Syndicum Sedis Apostolicę tantùm iudicis officium implorare, dummodo similiter illa in moderata sint quantitate, & sine vlla fraude paupertatis, & reipsa erogentur in Fratrum necessitates. Extra iudicium verò ita demum legata huiusmodi accipi posse à Fratribus per seipsos, si in alijs speciebus consistant, & accipiantur in ea tantùm quantitate, quam vera, & imminens eorum necessitas postulet; sed superfluam, aut pecunias à Syndico tantùm posse accipi, dum tamen id omne in Fratrum necessitates conuertatur.

Ad III. Non licere fabricæ S.Petri in huiusmodi legatis bonorum mobilium se ingerere infra annum, ex quo dies legati cessit.

Ad IV. Elapso anno licere ad præscriptum suarum facultatum.

Distinctione II.

52 Ad I. articulum. Valere legatum annui redditus factum Sacristiæ, vel fabricæ Ecclesiæ, vel Conuentus Fratrum Minorum tam de familia, quàm de Reformatione, nisi adsit excessus in quantitate.

Ad II. Nec per seipsos, nec per alios licere fratribus in iudicio exigere huiusmodi legata, sed Syndico Apostolico dumtaxat.

Ad III. Non licere eadem annui reditus legata erogare in vsus fratrum, sed illa omnino conuerti debere in vsus à testatoribus præscriptos.

Ad IV. Fabricæ S.Petri non licere infra annum se ingerere in proprietate horum legatorum cum hæredibus transigendo, aut aliàs disponendo de eadem proprietate.

Prosp.Fagn.in 2.par.3.lib.Decretal.

Ad V. Itidem non licere.

Ad VI. & VII. Posse fabricam S.Petri se immiscere in præstationibus, seu fructibus eorumdem legatorum ab anno decursis, & non solutis; non autem infra annum, ex quo dies præstationis cessit.

Distinctione III.

53 Ad I articulum. Fratres Minores tam de familia, quàm ex Reformatione nullatenus esse capaces legatorum annuorum, quæ fiunt adiecto onere celebrationis missarum.

Ad II. Non posse pro his legatis in iudicio experiri, aut iudicis officium implorare.

Ad III. Posse fratres illa accipere per modum eleemosynæ à sponte offerẽtibus celebrando missas ad rationem rei acceptæ, citra tamen vllam obligationem ad onus perpetuum, & dummodo prius protestentur se illorum capaces non esse.

Ad IV. Syndicum Apostolicum, & pro fratrum necessitatibus, non autem fratres ipsos etiam per alios posse huiusmodi legata vtcumque sponte oblata accipere, si in pecunia consistant.

Ad V. Non posse fratres huiusmodi legata extinguere, aut illorum proprietatem vendere, & pretium erogare in vsus fabricæ, vel sacristiæ.

Ad VI. Licere fabricæ S.Petri ad suarum facultatum præscriptum sibi vendicare eorumdem legatorum proprietatem cum onere missarum celebrandarum tam elapso anno, quàm antea.

Ad VII. Similiter licere.

Distinctione IV.

54 Ad primum articulum Fratres Minores tam Obseruantes, quàm Reformatos non esse capaces legatorum annuorum, quæ fiunt sine aliquo onere, aut modo adiecto, nisi ad effectum illa extinguendi, seu illorum proprietatem, & pretium conuertendi in vsus fabricæ, vel sacristiæ.

Ad II. Non fratres ipsos, sed Syndicum apostolicum tantùm posse eamdem proprietatem in iudicio petere.

Ad III Posse conuertere.

Ad IV. Si fratres cęperint illorum annuas pręstationes accipere, ne hinc fiat fraus paupertati, expedire vt de cętero decernatur eo casu non licere amplius fratribus eamdem proprietatem vẽdere, ac pretium in vsus fabricę, vel sacristię erogare: Ideoque agendum cum S.D.N.

Ad V. & VI. Fratres nullo modo posse in iudicio exigere annuas eorumdem legatorum pręstationes.

Ad VII. Teneri.

Ad VIII. Posse illa per modum eleemosynæ, & à sponte dantibus accipere etiam per seipsos, si in alijs speciebus consistant: quod si in pecunia, nonnisi per Syndicum apostolicum.

Ad IX. Non teneri.

Ad X. Fabricam S.Petri nullum ius habere vẽdicandi horum legatorum proprietatem, nisi elapso anno iuxta suas facultates.

Ad XI. Similiter non habere ius vendicandi huiusmodi annuas præstationes, nisi ab anno decursas.

Ad VIr. Hæc omnia locum non habere in legatis infra decennium, sed in his tãtùm, quę fiunt ad decem annos, & vltra.

55 Com his declararionibus consentiunt alia decreta ab eadem Congregatione edita 14. Ionij 1628. & die seq. publicata in Congregatione generali Fratrum Minorum de Obseru.tio pręsentia D. Cardinalis Gypsij, quorum tenor ralis est videlicet.

SACRA CONGREGATIO à S.D.N. Fratrum Minorum de Obsernantia S.Francisci Cismontanæ familiæ consulrationibus præposita volens quantum porest in Domino ipsorum postulato satisfacere circa Nouitios ad habitom, & professionem admitrendos; Sanctitate sua approbante, censuit tunc demum esse illis permitrendum, vt Nouitios vt supra reciplant, cum constiterit ex ipsorum Conuentibus eos sustulisse abusus omnes, qui Regulę S.Francisci Obseruantię aduersantur. Quod vbi pręstiterint, designanda erunt loca pro ijsdem Nouitijs recipiendis, & pręscribendus recipiendorum numerus, & qualitas, & alia ad eorum institutionem pertinentia: & prout vnaquæque Prouincia id exequetur, eidem receptionem huiusmodi fore permittendam.

Abusus verò quibus eos propterea mederi oportebit, sunt potissimum infrascripti.

Ac primum abdicent à se, & eorum Conuentibus non solum pistrina, ac bona omnia immobilia, quę alicubi contra Regulę puritatem, & declarationes fel. recor. Nicolai III. & Clem. V. extra, vel intra septa monasteriorum detinent: sed etiam census perpetuos, & legara annua, super quibus
56 Sacra Congregatio pręcipit obseruari decretum Congregationis generalis Romæ habitę die 17. Maij 1603. Cuius tenor talis est.

CVM ANNVOS REDDITVS, sicut cętera bona immobilia nobis habere non liceat, ideo renouantes alia generalia statuta, decernimus quod Frater inducat personam aliquam ad eleemosynam perpetuam Ordini nostro exhibendam, nec exhibitam à quopiam viuente suscipiat; & si aliqua talis nobis fuerit relicta, nullo modo in iudicio exigatur: declarantes quod ad perpetua legata petenda non possunt fratres recurrere, nisi humiliter, & per modum eleemosynæ absque allegatione alicuius debiti. Decernitur pręterea,
57 ac pręcipitur per S. Obedientiam, quod quoties relinqui continget aliqua legata perpetua aliquibus personis, & Hospitalibus, vel alicui Reipublicæ, & alijs domibus ea lege quod teneantur fratribus pręstare singulis annis certam eleemosynã, siue omnino gratis, siue vt ipsi fratres dicant certa officia, & missas, quod Guardianus faciat protestationem ei, qui testatoris voluntatem adimplere tenetur, quod cum ad illas eleemosynas nullum ius habeant ex vi legati, non possunt obligati ad illa officia, & missas. Si tamen facta ista protestatione hæres ex sua libera voluntate voluerit dare eleemosynas illas, & committere fratribus dicta officia, & missas; tunc fratres tuta conscientia possunt eleemosynas huiusmodi recipere. Quod totum, & multo fortius in relictis legatis singularibus fratribus simili modo faciendum esse decernimus. Inhibemus autem, ne Syndicus in sua persona huiusmodi annuos redditus recipiat distribuendos ipsis fratribus. Protestatio autem sic fiat sub sigillo Conuentus, videlicet: Nos Frater N. Guardianus, & Fratres Discreti huius Conuentus N. dicimus ad nostram notitiam peruenisse quondam N. certam eleemosynæ quantitatẽ Conuentui huic distribuendam perpetuo gratis, vel forsan pro aliquibus officijs, aut missis dicendis legasse. Cumque legata huiusmodi, nisi per viam simplicis eleemosynæ acceptare ex instituto sancto nostro, & iure nobis non liceat; ideo per præsentes liberè protestamur in Domino, quod legatum prædictum tamquam illius incapaces ex vi legati recipere nolumus, nec intendimus. Si tamen hęres commissarius, aut legatarius ipsius testatoris dictam quantitatem per viam simplicis eleemosynę omni obligatione, dominio, & proprietate penitus cessantibus, nobis liberè conferre voluerit, illam simpliciter accipiemus, & pię testatoris voluntatis quantum in nobis fuerit plenè, ac fideliter satisfaciemus. Hæc autem protestatio subscripta per Guardianum, & Discretos Conuentus dabitur illi, qui tenetur testatoris voluntatem implere: & eadem protestatio scribetur in libro Conuentus, vt constare possit succedentibus Guardianis hanc Constitutionem fuisse ad plenum adimpletam.

58 Est autem hæc protestatio necessaria, vt optimè decernit D.Bonauentura hanc disputans quæstionem; & ea Apostolicis declarationibus Regulæ nostrę colligitur. Et vt omnibus sit compertum id quod tantoperè est nobis necessarium; ipsam D.Bonauenturę quæstiunculam ex suo Apologetico desumptam hic apponere de industria non grauabimur, quę talis est vt sequitur.

CVM ASSERATIS vos secundum Regulam, & professionem vestram nullos debere recipere prouentus redituum, seu possessiones, exceptis domibus, in quibus habitatis, videmini transgressores Regulę vestrę in eo, quod recipis domos, vel areas non contiguas vestris areis, in quibus habitatis: eodem enim modo si hoc licet, poteritis etiã vineas recipere, & agros, & mansos, & similia quęque recipere; imò grancias, & villas, & castra, & terras, & oppida, & quęcumque fuerint vobis data; & sic pristina paupertas, & mendicitas, quam professi estis, paulatim euanesceret, & non eritis discipuli S. Francisci, cùm non sequamini vestigia eius, nec eius Regulã teneatis: de domibus enim vobis cõtiguis potest esse excusabile, quod pro dilatãda area vestra illas quandoq; recipiatis, sed de alijs non, in quibus homines alios pro censu locatis, quem procurator vester loco vestri exigit, & in vsus vestros conuertit de voluntate vestra. Si qui in talibus incautè agunt, dolemus, & contradicimus, & prohibemus. Qualiter autem in hoc licitè agere possimus, aduerte; & tunc non indicabis nos, si sanè intelligis, transgressores. Protestamur nos secundum Regulam nostram nil debere, seu velle possessionis, vel certorum redituum recipere, vel habere; quia verò mendici sumus, & pauperes, & quibus pro pręsenti necessitate indigemus, ideo recipimus prout licet, siue pro soluendis debitis, vel alijs necessarijs procurandis. Cum ergo aliquis ex deuotione vult nobis legare domum suam, vel aream non contiguam nostræ mansioni, non recipimus eam per nos, nec per interpositam personam vt nostram, sed si ille eam disponit per alium quemcumque, vt ea vendita de pretio eius prouideatur; nobis ex parte sui in his, quibus tunc indigemus procurandis, vel soluendis debitis, acceptamus. Si autem ille timens ne fortè eius talis dispositio per hæredes suos, vel alios in posterum impediatur, & propter hoc pręoccu-

occupat roborare illam sigillo alicuius iudicis, vel ciuium, vel alterius, &c. & sic committit eam alicui amico suo, vel fratrum qui conseruat quod ipse disponit de domo tali, vel area, nil ad nos, cum de rebus suis possit ordinare quod vult, nec locum talem, vel domum dicimus esse nostram, cum nihil iuris nos in ea protestemur habere. Similiter si aliquis disponeret per amicum, vel alium, quod de pretio, vel de prouentibus illis, vel illis darentur fratribus tot panes quotidie vel tantum eleemosynę singulis septimanis, aut annis, non essemus propter hoc prædij, vel redditum possessores; nam si me petente eleemosynam aliquis diues permittat quod singulis annis velit dare fratribus duas tunicas, vel tantùm vnam, vel singulis hebdomadis tot panes, & hoc committat officialibus suis, vt vice sui ista dent etiam eo absente, & hoc pro fratribus recipiam, vel etiam si illi negligant dare, admonendo exigam, numquid propterea certos redditus habere dicendi sumus? Cum non ex iure, sed ex gratia solum talem eleemosynam recipiamus, vel exigamus.

Et si post obitum illius vxor eius, vel alij amici pro anima illius adhuc vellint aliquo tempore talem nobis eleemosynam per se, vel ex dispositione illius largiri, possumus similiter accipere ex tali gratia: ita quod quandocumque nollent amplius ista dare, nihil petetemus ab eis quasi ex debito, sed more mendicorum recurremus ad domum clementis domini pro quotidiana eleemosyna quandiu illi placeret; sed quando plus nollet, discedimus vt cui gratias agentes de dato, & non murmurantes de negato. Hæc est vera, & pura vita mendicorum, quod datur ex gratia recipere, non ex iure. De censibus verò domorum fratribus legatorum nihil quærimus, sicut nec de alijs redditibus. Si autem antequam vendantur aliquem inde censum dare volunt hi in quorum tūc potestate sunt illæ domus, nihil iuris habere in eo protestamur, sed eleemosynam nobis spontè oblatam simpliciter recipimus, sicut aliundè donatam. Quia verò Dominus docet nos cauere ab hominibus Matth. 10. & Apostolus ab omni specie mala abstinere primo Thessal. 5. Ne putemur ab ignorantibus transgressores regulæ nostræ, debemus apertè protestari nihil nobis iuris in talibus donationibus velle habere, sicut tenetur suspectus de fornicatione omnia illa cauere, ex quibus posset illa suspicio probabilis iudicari. Hæc omnia D. Bonauentura.

Sed quia in his casus solet aliquando euenire, quòd annuus redditus ob temporis antiquitatem non comperiatur habere aliquem patronum, cui fieri habeat talis, vt supra, protestatio; decernimus quòd in tali casu seruetur statutum Ordinis Minorum sub Paulo II. contentum in Constitutionibus super cap. 6. Reg. & S. Inhibemus. Quod nimirum huiusmodi redditus assignetur Rectoribus spiritualibus, aut temporalibus Collegiorum, aut Cōmunitatum, Terrarum, aut Ciuitatum, qui tales eleemosynas, siue fructus, vel redditus annuos nomine Ecclesiæ Romanæ, vel donantium sine fratribus exigant, & recipiant, & fratribus siue alijs Sacerdotibus, quando fratres noluerint tales Missas, vel suffragia iuxta piam intentionem benefactorum in toto, vel in parte secundum quantitatem talium obuentionum interdicere faciant.

Item statuitur, vt deinceps nulla instrumenta publica fiant à fratribus capitulariter congregatis nec quocumque alio modo se habentibus, in quibus transferatur dominium, & proprietas alicuius capellæ, siue sepulturæ, cum hoc omnino sit contra Regulam, & nostro repugnet instituto; nam quomodo aliquis dat quod non habet? Si tamen occasio se obtulerit, in qua oporteat satisfacere deuotæ fidelium voluntati, id fiat per modos nostræ regulæ, & instituto congruentes. Est autem protestatio prædicta necessaria, ne vt ait D. Bonauentura, ab ignorantibus nostrum institutum, regulæ nostræ transgressores iudicemur; Cuius Seraphici Doctoris sententiam hic inserendam iudicauimus, quatenus è medio tollatur abusus ignorantissimorum aliquorum, qui existimantes Charibdim fugere, in Scillam inciderunt in fauorem Ordinariorum, vel alicuius tertij, vel hæredis, renunciantes prædicta legata, quasi non esset opus proprietatis, & dominij donare, sicuti accipere, & summa dementia alienum renunciare.

De huiusmodi autem bonis, seu illorum pretio Generalis, vel Commissarius Generalis vna cum consilio Guardiani, & Discretorum Conuentus in vsum Sacristiæ, fabricæ Ecclesiæ, & Conuentuum prouideat, prout illorum necessitate perspecta salubriter in Domino expedire arbitrabitur. Et de hac prouisione quamprimum sacram hanc Congregationem fideliter certiorem faciat. Hanc verò bonorum abdicationem, & legatorum renunciationem fuisse executioni demandatam constare debebit huic sacræ Congregationi ex Generalis, vel Commissarij generalis, & Ordinariorum attestationibus gratis, & absque vllo fratrum dispendio concedendis.

Deinde à fratribus particularibus auferatur cuiuscumque rei proprietas, si quę sit, & omnia in communi redigantur ad Regul. Sac. Can. Apostol. Constitut. & S. Concil. Trid. dispositionem. Potissimum verò tollantur pecuniæ, & quamprimum insumantur in veras, & communes ipsorum Conuentuum necessitates; idque fiat à Syndicis Apostolicis tantùm, ita vt nihil pecuniæ mediatè, vel immediatè supersit in manibus, vel potestate fratrum etiam Superiorum.

59 Ad hæc tollatur abusus Aromatariarū, ita vt de cætero illę non retineātur, nisi ad vsū monasteriorum dūtaxat, nec liceat res illarum cuiq; vendere.

60 Præterea nullo modo habeant in eorum Ecclesijs, vel Sacristijs, aut alibi cippos, & truncos ordinaros ad offerentium, seu donantium pecunias, nec capsulas pro eleemosynis Missarum.

Ac demum Superiores Regulares inuigilent et fratres communi mensa vtantur, diuina officia temporibus debitis recitent, vacent orationi mētali, & diuinum cultum diligenter exerceant, ac cætera impleant, ad quæ pro Regulæ obseruatione tenentur.

Hæc autem superiùs expressa fuisse ad effectum perducta constare debebit eidem S. Congregationi, ex attestationibus medio iuramento Generalis, aut Commissarij generalis, aut Visitatorū præuia diligenti informatione capta in visitatione singulorum Conuentuum cuiusque Prouinciæ. Romę 14 Iunij 1628.

61 Porrò suprascriptis declarationibus, & decretis non aduersantur, quin potiùs fauent alia decreta in Congregatione fabricæ Sancti Petri edita iussu S.D.N. in hæc verba.

DECRETVM Sac. Congregationis Fabricæ Principis Apostolorum de Vrbe Super Legatis relictis PP. Minoribus de Obseruantia S. Francisci,

CVM sæpius fuerit habitus recursus ad Sacram Congregationem Ven Fabricæ S. Petri super annuis Legatis factis, seu facien. ad fauorem fratrum S. Francisci Minorum de Obseruantia, cum onere Missarum, seù Officiorum siue gratis, siue alio modo.

Prætendente Ven. Fabrica S Petri ad illam spectare propter dd. fratrum incapacitatem huiusmodi Legatorum.

Dictis autem fratribus allegantibus posse annua legata huiusmodi recipere tuta conscientia, quatenùs hæres ex sua libera voluntate voluerit illa dare in eleemosynam, & committere fratribus dd. Missas, & Officia iuxta sententiam S. Bonauēturæ, & Decreta S. Congregationis à Sanctissimo D. Nostro fratrum Minorū de Obseruantia S. Frācisci Cismontanæ familiæ Consultationibus præpositæ sub die 4. Iunij 1628. publicata.

Eadem Sacra Congregatio pro opportuna præmissorum prouisione facta prius relatione Sanctissimo D. N. Vrbano Papa VIII. ac de illius expresso ordine, & mandato, decreuit in futurum super huiusmodi Legatis obseruari, vt infrà.

Quod huiusmodi Legata per Debitores, vel hæredes non extinguantur, vel reducantur per compositionem cum Ministris Fabricæ faciendam, vel alio quouis modo, sed illorum Capitale, siuè sors principalis, vel Proprietas absque aliqua diminutione conseruetur semper, & perpetuò ad effectum, vt in vsus Romano Pontifici pro tempore existenti benè visos possint applicari; Ita tamen, vt quamdiù applicationem specialem auctoritate apostolica fieri non contigerit, hæredes, vel Debitores possint liberè, si velint, dictis fratribus dare dicta annua Legata per eosdem fratres recipienda in eleemosinam, non autem per eos exigenda. Et quod quæuis extinctio, reductio, seù diminutio capitalis, seù proprietatis aliter absquè speciali Romani Pontificis permissione facta, eo ipso nulla sit, nec Debitoribus, aut alijs quibuscunque suffragetur.

Quodque Commissarij, alijque Ministri Ven. Fabricæ super huiusmodi capitale, seù proprietate supradicta, se de cætero non intromittant, nec dictos hæredes, seù Debitores aliquo modo molestent, nisi ad effectum reinuestiendi in casu reinuestimenti, seù prouidendi, vt conseruetur, vt suprà, aut aliàs in executionem applicationis auctoritate apostolica fact. vel facien.

Et quod nolentibus dd. hæredibus, vel Debitoribus dare supradictis fratribus dd. eleemosynas, seù annuas prestationes, siuè Legata, vt supra, soluere, vel illas, seù illa non soluentibus, tunc, & eo casu lapsis duobus annis à die obitus Testatorum, si fuerit maturatum Legatum, vel à die maturatæ illius solutionis eadem Fabrica, & illius Commissarij, & Ministri id totum, quod solutum non fuerit pro præterito, pro rata tamen, in qua fuerit, vt supra elapsum biennium, vel vltra, possit, & valeat annuas præstationes huiusmodi exigere, exigique facere ad sui beneficium, iuxtà suas facultates, & Priuilegia; saluo semper capitali, seù proprietate, vt supra ad effectum, quod hæredes, vel debitores (dummodò de eis per Romanum Pontificem pro tempore existentem aliter non fuerit dispositum, nec prædicta Legata in alios vsus eius auctoritate applicata fuerint, vel applicari contigerit) possint, si velint, quandocunque futuris temporibus, & sic deinceps in perpetuum dare dictis fratribus dicta annua Legata in eleemosynam, vt supra, nec Fabrica eosdem hæredes, vel Debitores molestare possit, & valeat toties, & quoties casus contigerit, nisi pro præterito, & tunc in illis terminis tantùm, post quorum maturationem fuerit elapsum biennium, vel vltra, vt supra; salua semper erectione Beneficiorum, & applicatione Legatorum, seu quorumcunque bonorum, & redditaum, ac Iurium eiusdem Beneficijs, seù alijs vsibus pijs auctoritate Apostolica facta, vel in posterum quandocunque, & quomodocunque facienda, & executione literarum Apostolicarum desuper expeditarum, seù expediendarum; Itaut præfata decreta ad illas nequaquam se extendant, sed illæ semper firmæ, & illesæ remaneant, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri debeant, ita quod neque Fabrica, neque hæredes, vel Debitores præfati, vllo modo illas impedire, retractare, vel controuertere valeant, & saluis semper Sedis Apostolicæ auctoritate, ac facultatibus competen. dictæ Sacræ Congregationi Ven. Fabricæ.

Prohibuit tamen eadem Sacra Cōgregatio fratribus supradictis sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, ne audeant, seù præsumant, nec quilibet eorum audeat, seù præsumat per se, nec per alios Sindicos, Ministros, seù Procuratores tam sæculares, quam Regulares dictas annuas præstationes, seù Legata, nec iudicialiter tàm coram quocunque Iudice Ecclesiastico, quam seculari Ordinario, vel Delegato, nec aliàs nisi iuxtà formam dicti Decreti Congregationis fratrum Minorum de Obseruantia S. Francisci Cismontanę familiæ à Sanctissimo D. N. deputatę ab hæredibus seù quibusuis alijs eorum Debitoribus petere, minusuè dd. hęredibus, seù Debitoribus facere aliquas receputas pro dd. annuis prestationibus, nisi pro rata, & pecunia, seù eleemosynis supradictia cum effectu, ac verè, & realiter eisdem fratribus data, vel soluta, seù datis, vel solutis, nec sub alia Data, nisi sub ea, qua verè fuerit ijsdem Patribus, aut alijs pro eis facta realis satisfactio, & insuper, ne Prouisos Apostolicos pro tempore de Beneficijs, quibus Legata supradicta fuerint applicata, vel eorum Procuratores, & Ministros super erectione dd. Legatorum directè, vel indirectè impedire, vel molestare quouis quæsito colore, vel prætextu audeant, vel præsumant. In quorum fidem, &c. Dat. Romæ ex Collegio eiusdem Sacræ Congregationis, die 24. Februarij 1633.

Dominicus Card,

Locus † Sigilli.

Ecclesia

De noui operis nunciatione.

Cap. Cum iniuncto.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia ædificata post nunciationem noui operis destruenda est expensis construentis.*
2 *Aedificans post nunciationem noui operis non sufficit, vt patientiam præstet operis demoliendi, sed ædificium eius sumptibus est demoliendum.*
3 *Et quid si nunciatio facta fuerit prædecessori ædificantis, & n. seqq.*
4 *Interdictum demolitorium noui operis datur hæredi, & inhæredem etiam post annum.*
5 *Et transit in singularem successorem etiam dignitatis, n. 8.*
6 *Datur tamen ad patientiam, sed non ad impensam.*
7 *Nisi successor ratum habeat ædificium captum, vel ædificet.*
9 *Scandali in materia, quæ regula sint obseruandæ.*
10 *Destructa ecclesia, vel loco propter aliquorum delictum, nullus debet vocari clericus illius ecclesiæ, vel municipes illius loci.*
Secus si destruantur ab hostibus, quia omnia priuilegia retinent, num. 12.
Idem si destruantur terræmotu, n. 13.
Et idem si in alium locum transferãtur, vel vniantur, num. 14.
Quod locum habet etiam in ciuitatibus, & alijs locis prophanis, n. 15.
11 *Reædificatũ auctoritate Superioris recuperat omnia priuilegia.*
16 *Capitulum Cathedralis ecclesiæ an, & quando ab Episcopo, vel alijs Canonicis ad alium locum intra, vel extra diœcesim transferri possit, latè discutitur, vt num. seqq. vsque in fin.*
Quid de iure communi, n. 17.
Et quid ex Bulla Clem. VI. n. 39.
17 *Capitulum celebrari debet in ecclesia, & loco ad hoc determinato.*
18 *Nec Episcopus potest domi suæ illud conuocare, sed ad aulam Capitularem, vbi antea solitum fuit conuenire.*
19 *Electio quamuis fieri debeat in ecclesia tamen si fiat alibi, non propter hoc est nulla, nec annullanda, & n. seqq.*
20 *Locus non est de substantia electionis.*
21 *Capitulum cum non potest tutò conuenire in Ecclesia, vel loco Capitulare, ad alium locum transferri potest.*
Et iusta causa transferendi est repulsio Episcopi ab ingressu in ciuitatem, n. 23.
22 *Vniuersitas congregari debet in loco publico, & solito, nisi ibi non possit congregari propter bellum, vel aliud impedimentum.*
24 *Episcopus, & Canonici sunt vnum corpus.*
25 *Nec decet Episcopum in negocijs Ecclesiæ omissis membris aliorum consilio vti.*
26 *Episcopus potest Capitulum conuocare si aliquid Canonicis ad deliberandum proponat, nec de re ad suum, vel suorum commodum spectante agatur.*
27 *Nec ad id admittitur Vicarius Episcopi si Capitulum sit exemptum.*
28 *Executor, cui aliquid certo loco expediendum committitur, sed id ei loco seruire non possit, extra locum poterit expedire.*
29 *Episcopi expulsi possunt omnimodã iurisdictionem exercere in aliena diœcesi petita, licèt non obtenta licentia à diœcesanis locorum.*
30 *Et dicuntur expulsi etiam non admissi.*
31 *Iurisdictione concessa, censetur concessa omnia, sine quibus iurisdictio explicari non potest, & n. 35.*
32 *Expiscopus quæ negocia expedire non possit sine consensu, vel consilio Capituli.*
33 *Capitulum est Senatus Ecclesiæ.*
34 *Canonici præsentes in ecclesia à tyranno occupata pro negocijs communibus tenentur ire ad Canonicos forinsecos etiam pauciores: & quando secus, & n. 36.*
36 *Et quid in absentibus ob priuatas inimicitias.*
37 *Inimicis se credere nemo tenetur etiam cum litteris conductus, & assecurationis.*
40 *Rebelles dicuntur qui Principem, vel eius Nunciũ volentem ingredi ciuitatem non admittunt.*
41 *Rebellio an committatur tantùm contra Imperatorem, & eius officiales, an verò etiam contra Reges, & Principes non recognoscentes superiorem.*
42 *Rebelles dicitur qui de facto resistit superiori, vel iurisdictioni.*
43 *Et omnis existens in proteruia, & notoria inobedientia.*
44 *Declaratoria super facto rebellionis non requiritur quando de illa incidenter agitur.*
45 *Nec quando rebellio est taliter notoria, vt nulla possit tergiuersatione celari, aut defendi.*
Notoriè delinquentes etiam si notorium sit facti transeuntis, audiendi non sunt appellantes. ibid.
46 *Rebellis notorius dicitur vassallus, qui se tuetur contra Dominum, & non vult eum admittere in Castrum.*
47 *Citatio non est necessaria vbi certum est absenti nullum ius competere.*
48 *Ad Capitulum constituendum regulariter non sufficit maior pars, sed requiritur, vt duæ tertiæ partes sint præsentes.*
49 *Declaratur.*
50 *Vniuersitatis pars minor instante termino ad expeditionem actus præfixo, potest conuocare maiorem, & ea accedere renuente, actum explicare.*
51 *Capitulares actus ex contemptu aliquorum non sunt nulli, sed nec etiam debent cassari, nisi ipsis prosequentibus contemptum.*
52 *Absentes non sunt vocandi, nisi in tribus casibus hic expressis, & in alijs consimilibus, & multum arduis.*
53 *Et an sint citandi absentes extra prouinciam.*
54 *De quam longinquo loco sint vocandi, statur consuetudini.*
55 *Bulla Clementis VI. super translatione Capituli Leodiensis ex causa rebellionis contra Episcopum refertur.*
56 *Confirmatio Apostolica translationis Capituli Leodien.*

1 CVM EX INIVNCTO. Etiam ecclesia ædificata post nunciationem noui operis destruenda est expensis construentis. Hoc dicit, cum cap. Præcedenti. Diuiditur in tres partes. In prima iubet opus demoliri, & irritat quicquid ex illo sequutum fuit. In secunda redarguit Archiepiscopum, qui non curauit scanda-

dalum subditorum, ibi, *Super eo*. In tertia hortatur eum, vt pareat ibi, *finis*.

2 Nota primò ibi, *expensis tuis facias penitus demoliri:* non sufficere, vt ædificans post nunciationem noui operis patientiam præstet operis demoliendi, sed amplius ædificium suis sumptibus esse destruendum, vt hic in littera, & notat Abbas
3 in primo notab. Quod locum habet etiamsi nouũ operis nunciatum fuerit Prædecessori ædificantis, prout contigit in casu huius Decretalis, vt patet ibi, *si etsam absens extiteris*, iuncta expositione Io.Andr.num.1.in verb Absens. Adhuc enim debet destrui sumptibus successoris dũmodo tamen idem successor ratum habuerit, vel prosequutus fuerit opus à prædecessore inchoatum: hoc enim
4 interdictum datur hæredi, & contra hæredem, etiã post annum, l.Prætor, §. Hoc interdictum, ff. de
5 non.oper. nunciat. & transit etiam in singularem successorem, l.fin.ff.eod. ratio est, quia successit in vitium prædecessoris, cap.Quia, supra de iudic. & est simile in spolio, quod transit ad quoscumque successores, ad quos res ipsa peruenit cum sua causa; & sic cum vitio spoliationis, glos. 1. & communiter scribentes in cap.Sæpè de restitut.spoliat. vt ibi per Ripam n.19. Seraphin. decis. 1262. num.1. Gregor.15.decis.342.num.3. Et quamuis regula-
6 riter interdictum demolitorium contra successorem detur ad patientiam, non autem ad impensam, quia successor, vel hæres in pœnam non succedit, vt l.penult.ff.de noui oper.nunciat. Tamen
7 hoc fallit si successor ratum habeat ædificium cæptum, vel ædificet, vt in d §.Hoc interdictum, & in l. fin. ff eod. hoc enim casu interdictum quoad omnes effectus transiuit in successorem etiam dignitatis, & ita intelligas hoc cap. cum glos.1. vt notat glos.marginal.post Host. in princip.in verb. Expensis tuis, Io.Andr.n.17.Butr.,num.7. & Abb. num.8.

9 Secundò nota ex textu quatuor regulas in materia scandali. Prima est, pro scandalo vitando omittenda non sunt quæ sine mortali peccato omitti non possunt, vt baptizari, horas dicere, & pœnitentiam accipere: & hæc colligitur ibi, *quod licet*. Secunda est, pro vitando scandalo non sunt committenda quæ sine mortali peccato committi non possunt, vt si puella stupro consentiat, ne is, qui petit, seipsum interimat, cap.Cum homo, 23. q.5 & cap.1. 14.distinct; & hæc colligitur ibi, *nec ea*. Tertia est, pro vitando scandalo quis potest committere quod sine mortali peccato committi potest, vestitare habitum ordini suo parum congruentem, cap.Deus, supra de vita, & honestate Cleric. & hæc colligitur ibi, *committi*. Quarta est pro vitando scandalo possum dimittere quod sine peccato mortali dimitti potest, puta correctionem propter multitudinem delinquentium, vt cap. Latores, de Cler.excommunicat.& cap. vlt. de temp; ordin. vel melius pone exemplum, vt in cap.2. de cognat.spiritual.& cap.Dilecto, & cap.Quia circa, de consanguinit.& affinit. & hæc colligitur ibi, *dimitti*. Quas regulas ex hoc tex.desumpsit Abb. Antiq.hic n.2.cum quo transeunt Io. Andr.nu.11. & Henrich.Boich.n.5. easque transcribit, licet de Abb.Antiq.mentionẽ non faciat, Guliel.de Monte Laudun.in Clem.vnic.n.1.de immunit.Eccles.& eas duabus regulis complectitur Abb.Siculus hic n.7. Quid autem sit scandalum, vnde dicatur, & an sit peccatum, necne latius prosequere, vt per eundem Henric à nu.1. & adde quod legitur in cap.Nisi cum pridem, § Pro graui quoque scandalo, & quod ibi dixi num.74.78.& 79. supra, de renunciat.

10 Vltimò nota ibi, *reducens prorsus in irritum*, secundum Innoc.n.2 quod quando Ecclesiæ, vel ciuitates, siue alia loca siue sacra, siue prophana propter eorum delictum destruuntur auctoritate superioris, nullus de cætero debet vocari clericus illius Ecclesiæ, vel municeps illius loci, & ille locus priuilegium perdit, vt hic, & in cap. Placuit, de consecrat.dist.1, in cap.Et hoc diximus, 16. q. 7. & in l.Si vsufructu ciuitati, ff Quibus mod.vsufruct. amitt & ita intelligas quod notat glos. vlt. Innoc. & Host.in cap. Abbate, sanè §.vlt.de verb.signific.
11 nisi tamen locus postea reædificetur; nam reædificatum auctoritate superioris recuperat omnia priuilegia, secundum Innoc.ibi, arg. cap. Quia diligentia, supra de elect. & eius quod notat glos. in l.Ex his, ff. de legib. Barthol.Brixien.in quæst. Dominicali, quæ incipit, Esto quod aliquis, & glos.Io. in cap.Licitè, in ver.Nunquam, 32.q.7. quibus in locis tradunt Lazarum resuscitatum omnia recuperare saltem de æquitate. Secus verò si destruun-
12 tur ab hostibus: nam tunc omnia sua priuilegia retinent, & antiqui Clerici remanent ibi, *Clerici*, cap.Pastoralis, 7.q.1.cap.Quæ semel. 19. q 3. quod
13 locum habet etiam quando destruuntur terræmotu, vel aliàs quam superioris auctoritate, vt hic per Henrich.Boich.n.9.

14 Idemque dicendum secundum Innoc. si auctoritate superioris in alium locum transferuntur vel alijs locis vniuntur: nam & hoc casu retinent priuilegia sua, vt de Ecclesijs notatur in cap.1. ne sede vacante, & in cap.Quia monasterium, de religios.domib.& idem intelligas de ciuitatibus, &
15 alijs locis prophanis, arg. l. Aede sacra, ff. de contrahen.empt.& ita distinguit Innoc.d.n.2.cui subscribunt Host.n.9.Io.Andr.n.3.vers Et notatur per hoc, & n.4. Henrich. Boich.nu.5.ad fin. vers. Super eo, Butr.n.4.Cardin.nu.5. vers. Quære in eo, quod hic dicitur, Anchar.n.9 Abb.n.5.& Marian.Socin. n.11.in 5.notab.& n.12.& idem per omnia Archidiacon.in cap.Et hoc diximus, n.7.16.q.7. & Ioan. Andr.in cap.Statutum in glos.penult.de elect.lib.6 & in cap.Priuilegium, nu.1.de regul.iur.eod.lib.

16 QVAERO cum Innoc.an, & quando Capitulũ Cathedralis Ecclesiæ ab Episcopo, vel Canonicis ad alium locum intra, vel extra diœcesim transferri possit.

Huic disceptationi causam præbuit, quod cùm Serenissimus Elector Coloniensis Episcopus, & Princeps Leodiensis non ita pridem Leodium ingredi vellet, portæque ciuitatis ei fuissent occlusæ Capitulum, ac residentiam, iuraque capitularia de consilio, & assensu sexdecim Canonicorum ad Ecclesiam Collegiatam S. Mariæ Oppidi Huensis Leodien.diœcesis transtulit tam vigore iuris communis, quàm Bullæ Clementis Papæ VI, de qua infra n.58.eamque translationem Nuncius Apostolicus confirmauit. Sed cùm Decanus, & tredecim Canonici, & Ecclesiæ Cathedrali remanentes ab huiusmodi translatione, & confirmatione ad Sedem Apostolicam appellassent. E contra verò Episcopus Sanctissimo supplicasset pro translationis confirmatione: Sanctitas sua aliquibus S.R.E.Cardinalibus, & Prælatis negocium examinandum commisit.

Sanè

17 Sanè quod spectat ad ius commune absolutum
est sine iusta causa Capitulum ad aliom locum
transferri non posse, quia de iure celebrari debet
in Ecclesia, & loco ad hoc determinato, cap. Quod
sicut, & ibi glos. in verb. Constitutionea, supra, de
elect. cap. Qua fronte, de appell. vbi glos. in verb.
Canonicum, dat coocordantea, & hic notat Innoc.
n. 2. in verb. Reuocatis ibi, *quamuis hae ordinariè
facienda essent in Ecclesia*, Buir. n. 4. Bald. in l. Nul-
li, n. 2. vers. Secundò requiritur, ff. quod cuiusque
18 vniu. nomin. & in capitulis exemptis aliàs censuit
Sacra Congregatio Cardinalium Tridentini Con-
cilij Interpretom, vt in subiecta declaratione.
Præsupposita dubitatione in causa Palentina, an
Episcopus volens aliquid in Capitulo proponere,
iuxta cap. 6. sess. 25. teneatur accedere ad Eccle-
siam, & locum solitum deputari; an verò illud in
ædibus proprijs conuocare possit: Sacra Congre-
gatio prius respondit, quod quando Episcopus
vult aliquid proponere Canonicis ad deliberan-
dum, nec de re ad suum, vel suorum commodum
spectante agitur, solus Episcopus priuatiuè ad
quoscumque potest conuocare Capitulum, idque
in domibus suis: postea verò auditis vtrimque
rationibus, partiumque Aduocatis, & procuratori-
bus, ab omnibus in hanc sententiam itum est, vt
Episcopus non possit domi suæ Capitulom conuo-
care, sed ad aulam capitularem, in qua antea sem-
per solitum fuit Capitulum conuenire.
19 Quinimò glos. in cap. In nomine Domini, S.
Quod si prauorum, in verb. Fieri in Vrbe, 23. dist.
dicit electionem esse nullam si fiat alibi, quàm io,
loco ad hoc determinato, per cap. Venerabilem,
de elect. in parte decisa, in qua dicitur, *vbi debuit*;
sed hoc non puto verum, quia electio debet qui-
dem in Ecclesia celebrari, vt dicit glos. Ioann. sed
tamen si alibi fiat, non propter hoc est nulla, nec
etiam annullanda; quoniam secundum Tancre-
20 dum locus non est de substantia electionis, nec vs-
quam repetitur ius proditum, quod propter locum
electio debeat vitiari, nec Decretalis, quam indu-
cit glos. probat id, quod dicit, sed factum recitat,
prout contigit; & ita notat Archid. in d. cap. In no-
mine Domini, n. 16. in fin. & n. 17. 23. dist. & nu. 18.
dicit opinionem glossæ communiter non teneri; &
his adde Rotam decis. 36. nom. 7. par. 6 recent. &
quod scripsi in cap. Quia propter, num. 68. de
elect.
21 Ex causa verò necessitatis, idest cùm Capitulũ
non potest tutò conuenire in Ecclesia, vel loco ca-
pitulari, nulli dubium est, quin de iure ad alium
locum transferri possit, vt patet in d. cap In nomi-
ne Domini, 23. dist. circa med. in illis verbis [quod
si prauorum, atque iniquorum hominum ita per-
uersitas inualuerit, vt pura, sincera, atque gratui-
ta fieri in Vrbe non possit electio, Cardinales E-
piscopi cũ religiosis clericis, catholicisque laicis,
licèt paucis, ius potestatis obtineant eligere Apo-
stolicæ Sedis Pontificem vbi congruere viderint.]
& ibi notat glos. in verb. *fieri in vrbe*: ad idem
tex. in cap. Quantò, 63. dist. vbi pro confirmatione
electionis Episcopi Mediolanensis Gregorius iu-
bet explorari voluntatem Canonicorum Medio-
lanensium, qui feritate barbarica coacti Ianuæ
commorabantur, & in cap. Quod fecit, de elect.
ibi [Cum iuxta Constitutiones canonicas si fieri
potest electio in Ecclesia Cathedrali celebrari de-
beat] Pondetando illa verba, *si fieri potest*, à con-
trario sensu, & est glos. in cap. Bon. mem. il primo,
in verb. Merebant, eodem tit. & constat ex dictis
Innocentij hic n. 20. vt latius dicam infra nu. 34.
& consentit Bald. in d. l. Nulli, vers. Secundò requi-
22 titur, ff. Quod cuiusque vniuers. nom. dum ait re-
quiri, vt vniuersitas congregetur in loco publico,
& solito, vt l. Obseruare, C. de Decurionib. lib. 10.
nisi ibi non posset congregari propter guerram, vel
aliud impedimentum; & allegat Innoc. hic: Imo
glos. relata ad textom in cap. Cum terra, in verb. In
quo, de elect. dicit electores debere in locum cõ-
uenire, vbi electio est celebranda, si commodè fie-
ri potest, aliàs vbi melius obtulerit se facultas; &
sic causam necessitatis non requirit.
23 Repulsio autem Episcopi ab ingressu in suam
ciuitatem videtur iusta causa translationis Capi-
tuli ad alium locum: nam, vt legitur in cap. Nouit,
de ijs quæ fiunt à Prælat. [Episcopus, & Canonici
24 sunt vnum corpus, cuius caput est Episcopus, Ca-
nonici autem membra, nec decet Episcopum in
25 negocijs Ecclesiæ omissis membris aliorum con-
silio vti] Hæc ibi. Quare cum ob impedimentũ
ei illatum Episcopus nequiuerit ad suam Cathe-
dralem Ecclesiam se conferre, ibique Canonico-
rum consilium exquirere pro negocijs Ecclesiæ ex
pediendi; necesse est, vt possit aliò eos conuoca-
re, quia, vt legitur in cap Non decet, 12. dist. non
decet à capite membra discedere, sed iuxta Sacræ
scripturæ testimonium, omnia membra caput se-
quuntur. Quibus rationibus innixus est Nuncius
Apostolicus in confirmatione translationis in il-
li verbis [Ne membra à capite suo hoc rerum sta-
tu separentur, vtque coniunctis consilijs Ecclesiæ
necessitatibus commodius prospiceretur]
26 Præterea tam de iure communi secundum In-
noc. communiter receptum in cap Irrefragabili,
n. 3. de offic. Ordinar. quàm ex decreto Concilij
Tridentini cap. 6. sess. 25. Si Episcopi aliquid Cano-
nicis ad deliberandum proponãt, nec de re ad suũ,
vel suorum commodum spectante agatur, Episco-
pi ipsi Capitulum conuocant, vota exquirunt, &
iuxta ea concludunt. Neque ad id ex Concilio Vi-
27 carius Episcopi admittitur; & loquitur decretum
illud de Capitulis, quæ priuilegio, vel alio speciali
iure tuentur se aduersus iurisdictionem Episcopi,
qualia vt plurimum sunt Capitula Germaniæ, vt
ex voto Rotæ aliàs declarauit Sacra Congregatio
eiusdem Concilij Interpres, secundum ea, quæ
scripsi in cap Irrefragabili, n. 9 de officio Ordina-
28 rij. Si igitur Episcopus de iure, & ex Concilio fa-
cultatem habet conuocandi Capitulum, eamque
facultatem in Ecclesia sua Cathedrali nec per Vi-
carium potest exercere repugnante Concilio, nec
per seipsum propter impedimenta à ciuitate illa-
ta: consequens est vt eam possit extra dictam Ec-
clesiam exercere. ad hoc textus optimus in cap.
Statuimus, de offic. Deleg. lib 6. vbi is, cui aliquid
certo loco expediendum committitur, si id eo lo-
co securè non possit, extra locum poterit expe-
dire.
29 Amplius in Clem. 1. de for. comper. Viennense
Concilium indulget Episcopis à sua diœcesi ex-
pulsis, vt possint omnimodam suam iurisdictionẽ
exercere in aliena diœcesi licentia petita, licèt
non obtenta à diœcesanis locorum. Et dicuntur
30 expulsi etiam qui venientes non fuerunt admissi,
secundum glos. ibi in ver. Expulsores, Cardin. n. 31.
31 & Abb. n. 7. Cui autem iurisdictio data est, ea
quoque

quoque concessa esse videntur, sine quibus iuris-
dictio explicari non potest, l. 1. ff de iurisdic. omn.
32 indic. Sed Episcopus expulsus omnimodam iuris-
dictionem sibi attributam extra diœcesim expli-
care non potest sine Capituli præsentia, quia plu-
rima sunt negocia, quæ expediri nequeunt sine
consensu, vel cosilio Capituli, vt alienationes, cap.
Sine exceptione, & cap. Alienationes, 12. quæst. 2.
beneficiorum vniones, Clem. Si vna, de reb. Eccles.
non alien. Clericorum Ordinationes, cap. Episco-
pus sine consilio, 24 dist. Abbatum, Abbatissarum,
& aliarum ecclesiasticarum personarum institu-
tiones, & destitutiones, cap. Nouit, de ijs, quæ
fiunt à Prælat. concessiones, & confirmationes,
cap. Quanto, eod. tit. inquisitiones, & condemna-
tiones Clericorum, & Sacerdotum, cap. Si quid
verò, & ibi plena glos. in verb. Ecclesia, 86. dist.
cap. Licet Heli, vers. Nam iuxta Canonicas San-
ctiones, de Simon. & alia Ecclesiæ negocia, d. cap.
Nouit, & cap Quanto; Ecclesia enim habet sena-
33 tum cœtum Presbyterorum, idest Capitulum, sine
quorum consilio Prælato nihil agere licet, vt le-
gitur in cap. Ecclesia habet senatum, & ibi glos. 2.
16. qu. 1. ad hoc Concilium Trident. sess. 24. cap. 12.
ad finem ibi, *vt verè Ecclesiæ senatus dici possit*:
ergo pro his negocijs expediendis, & omnimoda
iurisdictione exercenda Episcopus expulsus, seu
non admissus poterit ad alium locum Capitulum
conuocare: est enim generalis regula in omni
materia, vt qui vult consequens, velit etiam suum
necessarium antecedens, vt dicunt Ias. & Curt. Iu-
nior in d. l. 2. in princ. ff de iurisd. omn. ind.

34 Demum pro validitate translationis Capituli
extra Cathedralem affertur singularis theorica,
quam hic ponit Innocentius num. 2. per hæc præ-
cisa verba, videlicet [Hoc autem certũ est, quod
si aliquæ Ecclesiæ occupantur ad tempus à tyran-
nis, ita quod non possunt inhabitare ibi Clerici,
Ecclesia retinet sua priuilegia, & suos Clericos, li-
cèt sint eiecti: vnde videtur, quod si expediat Ec-
clesiæ, vel illius Clericis facere aliquem contra-
ctum, vel Prælatum, vel quicquid aliud quamuis
hæc ordinariè facienda essent in Ecclesia, c. Quod
sicut, supra de elect. tamen propter necessitatem
fient alibi, cap. In nomine, 23 dist. & quod plus est
etiamsi tyranni darent facultatem Clericis eundi
ad Ecclesiam sic inuasam, & etiamsi ibi aliqui
Clerici semper remanserint, imo nec timeatur de
impressione, dummodo illi, qui exierunt, iusto ti-
more, vel alia iusta causa exierint, etiamsi sit maior
pars illa, quæ est in Ecclesia, debet ad forinsecos
exire, nisi posset redire cum bona, & perpetua pa-
ce, vel honesta: & idem videtur si sint pauciores,
dummodo præsumatur, quod electio, vel alius cō-
tractus vtilius posset celebrari extra Ecclesiam,
35 quàm intra, arg. cap. Bo. me. M de elect. vbi nota-
tur, scilicet in glos. in verb. Metuebant. Secus si
propter suas inimicitias non possunt ire ad Eccle-
siam, quia tunc possunt constituere procuratorem,
cap. Quod sicut, §. 1. supra, de elect. & cap. Quia
propter: idem est etiamsi non sit magnum nego-
cium, vel si sit magnum, sed vtiliter potest fieri per
Inferiores] Hæc Innocent. cum quo transeunt hic
36 Host. n. 9. vers. Quid si hostes, & Io. Andr. num. 5.
dicunt enim: Quid si hostes, vel tyranni, qui Ec-
clesiam detinent occupatam, reuocant ad Eccle-
siam etiam maiorem partem Canonicorum; alia
verò pars non audet ire; numquid si agatur de
communibus contractibus, debent intrinseci cum
forinsecis ad locum tutum, & congruum conueni-
re. Puto quod sic, dummodo extra Ecclesiam
vtilius fieri possit quod agitur; alioqnin extrinseci
intrinseci vices suas mandent, arg. in eo, quod
legitur, & notatur in d cap. Bonæ il primo, resp. 2.
& in cap. Quia propter, §. Illud, de elect. & in cap.
Ad supplicationem, de renunciat. multò fortius
ergo exibunt ad illos, quando minor pars est præ-
sens, & maior absens, sequitur Card. n. 5. vers. Sed
vbi conuocabuntur dicens; Quid si tyrannus da-
ret facultatem Clericis eundi ad Ecclesiam sic in-
uasam, & aliqui Clerici adsunt; vel quid si aliqui
remanserunt in Ecclesia sic inuasa? dicit Innocēt.
quod etiamsi est maior pars præsentium, dummo-
do iusto timore, vel alia iusta causa alij absint, te-
nentur præsentes ad illos accedere, nisi possent ab-
sentes redire cum bona, & perpetua pace, vel ho-
nesta. Idem secundum eum dic, & fortius si præ-
sentes sint pauciores: & hoc dummodò actus, qui
imminet vtilius possit celebrari extra Ecclesiam,
quàm intra, etiamsi sit electio; & idē dicunt Butr.
n. 4 vers. Secunda est quæstio, Anchar. n. 9. vers. Est
& alius casus, & Abb. n. 10. vers. Si verò aliqui sint
absentes.

Hæc autem Innocentij theorica videtur cōgruè
applicari posse casui Canonicorum Leodiensium
nam sexdecim Canonici, qui Episcopo adhæserunt
in oppido Huensi, dicebant se ad alios tredecim,
qui cum Decano in Ecclesia remanserunt tutò re-
dire non posse non ob priuatas inimicitias, sed
propter populares factiones eorum, quos vocant
Grignutos, & Cerutos, & hoc affirmabant in pre-
cibus Episcopo porrectis per hæc formalia verba:
[Dolereque ex animo quod cum huiusmodi cō-
silium eousque processerit, vt cum sua Serenissima
Celsitudo dictam suam Ciuitatem propiùs acces-
serit eā ingressura, nota obstacula superuenerint,
quorum intuitu aliam resolutionem ceperit, du-
rentque interim attentata in iurisdictionem, &
regalia Ecclesiæ suæ, & aliæ insuper confusiones,
quæ Capitulo Cancellario, Iudicibusque ordinarijs
exercitium sui cuiusque muneris, seu & solitam in
ea ciuitate residentiam minus tutam, liberam, &
securam præstent.] Hæc ibi. Quod etiam satis cō-
probasse videtur casus, qui dicitur contigisse in
personam Groesbek Canonici, Cancellarij, & pri-
marij ministri ipsius Episcopi. Is enim Leodii à
Sicario de factione Grignuta pluribus ictibus pu-
gionis læthaliter vulneratus, postea conualescens
veste regulari indutus è Ciuitate aufugit. Quapro-
pter Decanus, & Canonici, qui in Ecclesia reman-
serunt, debuissent exire ad forinsecos etiam nume-
ro pauciores, & multò fortius cum essent plures,
37 secundum Innocentium. Nec sufficiunt assecura-
tiones, seu litteræ de conductu; quia nihilominus
non tenebantur se popularibus credere, cap. Ac-
cedens il secondo, supra vt lite non contestata, cap.
de cætero, & cap. Quamuis de sent. excomm. Non
enim in hoc casu sufficiens potuit cautio præsta-
ri, arg. cap. Litteras, in fin. de restit. spoliat. & notat
glos. in d. cap. Accedens, in ver. Inimicis, & hoc pro-
pter fragilitatem cautionis, vt l. Qui ita, §. 1. ff. ad
Trebell. Hæc de iure communi quoad translatio-
nem Capituli.

39 Quod autem spectat ad Bullam Clementis VI.
ex parte Episcopi asseruntur verificatæ duæ condi-
tiones in ea requisitæ ad validitatem translationis
Capi-

Capituli, & residentiæ, nempe, vt ciues Episcopo rebellauerint, & translatio fiat de Capituli con-
40 sensu: nam pro rebellione, cùm portæ ciuitatis fuerint Episcopo occlusæ, allegatur singularis doctrina Bartoli in Extrau Qui sint rebelles, §. Machinantur, vbi sic ait. [Pone quod adueniente Imperatore, vel eius Nuncio volente ingredi ciuitatem pro recuperandis iuribus Imperij tam ibi, quàm alibi, aliqui respondent, quod intromitteret eum, vel eius gentem, est periculosum statui eorū; & sic tenent eum in verbis, & sic labitur tempus, quo multa posset facere pro Imperij prosperitate. Istæ sunt machinationes quædam, licèt ad actus bellicos non deueniant. Ista machinatio secura inobedientia facit eos rebelles.] Hactenus verba Bartoli: quæ ad calamum transcribit, & sequitur Gygas in tract. de crimin. læs. maiestat. tit. de rebell. quæst. 5. num. 2. inter Tract. magnos tom. 11. fol. 81. par. 1.

41 Nec videtur obstare, quod rebellio committatur tantummodo contra Imperatorem, vel eius officiales in ijs, quæ ad commissum eis officium pertinent; non autem contra Reges, vel Principes inferiores, quia tunc non fit contra prosperitatem Principis, vel Imperij principaliter, vt declarat Bart. in d. Extrauag. Qui sint rebelles, in verb. Rebellando, vers. Sed an hæc Constitutio, Gygas d. tract. q. 18. per totam, Peregrin. de iure fisci lib. 3. tit. 8. num. 8. & 9. & Bulla autem loquatur de rebellione contra Electores Imperij, vt aduertit Carpzouius in pract. crimin. part. 1. q. 41. num. 60. & seqq. Hoc autem casu rebellio non fuerit commissa cōtra Principem tamquam Electorem Imperij: nam responderi potest arduam esse quæstionem, An contra Principes non recognoscentes Superiorem, vel habentes merum, & mixtum imperium committatur crimen rebellionis, adeout locum habeant pœnæ, l. Quisquis, C. ad leg Iul. maiest. & plurimos in vtramque partem citat Bossius in praxi crimin. tit. de crimin. læs. maiestat. num. 51. 52. & 53. Et quod committatur contra Episcopos Principes Germaniæ dicuntur consuluisse Facchineus cons. 15. nu. 19. ad med. & n. 20. lib. 1. & Nicol. Euerard. iun. cons. 2. num. 7. lib. 1. Sed hoc casu non videtur intrare hæc difficultas, quia ex Bulla Clementis VI. ad effectum translationis Capituli, & residentiæ sufficit vt ciues Leodienses rebellaue-
42 rint Episcopo suo. Rebellis autem dicitur qui de facto resistit superiori, vel iurisdictioni, Butr. in cap. Sanè, il secundo, num. 4. de off. Delegat. & se-
43 cundum Angel. in l. 2. §. fin num. 2. de Indicijs. Rebelles dicuntur omnes existentes in proteruia, & notoria inobedientia. Sequitur Natta conf. 380. num. 18.

44 Rursus obstare non videtur quod præcedere debeat declaratoria super facto rebellionis, cap. Cùm secundum leges, de hæret. lib. 6. Bossius in prax. crimin. in tit. de crim. læs. maiest. n. 75.

Nam dicebatur hoc casu non agi de rebellione principaliter ad effectum imponendi pœnam ordinariam, sed incidenter ad effectum translationis Capituli; vnde declaratoria, & pronunciatio super facto rebellionis non videtur necessaria, sed satis est, vt de eo quoquo modo constet: nam de incidenti index tantum cognoscit, & super quæstione principali pronunciat, l. 1. C. de ordin. iudic. cap. 1. supra de ord. cogn. & est communis opinio, vt ibi attestantur Imol. num. 6. vers. Sed an sit necesse, & Abbas num. 11. vers. Et istæ duæ solutiones.

Prosp. Fagn. in 2. par. 3. lib. Decretal.

45 Præterea quando rebellio, aut inobedientia est taliter notoria, vt nulla possit tergiuersatione celari, aut defendi, nec sententia declaratoria, nec citatio requiritur, vt in his terminis respondit Socin. sen. cons. 4. Super quæstione, num. 24. vers. Nec habet obstare: & cons. 87. Visis inuestitura feudi, num. 22. vers. Sextò quatenus, lib. 3. Paris. cons. 1. Visa facti serie num. 39. vol. 1. Decian. cons. 18. Ex prædicta, num. 355. lib. 1. Nec notoriè delinquentes etiamsi notorium sit facti transeuntis, audiendi sunt appellantes, vt videtur tenere Innoc. in cap. Tua nos, num. 4. de cohabitation. Cleric. & mulier. alleg. §. Sunt, 2. q. 6. cap. Cum sit Romana, §. vlt.
46 & cap. Proposuit, de appellat. Quod autem vassallus qui se tuetur contra Dominum, & non vult eū admittere in castrum, dicatur rebelles notorius, tenet in specie Andr. de Isern. in §. Sancimus, n. 3. in quo temp. Mil. in vsib. feud. quem sequitur Boss. in pract. crimin. Sub titulo quomodo procedatur in crimine notorio, num. 16. & Decian. vbi supra.

47 Porrò Consules, & ciuitas Leodiensis suis litteris ad Sanctissimum exaratis fatentur Episcopum visum non esse, nisi prius omni adhibita cautela, in vrbem admittendum. Vbi verò certum est absenti nullum ius competere, citatio non est necessaria, vt notat glos. communiter approbata in cap. Cùm olim, in verb. Licèt absenti, quam pluribus exornat Pelin. num. 11. de re iudic. Hostien. Ioann. Andr. & DD. In cap. Reprehensibilis, de appell. Abb. in cap. Ex Insinuatione, circa fin. eod. tit. Socin. sen. cons. 4. n. 25. lib. 3. Curt. senior, cons. 20. sæpenumero, n. 17.

Secunda itidem cōditio requisita ex Bulla Clementis VI. nempe consensus Capituli, dicitur verificata, quia sexdecim Canonici Capitulares in Oppido Huensi congregati consenserunt translationi Capituli, & nonnisi tresdecim, qui vna cum Decano remanserunt Leodij, eam impugnatunt.

48 Neque obstat quod ad Capitulum constituendū maior pars non sufficiat, sed requiratur vt duæ tertiæ partes sint præsentes, l. Planè, ff. Quod cuiusque vniuers. nomin. & l. Nominationum, C. de Decurion. lib. 10. & ex his duabus partibus debeat ad minus cōsentire maior pars; & ita intelligenda sint iura in l. Quod maior, ff. Ad municip. & in c. 1. supra de his quæ fiunt à maior. part. Capitul. cum simil. secundum opinionem Legistarū, & Canonistarum, vt dicit Abb. in cap. Cùm omnes, num. 11. supra de Constitut. dixi in cap. Cùm omnes. num. 11. supra de Constitut. dixi in cap. Quia propter, num. 41. de elect.

49 Nam respondetur in hac materia Canonistas communiter vti hac distinctione, videlicet aut est aliquis, ad quem spectat Congregatio vniuersitatis: & tunc si ad mandatum illius nō veniant omnes, possunt venientes explicare actum, etiamsi non interuenlat maior pars Collegij, quasi conuocatio Superioris constituat non venientes in contumacia, quæ priuet illos iure suffragium ferendi, vt cap. Cùm nobis, de election. & hoc tenebat Iacob Canonicus Bononiensis, vt refert Io. Andr. in cap. In causis, num. 22. de election. & Abb. in d. c. Cùm omnes, num. 13. de Constitut. Ponebat enim casum in vniuersitate, in qua erant centum homines, & ex vocatis ab habente potestatem conuenerant triginta; & conclusio sua fuit, quod ius vniuersi-

uersitatis residebat in illis triginta. Aut non est ibi aliquis, ad quem spectet Congregatio vniuersitatis: & tunc debeot saltem interuenire duę tertiæ partes, & monere aliam tertiam, aliàs ipsa tertia pars posset agere de contemptu: & in hoc secundo membro procedit opinio Legistarum. Ita clarè distinguit Innocen. hic num. 2. ait enim: [quando clerici dispersi sunt, ille, qui est caput Capituli, siue sit Pręposítus, siue alius, ad quem pertinet vocatio Capituli, illus vocabit, cap. 1. sup. de maior. & obedient. dummodo sit in loco idoneo, vbi plures conuenire possint; etsi absentes nõ veniant, procedunt pręsentes, cap. Quod sicut, & cap. Quia propter, supra de elect. Si autem nullus est, ad quem pertinet ex officio alios vocare, tũc ad hoc vt teneat quod fit ab eis, oportet vt ad minus conueniant duę partes illorum, ad quos pertinet actum illum explicare, & illi debent vocare alios, qui commodè possunt vocari, quibus vocatis siue venerint, siue non, procedent ad perficiendum illum contractum, aut electionem.] Hæc Innocent. cum quo transeunt hic Host. n. 10. Io. Andr. num. 6. Butr. num. 4. vers. Tertia quæstio, & reliqui omnes; & hanc opinionem Canonistarum putat esse veriorem Abb. in d. cap. Cum omnes, num. 13. de Constitut. & eam sequitur ibi Felin. num. 34. vers. Prima est, Franc. Marc. dec. 924. num. 6 par. 1, Put. decis. 283. lib. 3. in nouis, Rota in Paduana Sedilium, 28. Aprilis 1617 coram Cardi-
50 nali Sacrato. Hoc tamen secundum membrum limitat Abb. vbi supra, nisi instaret finis termini ad expeditionem actus præfixi vniuersitati, quia tunc minor pars posset vocare maiorem, eaque accedere renuente, liceret minori parti actum explicare; non enim debet priuari iure suo propter cõtemptum maioris partis, vt notatur in cap. In causis, & in cap. Cum nobis, de election.

In casu autem, de quo agitur, aderat Episcopus, ad quem de iure communi, & ex Concilio Trid. spectabat Capitulum conuocare, vt dictum est supra n. 26.

Adde, quod in Bulla Clementis VI. expressè cautum est, vt iura qualibet Capitularia apud illos sint, & remaneant, qui in præmissis Episcopo obediẽtes extiterint, etiam si fuerit numero pauciores,

51 Demũ obstare non videtur, quod Canonici dispersi, & ab Ecclesia Cathedrali absentes non fuerint vocati; quoniam hoc non est de substantia: nam actus Capitulares ex contemptu aliquorum non modo non sunt nulli ipso iure, sed nec debent cassari, nisi ipsis prosequentibus contemptum, vt cap. Quod sicut, & cap. Bonæ, il secondo, & c. Ecclesia, il secondo, de elect. & tradunt in cap. Quia propter, eod. tit. Io. Andr. num. 28. Cardin. ou. 3.
52 in 7. quæst. & Abb. num. 12. Quinimo nec vocari debent absentes, nisi in tribus casibus, videlicet in electione, vt in præcitatis iuribus, & in receptione Canonicorum, & præbendarum collatione, vt in cap. Cum in Ecclesijs, de præben. lib. 6. Nisi consuetudo sit in oppositum, vt ibi, & in cessatione à diuinis, vt in cap. Quamuis, de off. Ordin. eod. lib. & notat glos. in c. 2. in ver. Ipsorum, de testib. dicens absentes non esse vocandos nisi in tribus memoratis casibus: & eam glossam allegat totus mundus, vt dicit Abb. hic num. 10. sed quia idem Abb. ibidem, & in cap. 1. num. 15. de ijs quæ fiunt a maiori parte Capituli post Innocent. & Butr. hic extendit glos. ad omnes casus consimiles, & arduos, & dicit hoc sibi semper placuisse. Ideo tutius videtur quod primo dixi videlicet, ex hoc capite non infringi actus Capitulares vbi nullus prosequitur contemptum: & nihilominus ex parte Episcopi dabantur etiam conuocationes absentium.

53 Nec refert quod non fuerint citati absentes extra prouinciam: nam, vt inquit Innocent. hic n. 2. post med. vers. Aliàs autem. Si Canonici in Lombardia pro maiori parte morantes ad remotas partes Franciæ, vel Angliæ vocarentur, non tenerentur ire, quia mandatum est manifestè iniquum arg cap. Cum inter vniuersas, supra de elect. Secus autem si dubitaretur, quia tunc semper obedire debent, cap. Quid ergo, 11. q. 3. verumtamen secundum Hostien. hic num. 10. Si Ecclesia residentia ipsius indigeat, tunc venire tenetur saltem si iurauit. Idque ferè seruatur vbique de consuetudine generali; cap. Breui, de iureiur. cap. Cum clerici, & cap. Veniens, de verb. significat. Quod etiam placuit Archidiacono. Sed de quàm remoto loco absentes vocari debeant stabitur consuetudini, vt notat glos. in d. cap. Quamuis, in verb. Euocandi, de off. Ordinarij, lib. 6 Item glos. pen. in d. c. Cum in ecclesijs, de electione, eod. lib. quæ tamen subdit vocationem absentium non esse de substantialibus formæ.

Hoc negocio in pluribus Cõgregationibus plenè discusso, tandem sub die 9. Iunij 1649. fuit resolutum petitam confirmationem esse concedendam; & iterum 6. Septembris eiusdem anni Sacra Congregatio persistit in decretis: & ita Sanctissimus confirmauit. Item videtur hoc pendere ex clausulis Bullæ Clementis VI. Cuius tenorem libuit hic subnectere, cùm non habeatur impressa in Bullario, & sit de materia graui, & exemplari.

CLEMENS EPISCOPVS.

Seruus Seruorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

55 ECclesijs, ecclesiasticisque personis in earum potissimè tuitione, & conseruatione iurium decet nos opportunis adesse fauoribus, & petitiones eorum, quæ nobis super ijs offeruntur, benignum, & fauorabilem præbere consensum. Sanè petitio Venerabilis Fratris nostri Engelberti Episcopi Leodiensis nuper exhibita continebat, quod dilecti filij ciues, seu populares ciuitatis Leodiensis eidem Episcopo, & Ecclesiæ Leodiensi in spiritualibus, & tẽporalibus immediatè subiecti contra prædictum Episcopum, & prędecessores suos Episcopos Leodienses, qui fuerunt pro tempore licèt eorumdem ciuium, & popularium Dominos frequenter temerè procurante pacis æmulo rebellerint, ac in iuribus, & iurisdictionibus, alijsque bonis eorumdem Episcoporum, nec non prædictę, & aliarum Ecclesiarum, ac dilectorum filiorum Cleri Leodien. damna grauia, & multiplices ruinas irrogarunt eisdem, quodque quia ciues, & populares prędicti censuram ecclesiasticam deducebant in his vt plurimum in contemptum Episcopi pro tempore Leodien. existentes, ac dilecti filij maioris, ac aliarum Collegiatarum Ecclesiarum Leodien. Capitoli relicta ipsa ciuitate, quodque

se

se ad locum alium eis congruum, & iura; & iurisdictiones earumdem ecclesiarum, ac bona ipsorum, ac dd. Cleri possent protegere, & conseruare liberiùs, ac tutius transtulerunt. Cùm autem sicut eadem peritio subiungebat præfati ciues, seu populares translatione huiusmodi longè amplius, quàm censuram ecclesiasticam pertimescerent. Nos volentes de illo super hoc remedio per quod eorumdem ciuium, seu popularium rebellio conteretur, ac Episcopus Capitula, & Clerus præfati ad petitionem, & conseruationem iurium, & iurisdictionem Ecclesiarum, bonorumque suorum prædictorum liberiùs intendere valeant, tutiusque vacare eiusdem Engelberti Episcopi supplicationibus inclinati sibi, successoribusque suis Episcopis Leodien. qui pro tempore fuerint quod maioris, & aliarum Ecclesiarum Collegiatarum Capitula, etiamsi se exemptos fore prætenderint dilectorũ filiorum Præpositi, & Archidiaconorũ ipsius maioris ecclesię, & omnium aliarum in dicta ciuitate iurisdictionem ecclesiasticam habentium Curias de consensu Capituli ipsius ecclesię Leodien. ad alium idoneum, tutumque locum in diœcesi Leodien. constitutum, de quo dictis Episcopis, & Capitulo expedire videbitur quoties, & quando dicti ciues, seu populares aduersus eundem Engilbertum, & successores suos Episcopos Leodien. prædictos rebellabunt transferendi, & donec prędicti ciues seu populares ad debitam obedientiã Episcopi qui erit pro tempore, & ecclesiæ prædictæ reuersi fuerint, ac de damnis, & iniurijs, quæ dictis Episcopo, Capitulis, Præposito, Archidiaconis, & Clero, intulerunt competenter satisfecerint remanendi etiam ipsi Capitulis, Præposito Archidiaconis, & alijs Curiam habentibus, vt præfertur quàm etiam generaliter Clero sæculari ciuitatis prædictę exitum à ciuitate, ecclesijsq; prędictis, & ad dictum locum accessum indicendi, & præcipiendi, ac in his eisdem Episcopis inobedientes, necnon contradictores quomodolibet, & rebelles per censuram ecclesiasticam, & alia iuris remedia appellatione postposita compescendi, ipsisque translatis, & exeuntibus, ac ad dictum locum eis deputatum accedentibus in eodem loco diuina officia celebrandi, Capitulaque tenendi, & actus Capitulares exercendi, necnon fructus, redditus, & prouentus obuentuum, & iura, ac emolumenta quælibet alia dignitatum, personatuum, officiorum, canonicatuum, & præbendarum, ac aliorum beneficiorum suorum ecclesiasticorum quomodolibet etiam curam animarum habentiũ, quæ in ecclesia, & ciuitate prædicta obtinent, & impostrum obtinebunt cum ea integritate, cum qua eos perciperent, si in eisdem ecclesijs personaliter residerent percipiendi, ac solitis priuilegijs, libertatibus, & immunitatibus gaudendi ijsdem, Insuper Episcopo, Præposito, Archidiaconis, & alijs iurisdictionem ecclesiasticam habentibus, vt præfertur huiusmodi eorum Curias in prædicto loco tenendi, & in eis quamcumque iurisdictionẽ sibi competentem exercendi, & de causis quibuscumque ad huncforum pertinentibus cognoscendi, ipsasque terminandi, & decidendi, ac censuram ecclesiasticam exercendi, ac quascumque sententias proferendi, easque debitè exequi mandari, ac suos subditos ad locum huiusmodi etiam inuitos trahendi, aliaque omnia, & singula faciendi, exequendi, & liberè exercendi quamdiu in loco prædicto ob rebellionis commissionem, ac ad debitã obedientiam reuersionis, ac damnorum, & iniuriarum competentis satisfactionis omissionem, & dilationem remansetint, ac si in dictis ecclesijs, & ciuitate, ac Curijs residerent, & præmissa in eis facerent, ac etiam exercerent licentiam, & potestatem plenariam authoritate Apostolica tenore præsentium elargimur, authoritate Nihilominus decernentes eadem quod iura quælibet Capitularia apud illos sint, ac remaneant, qui in præmissis eisdem Episcopis: obedientes extiterint etiam fuerint numero pauciores, & quod processus, & sententiæ, quos, & quas in ciuitate prædicta, citationibus de ipsa ad locum prædictum, & sententiam, & condemnationem prolatarum, & factarum in eodem loco publicationibus, & executionibus dumtaxat exceptis per se, vel alium, seu alios eorum, vel alicuius, seu aliquorum ipsorum authoritate fieri contigerit, sint irriti, & inanes, quodque omnes illi ex prædictis, qui eisdem Episcopis in præmissis inobedientes fuerint, seu rebelles rãdin à perceptione fructuum, & prouentuum obuentionum, & iurium, dignitatum, & personatuũ, officiorum ecclesiasticorũ, & aliorum beneficiorũ ecclesiasticorum huiusmodi sint suspensi donec ad obedientiam Episcoporum ipsorum redierint, & de inobedientia, & rebellione sua emendam eis præstiterint condecentem, & si quid de fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus prædictis interim perceperint plenariam restitutionem cum effectu, Non obstantibus quibuscumque Constitutionibus, necnon exemptionibus, & alijs quibuslibet priuilegijs, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus quocumque tenore existant; necnon statutis, & consuetudinibus earumdem ecclesiarum contrarijs iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus, quorumq; totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis, seu si eisdem Capitulis, Prępositо, Archidiaconis, & Clero, vel quibusuis alijs communiter, vel diuisim à Sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam de indulto huiusmodi mentionem prouiso quod Ecclesiæ ciuitatis eiusdem à quibus lactus fuerit huiusmodi exitus in diuinis prout fuerit deseruiatur interim condecenter, ac in illis Sacramenta ecclesiastica ministrentur quibus de iure fuerint ministranda, quodque per hoc franchitijs, & priuilegijs ciuitatis eiusdem præmissis non cõtrarijs in nullo penitus derogetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę Constitutionis, & concessionis huiusmodi infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentate præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auinione Kalendis Maij Pontificatus nostri anno sexto.

56 Sequitur confirmatio translationis Capituli.

INNOCENTIVS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

CVm aliàs nos ad sedandas quantum nobis ex alto conceditur perturbationes, & dissensiones mensibus præteritis inter Venerabilem fratrē Ferdinandum Archiepiscopu Colonien. Sacri Romani Imperij Principem electorem, ac Ecclesiæ Leodien. ex concessione, & dispensatione Apostolica Præsulem, ciuitatisq; & Status Leodien. Principem, necnon dilectos filios eiusdem Ecclesiæ Leodien. Capitulares eidem Ferdinando Episcopo, & Principi huiusmodi adhærentes ex vna, & Consules, & habitatores eiusdem ciuitatis Leodien. & olim d. Ecclesiæ Decanum, & Capitulares in eadē ciuitate adhærentes partibus ex altera exortas: vnam Congregationem nonnullorum venerabiliū fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, & dilectorum filiorum aliquot Romanæ Curiæ Prælatorum deputauerimus, & ex illorum voto, & scientia quasdam nostras, in simili forma Breuis litteras hortatorias ad easdem sic inter se contendentes partes pro dissidijs huiusmodi sedādis dederimus: Postmodum verioribus innotuerit hortatorias, monitoriasque nostras litteras huiusmodi nullum omnino effectum sortitas fuisse, licèt dilecti filij eorumdem ciuitatis, & Decani adhærentiū agentes, & minist. i spē indubiam secuturæ desuper cōpositionis eidem Cardinalibus, & Prælatis dedissent: Propreteaque partibus hinc inde pluries in eadem Congregatione auditis, ijdem Cardinales, & Prælati decretū translationis Capituli Leodien. ab eadem ciuitate ad oppidum de Haus Leodien. diœcesis etiam iuxta quasdam à fælic. record. Clemente Papa VI. prædecessore nostro emanatas litteras per eumdem Ferdinandum Episcopū huiusmodi, & maiorem partem Capitularium d. Ecclesiæ Leodien. in præfato oppido existentium factum per nos confirmandum decreuerint. Idcirco nos de eiusdem Congregationis voto, & iuxta illius formam, continentiam, & tenorem prælatum Decretum translationis d. Capituli ad dictum oppidum de Haus vt præfertur factam, & à dilecto filio nostro, & Sedis Apostolicæ in partibus Inferioris Germaniæ Nuncio confirmatum Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, approbamus, illudque obseruari mandamus, donec tandem ab eisdem Consulibus, dictaque ciuitate, & Capitularibus inibi existentibus idē Ferdinandus Episcopus cum toto suo comitatu solito in eadem ciuitate cum pristinis reuerentia, obedientia, & iurisdictionis exercitio receptus, & admissus fuerit; & ita præcipimus, decernentes præsentes nostras litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios effectus sortiri, & obtinere, neque per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos etiam causas Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si quid super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac ipsorum Ecclesiæ ciuitatis, & oppidi quatenus opus sit etiā iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissis quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad effectum præmissorum specialiter, & expressè derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Anulo Piscatoris die 24. Iunij 1649. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

De Priuilegijs, & Excessibus Priuilegiatorum.

Cap. Ediscopalia.

SVMMARIVM.

1 *EPiscopalis dignitas non debet tribui nisi locis insignibus, & populosis, & num. 23. & seq.*
2 *Ciuitates maiores dumtaxat priuilegio Episcopatus sunt honoranda, & num. 6. & seq.*
3 *Ad esse ciuitatis requiritur Episcopus, & nu. seqq. vsque ad num. 18.*
4 *Episcopalis dignitas post Christi aduentum instituta.*
5 *Ciuitates erant ante aduentum Christi.*
7 *Comparatiuum supponit positiuum, licèt impropriè aliquando ponatur pro positiuo.*
8 *Episcopi non in castellis, & modicis ciuitatibus debent constitui.*
9 *Magis, & minus non faciunt rem differre specie.*
10 *Ciuitas, quæ proprium necamit Episcopum, perpetuò priuatur dignitate Episcopali; non tamen desinit esse ciuitas.*
11 *Saraceni habent ciuitates, & non habent Episcopos, nisi fortè abusiuos.*
12 *Episcopus potest esse sine ciuitate.*
13 *Princeps potest facere ciuitatem, & tamen non potest facere Episcopum, nec Sedem Episcopalem creare.*
14 *Ciuitas in Italia ex communi interpretatione appellatur illa tantùm, quæ habet Episcopum; sed vltramontani hoc non recipiunt.*
15 *Papa erigit ciuitatem, & dat Episcopum vnico contextu.*
16 *Et concedit pro maximo dono hanc dignitatem.*
17 *Represalia concessa contra ciues Tuscos nō afficiunt Pratenses.*
18 *Ciuitas an erigi possit à populo sine Principis auctoritate.*
19 *Muros municipales nec reficere licet sine auctoritate Principis, vel Præsidis.*
20 *Ciuitas dicitur, ciuium vnitas.*
21 *Structura autem murorum non dicuntur ciuitas, sed vrbs.*
22 *Ciuitas est multitudo hominum societatis vinculo adunata.*
23 *Episcopalis dignitas sui numerositate vilescit.*
24 *Multitudo numerosa nihil habet honestum.*
25 *Episcopi dicuntur Sanctissimi, Christi legati, & columnæ Ecclesiæ.*
26 *Item Beatissimi, ac Serenissimi, & Principes terræ.*
27 *Episcopatus dicitur excellentiæ dignitas,*
28 *Item culmen dignitatis.*
29 *Episcopalis sublimitas quanta sit.*

Locus

30 *Locus, aut diuitiarum potentia, vel paupertatis humilitas Episcopum sublimiorem, vel inferiorem non faciunt.*
31 *Declaratur, & n.33.*
32 *Vestis vilis, vel pretiosa effectus. & refertur cuiusdam Theologi argutia.*
34 *Episcoporum titularium creatio quibus rationibus improbetur, & n. seqq & n 37 & 53.*
35 *Episcopi titulares serenitatem Pontificalis obnubilant dignitatis.*
36 *Quærunt Vicarias Episcoporum, maximè habentiũ amplas diœcesis.*
Adhærent Principibus qui honoris causa quærunt habere Cappellanos Episcopos. ibidem.
37 *Pere vagabundi sunt. & permanentem sedem non habent.*
Quasi Episcopalem Cathedram eligunt in locis nullius diœcesis. ibidem, & n.52.
38 *Episcopus Titularis an sit creandus pro Pontificalibus exercendis in nonnullis oppidis militiarum nullius diœcesis, & num seqq vsque in fin.*
39 *Episcoporum titularium origo.*
40 *Cardinare quid importet.*
41 *Episcopi titulares ex Concilio Lateranensi nouissimo constitus possunt Suffraganei in Ecclesijs Cardinalium Episcoporum, & n.44.*
Et quid ex decreto Pij V. n.48.
42 *Chorepiscopi, & eorum officium.*
43 *Ordo ipsorum ab Ecclesia reprobatus.*
45 *Episcopus Titularis absque vrgenti necessitate creari non debet, & n.53.*
46 *Etiam mortuo Episcopo ab infidelibus expulso.*
Et hic abusus maximè viget in Religiosis, & cur.
48 *Et quando creandus, & quibus conditionibus ex decreto Pij V.*
49 *Episcopi Titularis, & Suffraganei dos quanta, & qualis esse debeat.*
50 *Pontificalia exercere non potest nisi in diœcesi, cui datus est Suffraganeus, & n.54. & 55.*
51 *Creari non debet Episcopus Titularis vt sit Coadiutor Archiepiscopi Arboren. absentis propter infirmitatem, & capitales inimicitias.*
52 *Episcopi Titulares ea, quæ sunt ordinis exercentes in locis nullius diœcesis sunt suspensi per annum ab exercitio Pontificalium.*
54 *Propositio Ecclesiæ Tunisen. facta in Consistorio à Cardinali Pacecho pro exercendis Pontificalibus in locis Ordinis S. Iacobi de Spatha.*
55 *Tunisen Ecclesia est suffraganea Ecclesiæ Carthaginensis.*
56 *Episcopum Titularem an deceat subesse inferiori Prælato, & n.60. & 61.*
57 *Suffraganeus non datur Ecclesiæ, nec populo, sed Episcopo, per cuius obitum expirat Suffraganeatus, & n 59.*
58 *Suffraganeatus non est titulus perpetuus.*
60 *Episcopum Titularem non decet esse Suffraganeum inferioris Prælati.*
61 *Episcopi Titulares sunt veri Episcopi.*
62 *Episcopus vicinior non potest ordines conferre, aut Pontificalia exercere in locis nullius diœcesis sine Ordinarij licentia, sed subditos dictorum locorum debet ordinare in sua diœcesi, aut eis dimissorias concedere.*

1 EPISCOPALIA. Episcopalis dignitas non
debet tribui nisi locis insignibus, & popu-
losis. Hoc statuit secundum Io. Andr. vel
aliter, maiores ciuitates dumtaxat priuile-
2 gio Episcopatus sunt honorandæ. Hoc dicit secun-
dum Cardin. Abb. & Marian. Socin. Primò ponit
dictum, Secundò rationem ibi, *ne honor*.
3 Nota primò ibi, *frequentioribus ciuitatibus*:
textum optimum, quod ad esse ciuitatis non re-
quiritur Episcopus; potest enim esse ciuitas, etiãsi
Episcopum non habeat, Cardin. Abb. & Marian.
Socin. hic omnes in 1. notab. Io Andr. in c. Si Ciui-
tas, n. 1. & in glos ordinaria post casum, de senten.
excommunicat lib 6. Bart. in l. 1. nu. 3. vers. Vnde
possibile est esse ciuitatem, licèt non habeat Epi-
scopum, C. de metropolit. lib. 11 pleuè Bald. in l. Si
in aliquam, n. 2. ff de offic Proconsul. & hæc opinio
communiter approbatur, vt ait Dec. hic num. 8.
4 Quæ indubitanter procedebat ante aduentũ Chri-
sti: nam quia tunc non erat dignitas Episcopalis;
quippe quæ post Christi aduentum fuit instituta,
cap. 1. & 2. 22. dist. & tamen erant constitutæ ci-
5 uitates, & prouinciæ, vt cap. Vrbes, & cap. In illis,
80. dist. & scripsi plenius in cap. Nullus, num. 13.
supra de Parroch.
Sed nihilominus etiam inspecto tempore post
legem euangelicam verius videtur ad essentiam
6 ciuitatis non requiri Episcopum. Ad quod primò
facit optimè iste text. dupliciter eum inducendo.
Primò quia dicit frequentioribus tantùm ciuita-
tibus Episcopos esse præficiendos. Sunt enim ci-
uitates minus frequentes, quæ carent Episcopo,
vt arguunt Cardin. & Abb. hic in 1. not. nam com-
7 paratiuum illud supponit positiuum, l. Vbi autem
non oportet, in princ. ff. de verbor. oblig. & quam-
uis Decius hic n. 2. dicat comparatiuum sæpenu-
mero poni pro positiuo, vt notatur in l. Benignius,
ff de legibus, & per Abb. in cap. Cum dilectus, in
4. not de ijs, quæ vi met. caus. tamen hoc fit contra
proprietatem verborum, à qua in dubio non est
recedendum, l. Non aliter, ff. de legat. 3. Deinde
quia dum textus dicit, *ciuitatibus*, vtique appellat
ciuitates antequam habeant Episcopum, vt hic
per Marian Socin. n. 2. & concordat cap. 1. §. Inter
Episcopos, 68. dist. vbi habetur, quod Episcopi nõ-
nisi in ciuitatibus ordinantur: ergo erat ciuitas
ante ordinationem Episcopi.
8 Secundò, pro hanc opinione adducitur text. in
cap. Episcopi, 80. dist. vbi dicitur: Episcopos non in
castellis, aut modicis ciuitatibus, atque villas de-
bere constitui, sed Presbyteros per castella, & mo-
dicas ciuitates, atque villas debere ab Episcopis
ordinari, & poni. igitur modica ciuitas Episco-
pum habere non potest, & tamen ibi ciuitas ap-
pellatur; & quamuis dicatur modica, nihilomi-
nus ciuitas est, quia magis. & minus non faciunt
rem differre specie, l. fin. ff. de fund. instruct. l. Hu-
milem, C. de incest. nupt. Bart. in tract. de Alueo,
vers. Quod si, n. 2.
Tertiò, ad idem adducitur cap. Ita nos, 25. q. 2.
vbi ciuitas, quæ proprium necauit Episcopum,
perpetuò priuatur dignitate Episcopali; et tamen
per hoc non desinit esse ciuitas, vt probant illa
verba, *hac sit reperta ciuitas*, et tenet Dec. hic
n. 9. et ante eum Bart. in d. l. 1. n. 3. in fin. C. de me-
tropolit. lib. 11. dicens non esse bonam consequen-
tiam, Papa priuat ciuitatem Episcopo; ergo desi-
nit esse ciuitas: et Bald. in d. l. Si in aliquam, nu. 2.
vers.

vers.Item si ciuitas,ff de offic.Proconsul.
Quartò, ad hoc induci posset cap. Pastoralis, 7.
q.1.vbi Gregorius transtulit Episcopum Lissitanæ
ciuitatis ab hostibus captiuatæ ad Ecclesiam Scyl-
latiuam, et in fine ait: Sin autem præscripta ciui-
tas continua captiuitatis calamitate premitur in
hac in qua incardinatus es, debeas Ecclesia per-
manere; et sic illa remansit ciuitas, licèt Episco-
po in perpetuum esset caritura.
11 Item Saraceni habent ciuitates, & Episcopos
nisi fortè abusiuos, vt inquit Bald. in d. l. Si in ali-
quam,n.2.vers.Item Saraceni, neque obstat quod
habeant Episcopos habitu, quia quando spes nul-
la subest vt habitus reducatur ad actum,vt in ter-
minis d.cap.Pastoralis, in fin. tunc Ecclesia regu-
latur ac si neque actu, neque habitu esset curata,
vt plenè notaui in cap Extirpandæ, §. Qui verò,
n.48.de præbend.
12 Quintò ad idem sic potest argui: Episcopus pò-
test esse sine ciuitate, vt patet in Episcopo Lunen-
si, & Phesulano, secundum Bald.vbi supra,vers.Itẽ
è contra: ergo & ciuitas potest esse sine Episcopo;
Quia essentia ciuitatis distincta est ab essentia
Episcopi, quamuis dignitas Episcopalis acciden-
taliter sit ciuitati annexa, vt ratiocinatur Dec.
hic n.10. Item nihil habet commune iurisdictio
temporalis cum spirituali, vt cap. Peruenit, 101.
distinct.
13 Item vltimò, alijs omissis, hæc conclusio pro-
bari videtur ratione inuincibili: nam Princeps
vtique potest ciuitatem constituere, l.1, C. de Me-
tropolitan.lib.11.& ibi notat Bart. n.3. & ante eũ
Innocentium.cap.Cùm ab Ecclesiarum,n.2.supra
de offic.Ordinar. & tamen non potest facere Epi-
scopum, cap.Nullus, & cap.Adrianus, cum pluri-
bus seqq 63 dist.nec sedem Episcopalem creare
Bald.in d.l Si in aliquam, n.2.vers.Item laici: ergo
etiam hodie potest esse ciuitas sine Episcopo: &
ita videtur concludendum de iure, licèt glos. in
cap.Prouinciæ, in verb.Comitibus,99.dist.dixerit
Comitatum dici districtum alicuius ciuitatis, vbi
est Episcopus.
14 Sed hodie ex communi interpretatione in Ita-
lia receptum est, vt illa sola appelletur ciuitas,quæ
habet Episcopum: sed vltramuntani, & maximè
Theotonici hoc non recipiunt, vt notat Io. Andr.
in cap.Si ciuitas,n.1,de sent.excomm. lib.6. Abb.
hic in 1.notab Marian.Socin.n.3.& Dec. num 15.
Bart.in Extrauag Qui sint rebelles, in verb.Lom-
bardiæ, & in tractatu de insuls in 14 figur. & in
l.final.col.2.ff.de colleg.illicit. & in l.2, n.7.vers. Et
dicit Innoc.ff de verb.significat.
15 Porrò Italorum interpretationi valde suffraga-
tur quod Papa vnico contextu erigit ciuitates, &
dat Episcopum per hæc, vel similia verba: Oppi-
dum N.in ciuitatem, Ecclesiam verò in cathedra-
lem pro vno Episcopo,&c. erigimus, & instituí-
mus, vt patet in oppidis Lauretan. Montis Alti,
Sancti Seuerini, & Tolentin.à Sixto V.in ciuitates
erectis, Bullar.tom.2. pag.518. 558. 559. & 564.
facit Extrauag.Saluator,§.Volentes,de præben.in-
ter communes ibi [Quatuor villæ, quarum quam-
libet in ciuitatem erigimus, & ciuitatis vocabulo
insignimus] iuncto vers. [Sint de cætero, & ha-
beantur perpetuò Ecclesiæ Cathedrales] Item
vt Bald.inquit in d.l.Si in aliquam, nu.2.ff.de offic.
Procons. secundum vsum loquendi communem
oppida,quæ nunquam habuerunt Episcopum,non
dicuntur ciuitates per excellentiam: dicitur etiam
signum potissimum excellentiæ habere Episcopa-
16 lem sedem, & Apostolicus pro maximo dono cõ-
cedit oppidis hanc dignitatẽ, vt Papa Vrbanus V.
Montis flasconi,quod de oppido simplici in ciuita-
tem erexit. Et ex hoc infert ad quæstionem, vt si
17 concessæ sunt repræsaliæ contra omnes ciues Tu-
scos, non intelligantur nati de oppido Pratensi,vel
S.Miniati,quia non habente Episcopos.& sequitur
Dec.hic nu.16.oppidum Sancti Miniati hodie est
ciuitas Episcopalis.
18 An autem erectio ciuitatis fieri possit à populo
sine Principis auctoritate, sunt opiniones Bart. in
l.1.in princ ff.Quod cuiusque vniuersit. nomin. te-
net ad hoc non requiri auctoritatem Principis,sed
ipsam gentem per se posse ciuitatem facere, cùm
hoc sit permissum de iure gentium, l. Ex hoc iure
ibi: Regna condita, ædificia collocata, ff. de iust.
& iur.& dictum Bartoli fortè est verius, vt dicit
Abb hic n.2. in fin.sed oppositum tenet Innoc. in
cap.Cum ab Ecclesiarum, n.1.vers. Et intellige, de
offic.Ordin. vbi concludit ad esse ciuitatis requiri
licentiam Principis. Pro concordia plerique di-
stinguunt sic: Aut quæritur an populus possit sine
Principis licentia ciuitatem materialiter ædifica-
re; & dicendum est posse, quia facultas ædificandi
competit de iure communi, vt d.l. Ex hoc iure, &
l.Prouincias,C.de ædific.priuat.& in hoc casu pro-
cedit prima opinio Bartoli. Aut quæritur an po-
pulus possit erigere ciuitatem formaliter, idest
quantum ad hoc, vt habeat iurisdictionem, & iu-
ra ciuitatis; & tenendum est non posse, sed neces-
sariam esse Principis auctoritatem: & in hoc secũ-
do membro intelligitur Innoc. prout eum decla-
rat Bald in d.c.Cum ab Ecclesiarum, col.2. vers.
Quæro vna cum Innocent.de offic.Ordinar. & d.l.
1.in princ. ff. Quod cuiusque vniuersit. nomin. &
ipsemet Bart.in l.fin.n 5.vers.Et ista vera quantum
ad hoc, ff. de colleg. illicit. Paulus de Castro in d.l.
Ex hoc iure,col.8. & sequitur Dec.hic n.19. & 20.
Alex.cons.24.in princ. vol.5. Hieronym.de Monte
in tractat.vltim.Regular.cap.11.num.4 & 5.Brun.
cons.47.nu.2.& cons.54.nu.6, & pro hac secunda
opinione videtur text.in l.In tantum,§.fin.alias in
l.Sacra,§.Muros,ff.de rer.diuis.vbi dicitur [Muros
19 autem municipales nec reficere licet sine Princi-
pis, vel Præsidis auctoritate; & quamuis populus
possit muros materialiter ædificare, nullo tamen
20 modo per hoc dici potest facere ciuitatem, quia
ciuitas dicitur ciuium vnitas: vnde ædificium
21 & structuræ murorum non dicuntur ciuitas, sed
vrbs, glos.in d.cap.Si ciuitas, post casum,de senten.
excomm.lib 6.ex Isidor. in lib.5. etymolog.vbi ait
22 ciuitatem non saxa, sed habitatores vocari; & ci-
uitatem diffinit esse multitudinem hominum so-
cietatis vinculo adunatam ad simul iure viuendũ
refert Archid.in cap.Statutum,n.4. de rescript.lib.
6.& Io.Andr.in d.cap.Si ciuitas, num.1. vbi etiam
alias diffinitiones recenset.
23 Secundò nota ex textu, dignitatem Episcopalẽ
non esse constituendam in villis, vel castellis, sed
tantùm in locis insignibus, & populosis: & ita
hic est casus secundum Io. Andr. & alios in sum-
mario text.Cardin.in Clem.In plerisque, in 3. qu.
n.6. de elect. Rationem habes in littera, videli-
cet [Ne honor, cui debent excellentiora commit-
ti, sui numerositate vilescat, confert text. in cap.
Præcipimus,16.qu.1.in illis verbis: vbi multitudo
excre-

excreuit fidelium ex vigore Apostolicę Sedis de-
beas ordinare Episcopos, pia tamen contempla-
tiône, vt non vilescat dignitas Episcoparus.] Hęc
24 ibi. Multitudo enim numerosa nihil habet hone-
stum, vt in auth. de Referend §. Voiumus. Ideo-
que Diaconus paruitas honorabiles, Presbyteros
verò turba contemptibiles facit, c. Legimus, ante
fin. vers. Quid paucitatem, 93. dist. & omne ratum
preriosum, & plus appetibile, secundum Hostien.
hic num. 1. Aliam rationem ponit text. in cap Il-
lud sanè, 80. distinct. videlicet, ne quod Sanctorum
Patrum diuinitus inspirata decreta vetuerunt, vin-
culis, & possessionibus, vel obscuris, & solitarijs
municipijs tribuatur Sacerdotale fastigium, idest
Episcopale, secundum Hug. & Archid Concordat
cap. Episcopi, 80. dist. vbi dicitur: Episcopi non
in castellis, aut modicis ciuitatibus debent con-
stitui, ne vilascat nomen Episcopi, sed ad honora-
bilem vrbem titulandus, & denominandus est.
25 Porrò Episcopi dicuntur Sanctissimi Christi Le-
gati, & columnæ Ecclesiæ, Clem. 1. §. Nec super,
26 de pœnis. Item dicuntur Beatissimi, cap. Excel-
lentissimus, 11. q. 3. l. Cum Clericus, C. de Episcop.
& Cleric. & in Auth de sanct. Episcop. §. Si quis au-
tem Episcoporum, & §. Interdicimus, & in Auth.
de Eccles. titul. §. Si quis ædificationem. Episcopi
enim officio nil beatius, cap Ante omnia, 40. dist.
& d §. Nec super. Item appellari possunt Serenis-
simi, vt inquit Cardin. in Clem. in plerisque, in 4.
notab. de elect. per illum tex. in ver. Serenitatem.
Item sunt Principes terræ, cum in terris teneant
locum Apostolorum, cap. Quoniam vices, 68. dist.
c. In nouo, 21. dist. Paris. cons. 141. ad solutionem
dubiorum, num. 35. vers. Episcopos autem con-
27 stat esse Principes terræ, lib. 6. Item Episcopatus
dicitur excellentiæ dignitas, vt notat glos. in cap.
Per tuas, il primo, in verb. Excellentioris, de ap-
28 pellat. Et culmen dignitatum glos. a. in cap. 4. de
præben. lib. 6. per tex. in cap. Venerabilis, supra de
29 præben. Quinimo, vt inquit Ambrosius de digni-
tate Sacerdotum cap. 2. Honor, & sublimitas Epi-
scopalis nullis poterit cōparationibus adæquari:
Si Regum fulgori compares, & Principum diade-
mati, longè erit inferius, quàm si plumbis metal-
lum ad auri fulgorem compares; quippe cum vi-
deas Regum colla, & Principum submitti genibus
Sacerdotum, & osculata eorum dextera, orationi-
bus eorum credant se communiri, refertur à Ge-
lasio in cap. Duo sunt, 96. dist. & Chrysostom. lib. 3.
de Sacerdot. & Nazianzenus in oratione 17. ad Ci-
ues Nazianzenos. [Quantum, inquiunt, cælum,
terra pretiosiùs est, quantumque anima corpori,
spiritus carni, diuina humanis pręstant, tantùm
Episcoporum Principatus omnis ciuilia regna, &
potestates antecellit: ad hoc cap. Si lite, de maior.
& obed. Meritò igitur tam sublimis dignitas non
nisi locis insignibus, & frequentibus est tribuen-
da, vt hic statuitur.
30 Nec obstat quod vbicumque fuerit Episcopus
siue Romæ, siue Eugubij, siue Constantinopoli,
siue Reghij, siue Alexandriæ, siue Tanis, eiusdem
sit meriti, & Sacerdotij: & potentia diuitiarum,
& paupertatis humilitas, vel sublimiorem, vel in-
feriorem Episcopum non faciat, sed omnes Apo-
stolorum successores sint: quę sunt verba Hiero-
31 nymi in c. Legimus, 93. dist. Quoniam vt respon-
det glos. hic in verb. Maioribus, & in c. Episcopi,
in verb. Vilescat, 80. dist. Quod hic dicitur intelligi
debet quantum ad vulgi opinionem: nam in rei
veritate etiam in modicis ciuitatibus non est vi-
lior Episcopus, vt In contrario. Et eodem ferè
modo respondet hic Innocen. in princip. dum ait,
[Quod hic dicitur procedere de facto, cum de
32 iure magnitudo ciuitatis nihil operetur. Vnde vi-
demus de facto potentes, & diuites Episcopos ho-
norari, & pauperes virtuosos contemni, secundum
Hostien. hic num. 3. & Ioan. Andr. eod. num. 3. qui
referunt de quodam Theologo, qui cōtra id, quod
habetur Iac. 2. cùm priùs humiliter indutus malè
fuisset in quodam monasterio receptus, rediens
cum pretiosa cappa, splendidè receptus, & hono-
rificè tractatus multas gratias egit in Capitulo
capę suę: vnde & Hieronym. ad Chromat. cap. 1.
& in patria mea, inquit, ille sanctior est, qui di-
tior est.
33 Tu dicas tex. nostrum loqui de iure, eius tamen
decisio procedit ante factum, decisio verò d. cap.
Legimus, procedit post factum: nam ab initio Epi-
scopus constitui non debet nisi vt præsideat maio-
ribus populis; sed postquam fuit constitutus, siue
magno, siue paruo præsideat loco, & siue sit locu-
ples, siue pauper, in eadem veneratione est haben-
dus, quia in eo honoratur dignitas Ordinis, & nō
potentia diuitiarum, secundum Ant. de Butr. hic
num. 6. vers Tu dic, Abb. n. 4. vers. Vel dic & me-
liùs, Marian. Soccin. num. 12. & Dec. num. 41. vers.
Sed istud.
34 Vltimò nota ibi: *maioribus populis*, argumen-
tum optimum, quod non debent creari Episcopi
Titulares in partibus infidelium: nam si Episcopi
non sunt constituendi in ciuitatibus, & locis non
populosis, vt hic statuitur, longè minus constitui
debent in carentibus clero, populoq; Christiano.
35 Sic enim intitulati, nec vt expediret prodesse, nec
vt deceret præesse valentes, instabilitate vagatio-
nis, & mendicitatis opprobrio serenitatem Ponti-
ficalis obnubilant dignitatis, vt legitur in Clem.
36 In plerisque, de elect. vbi glos. in verb. Vagatio-
nis, dicit consueuisse tales discurrere, & vicarias
Episcoporum quærere, maximè habentium am-
plas diœceses. Interdum quoque Principibus ad-
hærere familiariter, qui honoris causa quærunt
37 habere Cappellanos Episcopos. Et hodie cum
ferè vagabundi sint, & permanentem Sedem non
habeant, alienas oues inscio proprio Pastore quæ-
rentes, quasi Episcopalem cathedram in loco nul-
lius diœcesis sua temeritate eligunt, & Pontifica-
lia exercent, vt in Concilio Tridentino sess. 14. c. 2.
contra id, quod habetur sess. 6. c. 5.
38 Porrò cum aliàs quæsitum esset numquid Epi-
scopus Titularis esset creandus pro Pontificalibus
exercendis in oppido de Merida, alijsq; locis nul-
lius diœcesis militiæ sancti Iacobi de Spatha sub-
iectis, hæc fuerunt aduotata.
39 Antiquitus Episcopi Titulares non creabantur,
sed tantùm qui à proprijs ecclesijs ob hostilitatem
eiecti erant, in alijs ecclesijs vacantibus Cardina-
les constituebantur, donec ad proprias ecclesias
reuerti permitterentur, cap Pastoralis, 7. quęst. 1.
40 Et expone illa verba, Cardinales constituebantur,
seu incardinabantur, idest canonicè transferebā-
tur, vt notatur post c. Fraternitatem. Super verb.
41 Cardinandum, 71. dist. Sed horum, qui creantur
Episcopi alicuius Ecclesiæ in partibus infidelium
sitæ, quæ neque populum Christianum, neq; Cle-
rum habet, nulla origo reperitur ante decretum
Con-

Concilij Lateranensis sub Leone X. sess. 9. de Car-
dinalibus. Itaque res ab optimis orta primordijs
eo dilapsa est, vt iam non qui expulsi sunt dentur
Episcopi Ecclesijs vacantibus, sed creentur denuo
Episcopi illarum Ecclesiarum, tum alias ob cau-
sas, tum ad hoc vt suffragentur alijs Episcopis;
42 quorum loco antiquitus in Ecclesia esse videban-
tur Corepiscopi, qui erant Presbyteri, & in villis,
aut pagis curam animarum gerebant loco Episco-
porum, licèt non possent absque Episcoporum li-
centia, vel consensu ea, quæ sunt Ordinis exerce-
re, vt in Concilio Neocęsariensi cap. 3. in Antio-
cheno cap. 10. & Hispalen. cap. 20. Quod etiam plu-
ribus probant, & decernunt Damasus epistola 1.
Leo epistola 36. & Ioannes III. epistola 1. & Con-
cilium Antiochenum cap. 4. statuit, ne ij, qui in
vicis Corepiscopi appellantur Presbyterum, aut
Diaconum audeant ordinare pręter ciuitatis Epi-
scopum, sed contenti sint propria sollicitudine, &
43 gubernatione, quam susceperunt. Quorum tamen
Ordo fuit deinde ab Ecclesia reprobatus, vt in
Canon Corepiscopi, 68. dist.

44 Postea verò cœperunt creari Episcopi Titulares
ob decretum Concilij Lateranensis superius rela-
tum, quod permisit Cardinalibus in Ecclesijs suis
hos habere Episcopos pro suffraganeis: ideoque
etiam hodie Summus Pontifex cùm creat huius-
modi Episcopos, vtitur similibus verbis, *& suffra-
gentur talibus, donec, &c.*

45 Nisi tamen verè vrgeat necessitas, non est creã-
dus Episcopus titularis, vt patet ex d. Clem. In ple-
risque, de elect. Quinimo nec mortuo Episcopo
46 expulso potest Ecclesię ab hostibus occupatę alius
Episcopus perfici, vt illic post Paul. not. Cardin. n. 5
ex quo decreto constat creationem Episcopi titu-
47 laris improbari; tum quia Ecclesiæ ab infidelibus
occupatæ sufficientes reditus non habent, tum
quia carent Clero, & populo Christiano, tum deni-
que quia ibi Episcopus non potest prodesse, vt ex-
pediret, nec præesse, vt deceret, meritò glos. ibi
in verb. Vagationis inuehit in eos, qui anhelant ad
Ecclesias ab hostibus captiuatas, vt tetigi supra
nu. 36. & in verb. Religiosos dicit hunc abusum
maximè vigere in religiosis, qui ad hoc laborant
interdum etiam importunè, & per corruptelas,
vt canere possint cum Psalmista, *Laqueus contri-
tus, &c.* Psalm. 123. & subdit se vidisse Religiosum
consecratum ad titulum, qui non erat in rerum
natura, nec fuerat quod patere posset per Prouin-
cialem, idest per librum, in quo scriptæ sunt Pro-
uinciæ: & nostris temporibus vidimus alium con-
secratum ad eamdem Ecclesiam, ad quam alter
erat consecratus; & adde quod ibi notat Cardin.
in 6. & 11. quęst.

48 Sed & de his Pius V. post Concilij Tridentini
publicationem decreto suo consistoriali sanciuit
non esse huiusmodi Episcopos creandos, neque
in Suffraganeos dandos, nisi Ecclesijs Cardinaliũ,
49 & illis tantum, qui solent habere, & cum certo
stipendio perpetuo ad minus ducentorum aureo-
rum de Camera super fructibus illius Ecclesiæ, qui
propria auctoritate ab ipsis percipi possint, & quod
50 nullibi possint Pontificalia exercere sine expressa
licentia Sedis Apostolicæ, nisi in illa diœcesi, cui
datus est Suffraganeus: sed postea paulatim id am-
pliatum fuit etiam ad Episcopos non Cardinales,
& dos aucta est ad ducatos 300. ex decreto Sacræ
Congregationis rerum Consistorialium.

Et in Sacra Congregatione Concilij cùm Ar-
chiepiscopus Arboren. supplicasset pro indulto
adhibendi in sua diœcesi Episcopum titularem à
Sanctissimo deputandum, qui muneribus Episco-
palibus defungi posset eo quod ipse Archiepisco-
pus cogeretur ab Ecclesia abesse tum ob grauissi-
mas, ac diuturnas ęgritudines, tum ob capitales
cum pluribus inimicitias, qui eius vitæ etiam ve-
neno insidiati fuerant: Sacra Congregatio die 6.
Iunij 1605. censuit titularem Episcopum hac de
causa non creandum, sed si ipse aliquem titularem
inueniat, qui ipsum velit adiuuare, eius opera vti
posse iuxta decretum cap. 2. sess. 14. de quo est text.
expressus in cap. Pontifices, 7. q. 1.

52 Ad hæc creatio Episcopi titularis, qui in locis
nullius diœcesis Ordines conferat, improbatur à
Concilio Tridentino cap. 10. sess. 23. quo hæc fa-
cultas tribuitur Episcopis, intra quorum diœcesi-
bus fines ea loca existunt, vel viciniori Episcopo, si
omnino existant extra fines cuiusque diœcesis,
arg. cap. 9. sess. 24. vt ex Sacræ Congregationis sen-
tentia dixi in cap. Nullus, n. 10. vsque fin. de Paroch.

Rursus eadem creatio improbatur decreto c. 2.
sess. 14. vbi plura in odium dictorum Episcoporum
commemorantur, vt dictum est supra num. 37. ac
deinde illis prohibetur, ne cuiquam primam Ton-
suram, seu Ordines conferant etiam in locis nul-
lius diœcesis absque sui proprij Prælati expresso
consensu, aut litteris dimissorijs; & contrafacien-
tes ab exercitio Pontificalium per annum; & sic
promoti ab executione Ordinum, donec suo Præ-
lato visum fuerit, sunt ipso iure suspensi.

53 Ex his omnibus deducitur, vt minimè sit pro-
cedendum ad creationem Episcopi titularis pro
huiusmodi militijs S. Iacobi sine graui, & vrgenti
necessitate, videlicet cùm eis neque opera aliorum
Episcoporum titularium in illis partibus existen-
tium, neque viciniorum Episcoporum ministerio,
neque alia ratione prospici potest; tum quia huius-
modi creatio, & institutio est ab ecclesiasticis re-
gulis aliena, & sacris Canonibus inuisa; tum quia
redundat in præiudicium Episcopi proximioris, ad
quē pertinet facultas ordinandi subditos dictarũ
militiarũ priuatiuè quoad omnes; tum demũ quia
Episcopus pręficitur Ecclesiæ sine reditibus, sine
diœcesi, & Clero, populoque Christiano, quod est
contra Concilium Viennen. & Tridentin. & con-
tra tex. nostrum inducendo eum, vt dixi supra in
vitim. notab. neque enim populus militiarum, de
quibus agitur, subiectus erit huic Episcopo, nec
ipse dici poterit illius Episcopus, & Pastor, cùm
nullam in eum iurisdictionem, aut correctionem
sit habiturus, nec in aliqua Ecclesia militiarum
debeat intitulari, sed tantùm ibi exercere Ponti-
calia tamquam mercenarius.

Hæc autem necessitas procedendi ad creationē
Episcopi Titularis in dicta militia minimè videtur
subesse; nam pro Ordinibus conferendis non est
necessarius accessus viciniorις Episcopi ad loca
earum militiarum, cùm ipse possit, ac debeat or-
dinare subditos dictorum locorum in sua diœce-
si, vt ex sententia S. Congregationis Concilij ad-
notaui in d. cap. Nullus, n. 52. de Paroch. Quod si
id incommodum videatur, poterit illis dimisso-
rias concedere, vt ab alijs Episcopis ordinentur,
ad præscriptum d. cap. 10. sess. 23. Et pro Sacramē-
to Chrismatis administrando iam est in facultate
ipsarum militiarum, si nullius diœcesis existant,
conuo-

conuocare quem maluerint Catholicum Antiſtitē ex ipſius Congregarionia ſententia. Exempla Pij V. & Gregorij XV. qui inſtituerunt Epiſcopos Tituiares in eadem militia Sancti Iacobi de Spatha, non prodierunt ex voto S. Congregationis rerum Conſiſtorialium, nec videntur vlterius extendenda, ne detur anſa eiſdem militija in poſterum prætendendi huiuſmodi inſtitutionem quaſi debitam, & ſibi affectam; iam enim in ſupplici libello nuper oblato aſſeritur Franciſcum de is Rocha fuiſſe præſentatum à Rege Catholico ad Eccleſiam Sidonien. in partibus infidelium, quam à Gregorio XV. obtinui vltimus Epiſcopus pro Militia Sācti Iacobi inſtitutus; & Epiſcopatus Sidonien. perperā appellatur Ordinis Sancti Iacobi.

Et ita die 28. Ianuarij 1649 eadem Sacra Congregatio rerum Conſiſtorialium re accuratè diſcuſſa, cenſuit, niſi aliud Sanctiſſimo videatur, creationē Epiſcopi Titularis pro dicta Militia non eſſe de cætero concedendam.

54 Poſt hac ex parte Otatoris Regis Catholici exhibita fuit, & lecta in Sacra Congregatione propoſitio olim facta in Conliſtorio à Cardinali Pacecho de Eccleſia Tuniſen. ſub Pio V. vnà cū votis Cardinalium, quæ ſic ſe habet.

Cardinalis Pacechus propoſuit Eccleſiam Tuniſen. pro Fratre Bartholomęo Perez, vt impleat Pontificales actus in locis ipſius Ordinis, & quod propterea concedatur nominatio perpetuò Eccleſiæ Tuniſen. Philippo Regi, & quod Tuniſen Epiſcopus ſit perpetuò ſuffraganeus in locis Sancti Iacobi de Spatha.

D. Cardinali Auguſtano Priori Montis Politiani, Piſarum, & Varmien. Placuit.

Cardinalis de Gambara dixit, quod non fiat perpetua huiuſmodi vnio, et deputatio Eccleſiæ Tuniſen. pro locis Sancti Iacobi, ſed hęc ad vitam ipſius tantùm, & quod is non exerceat Pontificalia niſi in locis, quæ non ſubſunt Ordinario, in alijs autem non.

Geſualdus, & alij idem quod & alij probauerunt.

Cardinalis Vrſinus verò dixit nō decere huiuſmodi Suffraganeum, cùm ſolum Cardinalibus, & quibuſdam Principibus Prælatis ordinarijs ſit cōceſſum, cui Sanctiſſimus reſpondit.

Cardinalis Sanctæ Crucis dixit quædam, quæ non audiui.

Cardinalis Boncompagnus probauit Eccleſiæ Tuniſen. pręſentem prouiſionem. Idem alij.

Alciatus limitauit, vt non exerceat Pontificalia niſi in locis exemptis ab Ordinario. Idem alij, &c.

55 Cardinalis Sanctæ Seuerinæ dixit. Probo prouiſionem Eccleſiæ Tuniſen. quæ Tuniſen. non autem Carthaginen. dicatur: hæc enim ab ea diuerſa eſt, & Tuniſen. Eccleſia vetus eſt apud eccleſiaſticas, & prophanas Hiſtorias: illa Metropolitana, hæc ſuffraganea. Et reſpondentibus Pacecho, & ab Eccleſia: idem replicauit, & quod Epiſcopus nō exerceat Pontificalia niſi in locis ipſius Ordinis, quæ ſunt nullius diœceſis iuxta Reuerendiſſimum D. meum de Gambara, non autem in alijs etiam exemptis exiſtentibus in aliena diœceſi, ampliata limitatione Domini mei Alciati, cui Papa id eſſe factutum, & ſtrictius reſpondit.

Cæſius cum Reuerendiſſimo Relatore. Sicut & alij.

Albanus improbauit erectionem, & pluralitatē Eccleſiarum, & Epiſcoporum: cui Sanctiſſimus Dominus Noſter ſatisfecit id fieri, quia cum Epiſcopi Hiſpani magnas, & amplas habeant diœceſes, vix ſuas viſitare, & Pontificalia in eis, & Sacramentum Confirmationis conferre poſſint, vel curent, vnde tanto magis alias prouincias, & terras negligunt; & ideo ſpectat ad Sanctam Romanam Eccleſiam diſpenſatio curę, & prouiſio Eccleſiarum, & animarum.

56 Conſtitutum ergo eſt ipſum in locis tantùm ordinis poſſe Pontificalia exercere interdicto ſibi vſu extra dicta loca, & id quamdiu liceat ad Eccleſiam Tuniſen. redire, Deo volente: ſed tantùm inſtante Pacecho conceſſit, vt poſſit vocatus, & inuitatus accedere ad cōſecrationem Epiſcoporum, ſed aliàs nequaquam; etiam replicante Albano, negauit, quod ageret Curſorem, non Epiſcopum, quia quotidie à negligentibus Epiſcopis vocare-
57 tur. Fuit etiam tractatum, vt Epiſcopus non ſubeſſet Priori, vel non decere. Sanctiſſimus dixit non referre cum ſit ipſe tantùm Suffraganeus in Pontificalibus, iuriſdictio autem ſpectet ad Priorem, vel Vicarium generalem, vt etiam moris eſt, vbi eſt Vicarius generalis, & Suffraganeus in Pontificalibus.

Die 22. Martij 1650. In Congregatione rerum Conſiſtorialium negocium iterum fuit propoſitū, & diſcuſſum.

Creatio Epiſcopi Titularis pro Militia Sancti Iacobi de Spatha patitur difficultates infraſcriptas.

Primò repugnat antiquæ Eccleſiæ inſtitutioni, ſecundum ea, quæ dicta ſunt ſupra n. 39.

Secundò obſtat Concilium Viennenſe in Clem. In pleriſque, de elect. vt patet ex dictis ſupra num 35.

Tertiò obſtat Concilium Lateranenſe nouiſſimum ſub Leone X. ſeſſ. 9. de Cardinalibus, quo ſtatuitur, vt Epiſcopi Titulares non creentur, nec Suffraganei dentur niſi Epiſcopis Cardinalibus. Addidit Pius V. in decreto Conſiſtoriali: & illis, qui conſueuerunt habere.

Quartò obſtat Concilium Tridentinum in c. 2. ſeſſ. 14. vbi non tantùm prohibet, ſed etiam damnat, vt Epiſcopi Titulares alienas oues quærentes in locis nullius diœceſis ſibi cathedram conſtituant ſine licentia proprij Epiſcopi: & in cap. 10. ſeſſ. 23. quo interdicitur, ne ſubditi nullius diœceſis à quoquam ordinentur ſine Dimiſſoriis Epiſcopi, intra cuius diœceſis fines exiſtunt.

58 Quintò, iſte Epiſcopus Titularis deputatur in Suffraganeum; ſed cuius erit Suffraganeus? non Eccleſiæ, quia Suffraganeus non datur Eccleſiæ, ſed Epiſcopo, gloſ. in cap. Quoniam, in verb. Vicarium, ſupra de offic. Ordinar. Ideoque ſecundum aliquos, mortuo Epiſcopo expirat ſuffraganeatus, ſicut dicitur de Coadiutore Epiſcopi, qui deſinit eſſe Coadiutor defuncto Coadiuto. Dicitur enim Coadiutor à coadiuuando, ſicut Suffraganeus à ſuffragando: & ideo Coadiutoria, & Suffraganeatus expirant per obitum Epiſcopi, quia non eſt quem coadiuuent, aut cui ſuffragentur, prout hęc notantur per Io. Andr. in cap. Conſultationibus, in 8. qu. nu. 10. de Cler. ægrot. & iam cenſuit Sacra
59 Congregatio Concilij ſuffraganeatum non eſſe titulum perpetuum: & hæc ratio concludit eum nec eſſe Suffraganeum populi, aliàs enim eſſet per-

petuus, ficut populus, l. Proponebatur, ff. de indicijs, glof. 2. in cap. 49. Denique, 7. q. 1. Rurfus non erit Suffraganeus Epifcopi, quia in d. militia nul-
60 lus eft Epifcopus, cui fuffragari poffit. Supereft igitur, vt fit Suffraganeus Prioris. Hoc autem videtur valde inconueniens: tum quia cederet in opprobrium Dignitatis Epifcopalis, vt Epifcopus, qui eft in fupremo gradu Ordinis Hyerarchici in Ecclefia militanti, Concil. Trid. feff. 23. de Sacram. Ordinis, can. 6. & 7. Suffragetur, & inferuiret Priori longè inferioris gradu, & effet tāquam illius Cappellanus; quod redarguit glof. in d. Clem. In plerifque, in verb. Vagationis: dum dicit, Principes fæculares affectare creationem Epifcoporum Titularium, vt illos habeant Cappellanos. Tum quia verifimile eft, vt in Ecclefia, & functionibus publicis, & priuatis Prior, qui vniuerfæ iurifdictioni præeft, intendat præcedere Epifcopo, qui non habet nifi exercitium Pontificalium, nec eft intitula-
61 tus in d. militia. Hoc autem eft valde abfonum in Ecclefia, quia quamuis fit Epifcopus Titularis carens Clero, & populo Chriftiano; eft tamen verus Epifcopus Caractherem habens Epifcopalem, cap. Paftoralis, & ibi Archid. fub num. 4. & Præpofit. in 1. notab. 7. qu. 1. Vnde indignum effet, & perniciofi exempli, vt fubeffet inferiori Prælato, cap. Solitæ, §. Hæc autem; cum ibi notat de maior. & obed.

Sextò, nulla fubeft neceffitas talis creationis: nam refpectu eorum, quæ funt iurifdictionis, fuæ refidet penès Priorem duntaxat, qui poteft eam exercere, & vifitare tam per fe, quàm per fuum Vicarium. Refpectu autem eorum, quæ funt Ordinis Epifcopalis, aut confideramus collationem
62 Ordinis, aut collationem Crifmatis. Quoad collationem Ordinum aduertendum eft hoc ius pertinere ad Epifcopum, intra cuius diœcefis fines dicta loca exiftunt iuxta d. cap. 10. feff. 23. aut fi fint omnino extra fines cuiufque diœcefis, ad Epifcopum viciniorem, qui poteft ea loca vifitare ex c. 9. feff. 24. vt facta Congregatio cenfuit. Nec obftat fi dicatur Epifcopi in Hifpania nolunt accedere ad dictas militias ad conferendos Ordines; nam refpondetur, non teneri, nec poffe abfq; Prioris licentia Ordines conferre in locis dictarū militiarum, fed poffunt, ac debent ordinari fubditos dictarum militiarum in fua propria diœcefi; aut fi nolint, illis dare dimifforias ad alios Epifcopos, vt aliàs fuit refolutum: vnde nulla fubeft neceffitas creandi Epifcopum Titularem, qui conferat Ordines in locis dictarum militiarum, quia, vt prædixi, fubditi dictorum locorum debent accedere ad viciniorem Epifcopum pro Ordinibus, vel pro Dimifforijs: & ex hoc patet refponfio ad pōderationem factam in propofitione Ecclefiæ Tonifen. ad votum Cardinalis Vrfini. Sacramentum autem Confirmationis nō confueuit adminiftrari fingulis annis, fed rariùs. Et ex fententia S. Congregationis Cōcilij Abbates nullius diœcefis poffunt conuocare quem maluerint Canonicum Antiftitem pro Chrifmate conferendo. Nec decernant Epifcopi Titulares Matriti, Toleti, aut alibi, quem poffint conuocare. Et is, quem conuocauerint, poterit etiam in prædictis locis Ordines conferre de licentia proximioris Epifcopi, quare nus videretur nimis incommodum, vt fubditi earumdem militiarum ad eum accederent propter latitudinē territorij, quòd dicitur effe fatis vaftū: & duo millia fcuta, ex quibus volunt conftituere dotem pro Epifcopo, poterunt applicare pro expenfis Epifcopi, quem conuocabunt ad conferendum Chrifma, & Ordines: & aliàs eadem Sacra Congregatio Concilij fcripfit litteras ad Nuncium Hifpaniarum, vt curaret Sacramentum Chrifmatis adminiftrare in locis nullius diœcefis per Epifcopos Titulares in illis partibus exiftentes. Itaq; nec refpectu Ordinum, nec refpectu Chrifmatis vlla fubeft neceffitas creationis Epifcopi Titularis; & hinc fimiliter patet refponfio ad rationem cōfideratam in eadem propofitione Ecclefiæ Tonifen. Nam tunc temporis verifimiliter non aderant Epifcopi Titulares, quia paulò ante prohibuerat eos creari Leo X. in Concilio Lateranenfi; idemque prohibuerat ipfemet Pius V. vt dictum eft fupra num. 44. & 48. vnde tunc fubeffe poterat neceffitas, quæ hodie non fubeft: quod inde etiam apparet, quia poft Pium V. & Gregorium XV. dictę militię quamplures annos fuerunt fine fuffraganeo.

Demum S. Congregationis eft refpondere iuxta canonicas fanctiones.

Die 22. Martij facta Congregatio rerum Confiftorialium rerum diligenter examinata, perfiftit in decretis fub die 28. Ianuarij 1649. videlicet quod petitur nequaquam effe concedendum.

De Priuilegijs,

Cap. Cum & plantare.

S V M M A R I V M.

1 *Religionem nouam erigere pertinet ad folum Papam*
2 *Religiofi etiam exempti non poffunt Ecclefias, aut decimas recipere de manibus laicorum abfque auctoritate Diœcefani.*
3 *Conftitutio iuris antiqui declaratoria trahitur etiā ad præterita.*
4 *Interdictus, & excommunicatus in vna Ecclefia intelligitur vbique interdictus, & tanquam excommunicatus vitari debet etiam ab exemptis.*
5 *Religiofi in Ecclefijs fibi pleno iure non fubiectis, qualeitus confequantur.*
6 *Et quale in fubiectis pleno iure.*
7 *Templarij, & Hofpitalarij femel in anno admitti poffunt ad Diuina officia in ecclefia interdicta.*
8 *Oblati non gaudent priuilegijs Religionis, nifi ex toto fint translati.*
9 *Milites Hierofolymitani extra Conuentum degentes, an teneantur femel in anno confiteri Presbytero Parochiali, & ab eo in Pafchate Sacram Communionem recipere, anne de his teneantur reddere rationem loci Ordinario, & num. feqq. vfque in fin.*
10 *Parochus non eft proprius Sacerdos Religioforum, fed eorum Prælatus, vel Delegatus ab ipfo & nu. feqq.*
11 *Milites Hierofolymitani funt verè Religiofi.*
12 *Abfolutio Sacramentalis eft actus iudicialis, qui in non fubditum exerceri non poteft.*
13 *Religiofi prohibentur alteri confiteri, quàm proprijs Prælatis.*
14 *Regulares extra clauftra degentes non fubfunt Epifco-*

piscopo, nisi ratione delicti.

15 Regulares itinerantes confiteri non possunt Sacerdotibus sæcularibus nisi de suorum Superiorum licentia.

16 Monachi siue sint in monasterio, siue extra, tenentur semel in mense confiteri: & quando sunt extra, possunt confiteri Prælatis, in quorum Parochia degunt, vel alijs Religiosis, vel Episcopis.

17 Nisi obstent Constitutiones à Sede Apostolica confirmata.

18 Milites Hierosolymitani confiteri debent Priori vel Fratri Cappellano sui Ordinis.

19 Milites Hierosolymitani extra Conuentum degentes, qui præcepto Ecclesiæ de confitendo semel in anno, & communicandi in Paschate non satisfaciunt, subsunt punitioni Ordinarij loci tãquam Sedis Apostolicæ Delegati.

CVM ET PLANTARE. Summatur, & diuiditur vt per Io. Andr.

1 Nota primò, ibi, *plantare sacram Religionem*, ad solum Romanum Pontificem pertinere nouam erigere Religionem: de quo plenius legitur, & notatur in cap. fin. supra de Religiosis domibus, & in cap. Vnico eod. tit. lib. 6. & hic notant Host. in princ. Io. Andr. num. 2. Cardin. in princ. in verb. Plantare, Butr. Ancbar. & omnes in 1. notab.

2 Secundò nota ibi, *Ecclesias*. Religiosos etiam exemptos non posse Ecclesias, aut decimas recipere de manibus laicorum absque auctoritate Diœcesani, & de hoc in cap. Cum Apostolica, de ijs, quæ fiunt à Prælatis.

3 Tertiò nota ibi, *Dimissis quascumque contra tenorem istum aliquo tempore receperunt*. Constitutionem iuris antiqui declaratoriam trahi etiam ad præterita. De quo dic, vt plenè scripsi in cap. Quoniam, supra de Constitutionibus.

4 Quartò nota in § *excommunicatos*. Interdictum, & excommunicatum in vna Ecclesia intelligi vbique interdictum, & tamquam excommunicatum vitandum esse etiam ab exemptis: concordat cap. Nulli, infra de sentent. excomm. & hic notant glos. in verb. Excommunicatos, Host. n. 4. in eod verb. Butr. n. 6 Abb. in 1. not. Marian. Socin. num. 4. & cæteri omnes.

5 Quintò nota ex § *In Ecclesijs*: quale ius consequantur Hospitalarij, & alij Religiosi in Ecclesijs, quæ ibi non sunt pleno iure subiectæ: Consequuntur enim nudum ius præsentandi, & rationē de temporibus inquirendi. Institutio verò, & destitutio ad Episcopum pertinent, nec valet contraria consuetudo, vt in c. 1. de Cappell. Monach. lib. 6. & hic notant Butr. num. 7. Abb. num. 3. Marian. So-

6 cin. num. 6. & communiter DD. Ergo à contrario sensu secus dicendum est si Ecclesiæ sint eis pleno iure subiectæ: sed hoc intelligunt Io. Andr. nu. 4. in ver. Repræsentent, & alij proximè citati, quando ecclesiæ, & populus sunt exempti. Si verò populus non est exemptus, licet Hospitalarij, & Religiosi huiusmodi habeant ibi ius instituendi, tamen oportet institutum repræsentari Episcopo, vt recipiat ab eo curam populi, & de illa cura tenetur Episcopo rationem reddere, & hac ratione poterit Episcopus eum visitare, & in visitatione quæret ab ipso quomodo celebret populo diuina officia, & quomodo illius Sacramenta ministret. De alijs autem temporalibus, & spiritualibus tenetur respondere Religiosis, quibus est subiectus.

7 Sextò nota in §. *Quod si Templarij*, vnum priuilegium Templariorum, videlicet vt in Ecclesia interdicta semel in anno admittantur ad diuina officia.

8 Vltimò nota in §. *De Confratribus*, Oblatos alicui ex Religionibus non potiri eiusdem Religionis priuilegijs, nisi ex toto sint translati, eo quod se, & sua ipsi Religioni obtulerint: Alias enim remanent sub iurisdictione Ordinariorum, vt hic notant glos. in verb. Nullatenus, Innoc. ad fin. in verb. Eximantur, Hostien. num. 9. in verb. Omnino, Butr. Abb. & Marian. Socin. in vltimo notab. Concordat textus in cap. Vt priuilegia, infra eodem, & ibi dixi latissimè à num. 1. vsque ad num 40.

9 Porrò cum fratres Hospitalis quandoque excedant in pluribus contra Episcopalem auctoritatē, & scandalum faciant, ac periculum animarum inducant, vt hic dicitur ad exemplum Episcoporum, qui in Concilio Lateranensi de his grauiter sunt conquesti, quæsiuit Archiepiscopus Eboren. Vtrū Hospitalarij, seu Milites Sancti Ioannis Hierosolymitani extra Conuentum degentes teneantur semel in anno confiteri Presbytero Parochiali, & ab ipso in die Paschatis sacram Communionem recipere.

Secundò, An de his teneantur reddere rationē loci Ordinario.

10 Ad primum videtur respondendum non teneri siue ius commune, siue ipsorum Militum stabilimenta attendamus: nam quod pertinet ad ius cōmune, ex decreto Concilij Generalis in cap. Omnis vtriusque, infra de pœnit. & remiss. Statutum, est, vt vnusquisque saltem semel in anno peccata sua proprio Sacerdoti confiteatur, & in Paschate suscipiat Eucharistiæ Sacramentum. Sed Presbyter Parochialis, seu Parochus non est proprius Sacerdos Militum Hierosolymitanorum. Ergo ipsi Milites non tenentur eidem Parocho confiteri, nec de illius manibus in Paschate Eucharistiam suscipere.

11 Minor patet, quia cùm Milites Sancti Ioannis Hierosolymitani emittentes tria vota substantialia sint verè Religiosi, Mohed. d. c. 10. de caus. poss. & proprietatis, & sæpius censuit Sac. Congregatio Concilij: Presbyter Parochialis non potest dici proprius illorum Sacerdos, de quo loquitur d. cap. Omnis vtriusque. Sed Prælatus, cui subsunt, vel Delegatus ab ipso, vt probatur expressè in Extrauagan. Benedicti XI. Inter cunctas, §. Sed quia, de priuileg. ibi, *non Religiosos*, qui secundum statuta suorum Ordinum proprijs Prælatis confiteri debent. Facit Extrauag. Ioann. XXII. Vas electionis, de hæret. vbi damnatur error Ioan. de Poliaco, qui astruebat confessos Regularibus habentibus licentiam generalem audiendi confessiones, teneri eadem peccata, quæ confessi fuerant, iterū confiteri proprio Sacerdoti, quem dicebat esse solum Presbyterum Parochialem.

12 Præterea ad hoc, vt Sacerdos validè absoluere possit à peccatis, duo requiruntur de iure communi, videlicet potestas, quam in ipsa ordinatione accipiunt, vt habetur in cap. 15. in princ. sess. 23. & iurisdictio in pœnitentes, cùm absolutio Sacramentalis sit actus iudicialis, qui non potest validè exerceri in non subditum, vt est diffinitum à Cōcil.

cil. Tridentin. in Cap. 9. sess. 14. de Sacramento Pœnitent. ex decreto dicti cap. 15. additum est tertium requisitum, vt Sacerdos vel parochiale beneficium habeat, vel Episcopi approbationem: Presbytero autem parochiali quoad Milites Hierosolymitanos deficit secundum requisitum, idest iurisdictio, cùm ipsi sint exempti ab omni iurisdictione Ordinariorum, etiamsi degant extra conuentum, vt patet in Concilio Tridentino cap. 11. vers. Exceptis tamen ijs, sess. 24. nisi in casu d. c. 3. sess. 6. ergo tantùm abest, vt teneantur confiteri Parocho, vt si de facto confiteantur, absolutio nulla, atque irrita sit ex defectu iurisdictionis: nulla enim est absolutio, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, vel delegatam non habet iurisdictionem, vt similiter est diffinitum à Tridentina Synodo sess. 14. cap. 7. de cas. reseruat.

13 Demum supposito statu Religioso eorumdem militum, idem probat efficaciter text. in dicta Extrauag. Inter cunctas, de priuileg. vbi interdicitur Religiosis ne cuipiam confiteantur nisi proprijs Prælatis, facit tex. in cap. 1. ibi, Monachus pœnitentiam nemini tribuat, nisi sibi inuicem, 16. q. 1. Item facit cap. Si Episcopus, §. Nulla quoque, de pœniten. & remiss. lib. 6 vbi dicitur nulla posse cõsuetudine introduci, vt quis Confessorem sibi eligere valeat, præter sui Superioris licentiam.

14 Neque obstat, quod cùm huiusmodi Milites degant extra conuentum, vt supponitur in dubio, subsint Episcopo etiam quoad ea, quæ ad curam animarum non pertinent, ex Decreto Concilij Tridentini, cap. 3 sess. 6. Quoniam respondetur ex d. cap. 3. Regulares extra conuentum degentes nõ subesse Episcopo, nisi ratione delicti, vt patet ex verbis eiusdem Capituli ibi, *si deliquerit*: Equites autem Hierosolymitani, qui semel in anno peccata sua non confitentes Presbytero parochiali, vel ab ipso in Paschate sacram Communionem non suscipiunt, minimè delinquunt, dummodo alias coram proprio Sacerdote, & in suis Ecclesijs præ-
15 cepto Ecclesiæ satisfaciant, vt dictum est; & sic quoad Sacramenta non sortiuntur forum Ordinarij. Debent enim confiteri suis Prioribus, vel Capellanis, vel alteri de ipsius Prioris licentia, vt inferius dicetur. Sicut videmus alios Religiosos itinerantes non posse peccata sua confiteri Presbytero seculari, nisi de suorum Superiorum licentia, & absolutionem aliter factam esse ipso iure nullã, vt pluribus probat nouissimè Ludouic. Miranda in manuali Prælator. tom. 2. q. 33. art. 6. in 1. concl. dicens: generali consuetudine Religionum receptum esse, vt iter facturi prius à propriis Prælatis facultatem obtineant sibi Confessorem eligendi; & ibi refert non solùm plura priuilegia Sixti IV. Leonis X. et aliorum Summorum Pontificum, quibus sit facultas Religiosis itinerantibus eligendi Confessorem; sed etiam specialem prohibitionem Clementis IV. et Bonifacii VIII. ne quis ex Fratribus Minoribus, excepto mortis articulo, aliis, quàm eius Ordinis Sacerdotibus confiteatur.

16 Aduerte tamen, quia in prædictis aliter videntur sentire DD. in Clem. Ne in agro, §. Sane, de stat. Monach. vbi in specie Petr. de Anchar. num. 5. [Nota, inquit, quod siue Monachi sint in monasterio, siue extra, tenentur semel in mense confiteri, & quando sunt extra, possunt confiteri Prælatis, in quorum Parochia degunt, vel alijs Religiosis ad hoc deputatis per diœcesanum: allegat cap. 1. 16. qu. 1. & Clem. Dudum, de sepultur. quæ tamen iura hoc non probant. Possunt etiam secundum eum confiteri Episcopo inuitis Prælatis, vt notat Archidiacon. in cap. Qui resistit, nu. 6. 11. qu. 3. vbi dicit, se non credere Abbatem posse prohibere Monacho, ne confiteatur Episcopo, vel Pœnitentiario eius: & hoc ideo, quia Episcopus
17 est Ordinarius singulorum, qui sunt in sua diœcesi. Hoc tamen limitat, nisi secus sit expressum in Constitutionibus Monachorum, quæ confirmatæ sint à Papa. Nos versamur in casu huius limitationis, vt constat ex dictis supra nu. 13. & 15. & mox subijciam.

18 Quod spectat ad stabilimenta Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani res fit magis clara: nam in eis expressè interdicitur militibus, ne alteri cuipiam confiteantur, quàm Priori, aut alicui Capellano einsdem Ordinis, nisi de ipsius Prioris licentia, vel eo absente, de licentia Superioris, vt habetur in tit. 3. de Ecclesia, statuto 7 pag. 24. Quæ quidem stabilimenta cùm à multis Summis Pontificibus fuerint confirmata, sunt omnino obseruanda, vt per Archid. loco citato, cùm præsertim non sint contraria Decreto Concilij Tridentini sess. 23. cap. 15. quod nihil statuit de pœnitentibus Regularibus, imo se restringit ad confessiones secularium; & consonant Sacrorum Canonum dispositioni, vt ex dictis constat. Quibus etiam accedit Constitutio 9. Pij IV. Circumspecta, in Bull. tom. 2. pag. 9. quæ in §. 29. tribuit facultatem fratribus Capellanis Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani militum, & ipsorum familiarium confessiones audiendi, illisque Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum administrandi.

19 Ad secundum respondetur, Milites extra conuentum degentes teneri omnino reddere rationẽ Ordinario, quod annuæ confessionis, & communionis præceptum adimpleuerint: nam cum omnes Christi fideles arctentur præcepto d. cap. Omnis vtriusque, de pœnit. & remiss. vtique si Milites Hierosolymitani illud non adimpleant, grauiter delinquunt. Ratione autem delicti degentes extra conuentum subsunt visitationi, punitioni, & correctioni Ordinarij tamquam in hoc à Sede Apostolica delegati, vt in d. cap. 3. sess. 6. & ita aliàs re diligenter examinata, respondit Sacra Congregatio Concilij, quæ huiusmodi delictum etiam connumerauit inter grauiora.

De Priuilegijs.

Cap. Patentibus.

S V M M A R I V M.

1 *CAmpanæ in Oratorijs priuatis publicè teneri non possunt.*

2 *Campanas habere in loco publico, & eleuato est signum loci publici, & sacrati.*

3 *Hospitalia, & Oratoria cùm non apparent constructa auctoritate Episcopi, ex quibus signis præsumantur publica, vel priuata.*

4 *Exempti delictum si extendit vires suas, & affectũ extra locum exemptum, licèt committantur in loco exempto, potest per Ordinarium puniri.*

5 *Declaratur.*

Reli-

6 *Religiosis an liceat in eorum Oratorijs, vel Monasterijs vnam, vel plures habere campanas, & nu. seqq vsque in fin.*

7 *Intellectus cap. Nimis iniqua, de excessib. Prælator, & n 13.*

8 *Concessa omnia videntur, quæ non inueniuntur prohibita.*

Declaratur n. 14.

9 *Vnicuique licet in suo facere quod vult, dummodo nihil in alienum immittat, etiamsi per hoc alius lædatur: quod intelligitur de immissione rei corporalis, n. 17.*

10 *Campanarum pluriũ quæ sint causa, & nu. 12. & 22.*

11 *Causa rei cessans rei finem imponit, & perseuerans eam ampliat, & extendit.*

12 *Campanarum sonus est adinuentus ad conuocandã populi multitudinem, ad audiendum verbum Dei, & n. 22.*

15 *Singularitas non semper pluralitatem excludit.*

16 *Taxatiuæ dictiones non semper in oratione subaudiuntur.*

17 *Fumus enumeratur inter corporalia.*

18 *Mendicantibus post Extrauagãtem Ioannis XXII. Quia cunctos, non licet in suis conuentibus habere nisi vnam campanam, & n. 25.*

19 *Et quid si vnam habeant pro se, & aliam pro Vniuersitate.*

20 *Et quid si antea plures habuerint sine contradictione, & n. 26.*

Et quid si ita habeat consuetudo, n. 27.

Et quid si habeant parochias, n. 28.

21 *Campanulas habere, & priuatim pulsare non est prohibitum Religiosis in eorum officinis, & in priuatis Oratorijs, & n. 24.*

22 *Campanam in priuato Oratorio Religiosis publicè tenere, & pulsare non licet.*

23 *Pluralitas quandoque resoluitur in singularitates.*

28 *Parochiales Ecclesias si campanas tres, videlicet grandiorem, mediam, & minimam habere non possit, saltem duas debet habere.*

1 PATENTIBVS. Religiosi in domibus priuatis, licèt sint ibi priuata oratoria, non possunt habere campanas, hoc dicit Io. Andr. Butr. Cardin. & Anch. vel sic secundum Abb. & Marian. Socin. in oratorijs priuatis campanę publicè teneri non possunt etiam per Religiosos: & sunt duæ partes, consultatio, & responsio, secunda ibi, *respondemus*.

2 Nota primò ex hac littera in loco publico, seu eleuato habere campanas, & publicè pulsare, esse signum loci publici, & sacrati, vt hic notat Anton. de Butr. n 3. Abb. Marian Socin. & Doc. omnes in 1.
3 notab. & idem Butr. in cap. vltim. n. 5. supra de censib. inferentes ex hoc ad decisionem quæstionis quotidianæ, an hospitalia, vel oratoria in dubio censeantur publica, vel priuata, cùm non appareat, an auctoritate Episcopi sint constructa: nam si ibi est campana eleuata, quæ publicè pulsatur, signum est ea esse publica, & Episcopo subiecta: & idem dicunt si ibi celebratur: sunt enim ista signa loci publici, arg cap. Vnicuique, & cap. sequẽ. de consecrat. dist. 1. & notat Archid. in cap. Nemo, n. 3. vers. Vbi autem dubium est, ead. dist. & plenius idem Abb. in cap. Inter dilectos, n. 1. vers. Sed contra hoc, de donationib. & latè consuluit Federic. de Sen. cons. 130. Factum est tale. Quædam domus per tot. Aduerte tamen quia actus solius celebrationis Missæ necessariò non concludit locum esse publicum, vt probat tex. in d. cap. vltim. vbi dicitur in oratorijs priuatis interdum celebrari; & sic non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse, cap. 2. de translat. Episcop. & l. Neque natales, C de probationib. quod dicit esse notandum Abb. in d. cap. vltim. n. 1. vers. Item nota: intelliges ergo celebrationem Missæ signum esse loci publici, & sacrati, si actus celebrationis sit publicus, ita ut omnes indifferenter admittantur, prout intelligunt Archid. in d. cap. Nemo, num. 3. & declarant Butr. in dicto cap. vltim. in tertio notab. & Abb. num. 1. de censib.

4 Secundò, ex hac littera colligit Anton. de Butr. nu. 5. quod vbi delictum exempti extendit vires suas, & effectum extra locum exemptum, licèt committatur in loco exempto, nihilominus potest per Ordinarium arceri, & puniri: nam campanæ non pulsantur nisi propter auditum; & quamuis pulsentur in loco exempto, tamen propter sonum extenditur turbatio ad locum non exemptum: ad quod facit cap. Tuarum, infra eod. concordant hic Abb. n. 4. vers. In glos. 2. qui pluribus hoc confirmat
5 & Marian Socin. in vltim. notab. Quod puto verũ nisi priuilegium exemptionis sit concessum etiam ratione rei sitæ, contractus initi, & delicti commissi extra locum exemptum, sicut sunt hodie exemptiones Religiosorum ferè omnium, vt plenè scripsi in d. cap. Tuarum, à n. 18 vsque ad nu. 25. Tunc enim etiamsi campanæ pulsarentur in ipsomet loco non exempto, tamen exempti non possent ab Ordinario puniri, quia huiusmodi exemptiones speciales non sunt sublatæ per cap. Volentes, de priuileg. lib. 6. vt ex facto respondit Gemin. cons. 71. Quia articulus ipse, nu. 1. col. 3. in princip. vers. Infertur secunda conclusio, & dixi in præallegato cap. Tuarum, nu. 16. & seqq. infra eod.

6 QVAERO generaliter, an Religiosi possint in suis oratorijs vnam, vel plures habere campanas.

7 Difficultas versatur in conciliatione huius Decretalis, vbi hoc prohibetur, cùm cap. Nimis iniqua, supra de excessib Prælar. vbi recensetur inter alia grauamina Fratribus Prædicatoribus illata, quod non permittantur in eorum oratorijs asseruare Eucharistiæ Sacramentum, nec habere campanam.

Pro solutione dantur tres intellectus. Primus est Goffredi in d. cap. Nimis iniqua; quod ille textus loquatur de oratorijs publicis, quæ sunt in monasterijs Religiosorum: hoc autem cap. de oratorijs existentibs in eorum domibus priuatis, vel grancijs: & hic intellectus est satis amicus litteræ, & magis placet Abbati hic n. 5. vers. Et quamquam primus intellectus Goffredi multum mihi placeat, & Marian. Socin. nu. 10. vers. Dicit Dominus meus.

Secundus intellectus est Innocentij hic, videlicet quod textus in d. cap. Nimis iniqua, procedat ex priuilegio, vel gratia speciali: hæc autem Decretalis de iure communi.

Tertius intellectus est Host. hic n. 2. qui exponit verbum, *campanas*, scilicet plures, l. Vbi numerus, ff. de testib. Pluralitas ergo, et pulsatio publica hic reprobantur, sed vnicam habere campanam non est eis prohibitum: et ita procedit text. in dicto cap. Nimis iniqua, qui in singulari loquitur ibi,

nec

net sustinentes eos habere campanam: & sic licet Re-
ligiosis habere vnam, sed non plures, vt in hac lit-
tera; & Hostiensem sequitur Archid. in cap. Qui-
dam, in fine, 18. q. 2. quod dicit perpetuò notandũ
Abb. hic num 5. vers. Vel tertio, secundum Hostien.
& potissimum pro Mendicantibus, qui tenent plu-
res campanas, ita vt eorum loca videantur princi-
paliora in ciuitate, non enim possunt de iure com-
muni teneri nisi vnam, idq; debet eis sufficere cum
populum non habeant: & hoc secundum eum ser-
uant Fratres Minores de Obseruantia, pro quibus
facit Clem. Exiui, de Paradiso, §. Licèt verò, vers.
Hinc est etiam, & vers. Quamuis etiam, de verbor.
signific. sequitur Io. de Selua in tract. de benefic.
par. 1. q. 5 num. 101.

8 Porrò fuit olim magna lis in Curia Romana,
vtrum Fratres Prædicatores possent habere plu-
res campanas: & dicebatur posse. Primò, ex re-
gula, qua dici consueuit, omnia videntur concessa,
quæ non probantur prohibita, l. Statuas, C. de re-
lig. & sumpt. funer. l. Necnon, §. Quod eis, ff. Quib.
ex caus. maior. l. Ab ea parte, ff. de probation.
9 Secundò, ex alia regula, quæ habet vnicuique li-
cere in suo facere quod vult, dummodo nihil in
alienum immittat, l. Sicuti, §. Aresto, ff. Si seruit.
vindicet: etiamsi per hoc alius lædatur, dúmodò
dolosè non faciat, vt l. Fluminum, § vlt. & duabus
legib. seqq. de damn. infect. l. 1. §. Idè ait, & §. De-
10 nique, Marcellus ff. de aqua pluuia arcen. Tertiò,
quia causa pluralitatis campanarum est honor Sã-
ctorum, decor cultus diuini, & conuocatio populi.
Sed istæ tres causæ subsunt in Ecclesijs Prædicato-
11 rum: Ergo & ius pluralitatis campanarum, quia
sicut causa rei cessans rei finem imponit, ita & præ-
seruans, eam ampliat, & extendit, l. Planè, ff. de
oper. liber. l. Adulter, ff. de adulter. l. Adigere,
§. Quamuis, ff. de Iurepatron. & cum paris similis-
que militiæ sint, iustum & competens videtur eis-
dem priuilegijs gloriari, l. vltim. C. de Palatin. Sa-
12 crar. largit. lib. 12. Et quod sonus campanarum sit
adinuentus ad conuocandum populum, siue po-
puli multitudinem ad audiendum verbum Dei, sa-
tis innuitur Numer. cap. 10. ibi, *Fac tibi argenteas
tubas, & ductiles, quibus conuocare possis multitu-
dinem*: & infra, *vbicumque increpueris tubis, con-*
13 *gregabitur ad se omnis turba*. In contrarium al-
legabatur hoc cap. vbi prohibetur campanarum
pluralitas etiam Religiosis: & cap. Nimis iniqua,
de excess. Prælat. vbi conceditur eis habere cam-
panam: ergo vnam dumtaxat. Sed ad prædicta
respondebatur non obstare hoc cap. quia loquitur
de Oratorijs constructis in priuatis domibus, de
quibus habetur in Auth. Vt in priuat. domib. Sa-
cra mysteria non fiant, in rubro, & nigro, & de qui-
bus procuratio dari non debet, vt cap. vltim. supra
de censib. Nec debet intelligi de monasterijs vbi
sunt solemnes Ecclesiæ, & Conuentus, vt cap. Si
quis etiam, de consecrat. dist. 1. & quod inter ista
sit patens differentia, liquet ex cap. Quidam Mo-
nachorum, 18 qu. 2. & ibi notatur. Item non ob-
stat d. cap. Nimis iniqua, vbi legitur in singulari
campana, quia narrat grauamen, quod infereba-
tur Prædicatoribus, & Minoribus, videlicet quod
Prælati eis campanam non permittebant: & illud
grauamen ibi tollit. Quis ergo dixerit legem pro-
ditam in eorum fauorem debere grauamen eis
inducere: certè qui hoc dicit à mente legislato-
ris diuertit, l. Deducta, §. final. ff. ad Trebell. cap.
14 Transmissæ, infra de verbor. significat. Hæc enim
ratio pro eis posita est, non contra ipsos, l. In ra-
tione, §. Tametsi ante, ff. Ad leg. Falcid. Quippe si
ante d. cap. Nimis iniqua præcessisset prohibitio,
ne campanas haberent, tunc permittendo eis ha-
bere campanam, fortè maneret prohibitio in alijs;
Sed cum nulla præcesserit prohibitio, & tantum-
modo tollatur grauamen, quod inferebatur circa
vnam campanam, non licèt hinc deducere prohi-
bitionem super pluralitate, quia secundum hoc
vnum contrariorum induceret reliquum, scilicet
conceptio prohibitionem quod esse non debet,
l. Legata inutiliter, § fin. ff. de adimend. legat. l. Cũ
tale, §. vlt. ff. de condit. & demonst. Sicut nec pro-
hibitio inducit eius contrarium, videlicet iussum
affirmatiuum, l. Titia, ff. de manumiss. testam. ita
nec concessio debet inducere prohibitionem, cũ
loquimur de his, quæ aliàs sui natura prohibita
non sunt, vt legitur, & notatur in cap. Inter corpo-
ralia, de transl. Episc. nec etiam multum à verbi
proprietate recedit, quod prohibendo grauamen
circa campanam illatũ, etiam de pluralitate cam-
panarum intellexisse videatur, vt l. Si pluribus, ff. de
15 leg. 2. l. Si plures, de leg. 3. & l. Si necessarios, § Si
annua, ff. de pignorat. action. neque enim semper
singularitas pluralitatem excludit, l. In vsu, ff. de
16 verb. significat. l. 1. §. Hoc edictum, ff. Quod fals. tu-
tor. author. Signa enim taxatiua vt tantùm, & dũ-
taxat, non semper subaudiuntur in oratione. Vn-
de non est bona illatio, Tu habes vnum oculum:
ergo vnum tantum, vt l. vlt. §. 1. & ibi notat. ff. de
leg. 2. & vna via ducit Romam: ergo vna tantùm;
& actio edita demonstrat speciem futuræ litis, sed
non sola, vt l. 1. circa princ. ff. de edend. & aliud est
deijcere Episcopum, ergo Episcopum solum, cap.
17 Requisisti, de testam. Obijciebatur etiam contra
prædictos fratres quod immissio sonitus campa-
narum ad alienum esset contra d. l. Sicuti, §. Aristo,
ff. Si seru. vindicet. Sed ibi intelligitur de immis-
sione rei corporalis, vt patet per exempla ibi po-
sita, scilicet fragmentorum aquæ, & fumi, quę tria
constat esse corporalia, de primis duobus patet ad
sensum, de tertio scilicet de fumo notatur Instit.
de reb. corp & incorporalib. in princ. & in l. 2. §. 2.
ff. de rerum diuisione. Ita consuluit Oldrad. in
cons. 228. incip. Quod Fratres Prædicatores, per
totum, cuius responsum ferè ad calamum transtu-
lit Alberic. de Rosate in Dictionario in ver. Cam-
pana, & sequuntur hic Marian. Socin. num. 10. &
Decius num. 22.
18 Tu verò dicas huiusmodi altercationem subla-
tam esse per Constitutionem Io. XXII. quam DD.
nostri non allegant in Extrauagan. Quia cunctos,
de officio Custodis, vbi præmissa Cathedralium, &
aliarum Ecclesiarum querela, quod nonnulli Mẽ-
dicantium Ordinum professores in aliquibus suis
Conuentibus plures campanas obtinent, & impo-
sterum satagunt obtinere, & propterea iustitię de-
trahitur, & exinde ciuitatibus locorum interdum
affertur Diuinis officijs impedimentum, videturq;
inter ipsos litigijs, & scandalis via aperiri, statui-
tur primo, [vt Religiosi dictorum Ordinum Mẽ-
dicantium in nullo conuentu suo, seu loco plures
campanas habeant sine Sedis Apostolicæ licentia
speciali, sed vna tantummodo pro loco quolibet
sint contenti. Secundò, vt si communitas, seu Vni-
uersitas aliqua ecclesiastica, vel mundana, seu ij-
dem Religiosi pro huiusmodi Vniuersitate in ali-
quo

quo ipsorum lororum campanam aliam habue-
rint, vel nunc habent, non illam, sed aliam solam
eorum specialiter vsibus deputatā pulsare valeant
horis diurnis, & nocturnis Missis, & alijs consue-
20 tis. Tertiò, permittitur eisdem Religiosis, vt vbi
hactenus plures campanas sine lite, & contradi-
ctione qualiber in vsus duntaxat proprios habue-
runt, & nunc habent, illis etiam deinceps liberè vti
possint, alijs quibuscumque per eos habitis intra
trium mensium spatium de suis locis, seu campa-
nilibus deponendis, & nullatenus iterum reponē-
21 dis. Quartò declaratur, vt campanulæ, quæ in
Refectorijs, Sacristijs, Capitulis, & alijs forsan of-
ficinis Religiosorum ipsorum consueuerunt habe-
re sub dicta ordinatione nullatenus comprehen-
dantur.] Hæc ibi.
22 Quibus positis conclude veritatem sub distin-
ctione: nam autem quæritur de Oratorijs priua-
tis, seu domesticis, quæ Religiosi habent in suis
priuatis domibus, vel grangijs: & in his nec vnam
campanam licet eis obtinere in loco publico, seu
eleuato, quia cùm ibi Missas, & diuina officia pu-
blicè nequeāt celebrare, vt dixi in cap. vltim. supra
de censibus, consequens est, vt nec possint ibi pu-
blicè habere, aut pulsare campanam, cuius præci-
puus est vsus plebem vocare ad diuina officia, vt
cap 1 & 2. de off. Custodis, & constat ex dictis su-
23 pra num. 11. & 12. Et in summa de hoc est casus
expressus non cauillando litterā in hac Decretali,
quæ etsi loquatur in plurali de campanis, hoc ta-
men facit, quia eodem modo de Hospitalarijs, &
Templarijs, eorumque Oratorijs loquitur in plu-
rali. Vnde verbum *Campanas*, debet distributiuè
accipi singula singulis referendo, secundum ea,
quæ notat Bartol. in l. Falsa, §. Si quis, num. 1 ff. de
condit. & demonstration. & fusè Euerardus in sua
Centuria legali in loco à vi numeri, à num. 9. vsq.
ad num. 10. Similis expositio fit in cap. Vt priui-
legia, in fine, infra eodem: & hoc vsu receptum
est: nullibi enim seruatur, vt in Oratorijs, quę sunt
24 intra domesticos parietes, in loco eleuato tenea-
tur vel publicè pulsetur campana. Non tamen est
prohibitum ibi tenere campanulam priuatam, &
priuatim pulsare, vt à contrario probat hæc litte-
ra in verb. Publicè, secundum Anton. de Butr. hic
num. 30 Anchar. num 2. Abb. & Marian. Socin. in
2. notab. & Dec. n. 8. & 23.
25 Aut quæritur de Oratorijs publicis, vel Eccle-
sijs, quæ sunt in ipsis monasterijs Religiosorum:
& planum est eis non licere in eorum conuenti-
bus, & locis plures campanas habere sine speciali
licentia Sedis Apostolicæ, sed vna tantùm pro quo-
libet loco debere esse contentos, vt est expressum
ad litteram in eadem Extrauaganti, Ioann. XXII.
Quia cunctos, & concordat Concilium prouincia-
le Mediolanense IV. in titulo de sacris locis, eo-
rumque cultu, §. De campanis, tom. 4. Concilior.
par. 2. fol. 437. col. 2. vbi sic legitur. [Simplex Ec-
clesia, Oratoriumue vnam tantùm campanulam
habeat, vt Ioannis XXII. constitutione sancitum
est. Itaque hodie est approbata opinio Abbatis
quod Religiosis non liceat in Ecclesijs, & Orato-
rijs monasteriorum suorum habere nisi vnam
campanam.
26 Limita primò nisi Religiosi in Ecclesijs, vel Ora-
torijs huiusmodi habuerint plures campanas ante
prædictam Extrauagantem, & nunc sine lite, aut
conditione habeant, quia tunc eis liberè vti pos-
sunt, vt disertis verbis ibi statuitur in §. Cæterum,
& ita eo tempore inspecto approbatur intellectus
Gofredi ad text. in cap. Nimis iniqua, de excess.
Prælar. & responsa Oldrad. contra Hostien quod
Religiosis Mendicantibus in eorum Oratorijs pu-
blicis, & Ecclesijs de iure communi permissum sit
non tantum vnam campanam, sed etiam plures
obtinere, secundum ea, quæ dicta sunt supra
num. 8.
27 Limita secundò; nisi plures campanas habeant
ex antiqua consuetudine: tunc enim militat ratio,
quæ mouit Papam Io. XXII. ad permittendum, vt
Religiosi possent retinere plures campanas, si eas
habuissent sine contradictione ante tempus con-
stitutionis. Item per hanc consuetudinem fit re-
ditus ad ius commune antiquū, vt supra proximè
dictum est, quod est fauorabile, vt cap. Cum dile-
ctus, § Cæterum, & ibi glos. notab. in verb. Iuri
communi, & Abb. num. 21. supra de consuetud.
28 Limita tertiò: nisi monasteria huiusmodi, vel
conuentus habeāt parochias, quia tunc plures ha-
bere campanas, & possunt, & debent: vnde in Cō-
cilio Mediolanensi IV. in loco supracitato, nu. 25.
in §. De campanis sic legitur. [Parochialis Eccle-
sia si campanas tres, grandiorem scilicet, mediam,
& minimam habere non potest saltem duas, vbi
fieri potest, habeat, easque distincto soni concen-
tu inter se rectè consentientes pro varia diuinorū
officiorum quæ fiunt, ratione, & significatione.]

De Priuilegijs, &c.

Cap. Tuarum.

SVMMARIVM.

1 *Hospitalarij, qui mittunt pro eleemosynis Cru-
ce falso signatos, priuantur prædicationis of-
ficio, & missi si sunt laici, excommunicantur, si
Clerici ab officio, & beneficio suspenduntur.*
2 *Quæstores, qui ad eleemosynas colligendas ab Ho-
spitalarijs mittuntur, quas qualitates habere
debeant*
3 *Regulares Mendicantes non sunt permittendi quæ-
rere eleemosynas per alios, quàm sui Ordinis
fratres.*
*Quæstorum nomen, & vsum prorsus abolere iussit
Concilium Tridentinum, ibidem.*
4 *Celebrans in ecclesia polluta non est ipso iure su-
spensus, sed suspendendus. Secus in ecclesia in-
terdicta.*
5 *Exemptus personaliter tantùm, vbilibet delinquat,
contrahat, aut res sita sit, forum Ordinarij non
sortitur.*
6 *Exemptus respectu certi loci si delinquat in loco ex-
empto à Diœcesano puniri non potest.*
7 *Nisi effectus delicti extendatur, seu explicetur ex-
tra locum exemptum.*
*Proijciens lapides extra locum exemptum, vel aliàs
turbando Ordinarium cum campanis existenti-
bus in loco exempto, ab eodem Ordinario coerceri
potest, ibidem.*
8 *Immunitate ecclesiæ an gaudeat existens extra
ecclesiam, qui sagitta interficit existentes in ec-
clesia.*
9 *Exempti respectu loci sortiuntur forum Ordinarij
ra-*

ratione delicti commissi, contractus initi, aut rei sita extra locum exemptum.

10 Regulares an ratione delicti commissi, seu contractus celebrati, aut rei existentis in loco non exempto subijciantur Ordinariorum iurisdictioni, & an ligentur excommunicatione Episcopi edicto proposita, & n. seq vsque in fin.

11 Exemptiones quantumcumque generales locum non habent, cum exempti delinquunt, seu contrahunt, aut res litigiosa consistit in loco non exempto, & n.14.

12 Exemptiones contra generale Concilium nõ valent nisi Concilio fuerit specialiter derogatum.

13 Regularium exemptio non comprehenditur in cap. Volentes, de priuil lib 6.

14 Exemptorum à iurisdictione Ordinarij duæ sunt species.

15 Priuilegij prætextu flagitiorum non crescit auctoritas.

16 Exemptiones speciales etiam ratione delicti commissi, contractus celebrati, aut rei situ in loco non exempto non fuerunt sublata, aut restricta per cap. Volentes, de priuil lib.6.

17 Declarans, nouum ius non inducit, & n.23.

18 Regulares quorumcumque Ordinum tam Mendicantium, quàm non Mendicantium suffulti sunt specialibus priuilegijs exemptionis à iurisdictione Ordinariorũ vbiuis delinquant, seu contrahant, aut res litigiosa consistat, & num seqq.

19 Fratrum Prædicatorum, Minorum, S. Augustini, Carmelitarum, Seruorum, Minimorum, & Clericorum Regularium de Somascha exemptio à iurisdictione Ordinariorum etiam ratione delicti, contractus, ac rei refleruntur.

20 Monachorum Cassinensium, Carthusianorum, Oliuetanorum, Camaldulensium, Canonicorum Regularium Lateranensium, Militum S Ioannis Hierosolymitani, & Fratrum S.Spiritus in Saxia exemptio ab Ordinarijs etiam in tribus casibus exceptis. itidem refertur.

21 Monachorum Cistercienſium exemptio an habeat locum in casibus delicti commissi, contractus initi, aut rei sita in loco non exempto.

22 Verbum, concedimus, seu, indulgemus relatum ad id, quod erat concessum de iure communi, nihil nouum concedit, sed iam concessum ostendit, & num 18

23 Societatis Iesu exemptio à iurisdictione Ordinariorum an sit restricta ad tres casus exceptos, & num. seqq.

Societatis Iesu littera conseruatoria redacta sunt ad terminos Constitutionis Gregorij XV. de Conseruatoribus, ibidem, vers. Nisi dixerimus.

Societatis Iesu Religio comprehenditur in derogationibus generalibus per illa verba, Societatum, & cuiuſuis alterius instituti, ibidem.

24 Priuilegiorum communicatio, quam habent Ordines Regulares, comprehendit etiam exemptionem à iurisdictione Ordinarij in tribus casibus exceptis.

25 Fratres B. Ioannis Dei an sint exempti ab Ordinariorum iurisdictione.

Regularium correctio de iure communi pertinet ad Prælatos regulares, non autem ad Episcopum, nisi Prælatis negligentibus. ibidem vers. Clausula enim.

26 Clausula, dummodo Sacris Canonibus, & Tridentini Concilii decretis non aduersentur, quæ ponitur in litteris confirmationis, & communicationis priuilegiorum, intelligitur de Canonibus insertis in corpore iuris.

Papæ auctoritatem cur Concilium Tridentinum præseruauerit in his tantùm, quæ de morum reformatione, atque ecclesiastica disciplina statuta sunt. ibidem vers. Etenim cum Canones Concilij.

27 Derogationem ad cap. Volentes, de priuil. lib.6. perperam Regulares in eorum priuilegijs inserendam curarunt.

28 Fratrum Carmelitarum indultum, quod occasione cap. Volentes, nullum præiudicium generetur eorum exemptioni, quomodo sit intelligendum.

29 Regulares non comprehenduntur in decreto cap.14. sess.7. Concilij Trident. innouante Constitutionem cap. Volentes, & n 34.

30 Lex innouans non egreditur terminos legis innouatæ.

31 Papa cum tribuit ius procedendi contra exemptos auctoritate delegata, non violat exemptiones, & num.33.

32 Regularium exemptio ratione delicti extra locum exemptum commissi, deducitur ex pluribus Tridentini Concilij decretis, & num seq. vsque ad num.45.

33 Regulares, circumscriptis exemptionibus, de iure communi originaliter subsunt Episcopis quoad legem iurisdictionis.

34 Regulares extra claustra degentes, si delinquant, puniri possunt ab Ordinario loci tamquam Sedis Apostolicæ Delegato in actu visitationis tantùm.

35 Lex innouata inest legi innouanti cum omnibus suis qualitatibus.

36 Regulares extra monasterium degentes in causis mercedum, & miserabilium personarum indistinctè conueniri possunt coram Ordinario; in alijs verò causis ita demum, si certum iudicem in partibus non habuerint.

37 Conseruatoria in causis criminalibus, & mixtis nemini suffragantur, quin possit coram Episcopo accusari, & contra eum procedi. Et quid in causis ciuilibus.

38 Regulares intra claustra degẽtes conueniendi sunt coram suis Superioribus, vel Conseruatoribus, non autem coram Ordinarijs, aut alibi, & n.34.

39 Regularium priuilegia à Tridentina Synodo præseruantur.

40 Exemptorum tres sunt species, & quibus casibus à Tridentino Concilio sint subiecti Ordinariorum iurisdictioni.

41 Cappellani Regij, Milites, eorumque familiares an & quando locorum Ordinarijs subijciantur.

42 Regulares degentes intra claustra, & extra ea delinquentes, vt puniri possint ab Episcopo, quæ debeant concurrere.

43 Inclusio vnius casus in materia iurisdictionis omnes alios diuersos excludit.

44 Regulares in prima instantia conueniri non possunt coram Ordinarijs locorum in vim cap.20. sess.24. Concilij Trident.

45 Regulares etiam pro delictis extra locum exemptum commissis ab Ordinarijs locorum, excommunicari, suspendi, aut interdici non possunt.

46 Episcoporum censuræ in Regulares exemptos promulgatæ irritæ sunt, & non ligant ex defectu iurisdictionis.

47 Regulares non tenentur suam exemptionem ostendere

nota-

notoriam coram Ordinarijs locorum allegare.
48 *Derogatio non fit nisi ad contraria,*
49 *Innouatio ius nouum non tribuit, sed antiquum conseruat.*
50 *Bulla Pij IV. priuilegia, & exemptiones Regularium non sustulit, nisi quatenus contrariantur decretis Concilij Tridentini.*

1 TVARVM. In tota prouincia priuantur exhortationis, idest prædicationis officio Hospiralatij, qui mittunt pro eleemosynis Cruce falsò signatos; & missi si sunt laici, excommunicantur; si sunt Clerici ab officio, & beneficio suspenduntur. Eadem suspensione puniuntur qui ante reconciliationem in polluta Ecclesia celebrant, & ab Episcopis suspensi per exemptos absolui nequeunt. Et Confratres priuilegiatorum, qui se ad ipsos plenè non transferunt, priuilegiati non sunt. Hoc dicit. Diuiditur in duas partes principales. In prima ponitur querela, & consultatio, In secunda responsio ibi, *Verum quia*. Et vtraque pars secundum Host. & Io. Andr. subdiuiditur in quatuor; in prima ponuntur quatuor Hospitalariorum excessus, quibus postea in secunda per ordinem respondetur.
2 Nota primò qualitates, quas habere debent quæstores, qui mittuntur ad eleemosynas colligendas; debent enim esse litterati, & verè eorum fratres; non autem laici, & falsa Cruce signati, vt
3 per Anton. de Butr. n. 2. & Anchar. nu. 1. Vnde Sacra Congregatio Concilij aliàs declarauit Fratres Mendicantes non posse quidem ab Episcopis prohiberi, quominus per seipsos in diœcesibus, vbi habent conuentus, eleemosynam quærant; sed tamen si extra loca, vbi monasteria existunt, quæritare voluerint, teneri suorum Superiorum licentiam Ordinario ostendere; ac si extra diœcesim, teneri etiam illius consensum obtinere. Cæterum nullatenus esse permittẽdum vt eleemosynas quærant per alios, quàm sui Ordinis fratres. Quæstorum nomen, & vsum in quibuscumque Christianæ Religionis locis prorsus aboleri iussit Concilium Tridentinum in cap. 9. sess. 22. vide Clemẽt. Abusionibus, de pœnit. & remiss. & quod de huiusmodi quæstoribus, præcipuè S. Antonij Viennen. dicam in c. Cum ex eo, inf. eod. tit.
4 Secundò nota ibi, *ab officio, beneficioque suspendas*; celebrantem in Ecclesia polluta non esse ipso iure suspensum, nec irregularem, sed esse suspendendum, cap. Is qui, de sentet. excomm. in 6. Butr. hic n. 4. in 3. notab. Abb nu. 5. vers. Et pro hoc singulariter, & Dec. n. 23. Aliud iuris est si quis celebret in Ecclesia interdicta; quia est suspensus ab officio, & beneficio, & omni iurisdictione, vt in cap. fin. secundum vnam lecturam, supra de excess. Prælat.

Tertiò nota exemptum sortiri forum diœcesani ratione delicti, quod patet hic: nam missi ab Hospiralarijs per Episcopum suspenduntur ab officio, & beneficio, nullo eis priuilegio suffragante, & ipsis Hospiralarijs prædicationis officium interdicitur. In hoc tamen articulo sunt opiniones, quas recitat glos. in ver. Priuilegij beneficio, & Anton. de Butr. n. 19. vt latius dicam infra.
5 Sed communiter sic distinguitur: Aut exemptio est merè personalis, vt quia eximitur persona simpliciter, & absolutè, non autem respectu certi loci, & tunc vbilibet exemptus delinquat, non punitur à suo diœcesano, quia aliàs priuilegium exemptionis esset prorsus inutile, & elusorium: ad hoc l. 3. C. Vbi Senator vel Clariss. & c. 1. infra eod. lib. 6. in vers. Numquid ergo, & eit cap. In his infra eod. Et hæc est ratio cur Referendarij vtriusque Signaturæ non sortiantur forum Ordinarij ratione delicti, contractus, aut rei: quia scilicet eorum exemptio merè personalis est, vt scripsi latè
6 in c. Ex parte, il secondo, infra eod. Aut exemptio non est merè personalis, sed localis, vel mixta, vt quia eximitur persona respectu monasterij, vel Canonicus respectu Ecclesiæ: & tunc serua distinctionem glo. hic, quia si exemptus delinquat tantùm in loco exempto, itaut effectus delicti se non extendat extra ipsum locum; puniri non potest à diœcesano: hic est casus in d. cap. 1. in eodem vers. Numquid ergo, de priuil. lib. 6. Nisi ratione generalis interdicti, ad cuius obseruantiam tenentur etiam exempti, contraria consuetudine non obstante, cap. Cum inter, de consuet. Clem. Ex frequentibus, de sent. excomm. non quidem ex iuribus sententiæ, sed Canonica Authen. ne censura illudatur, vt post Io. Andr. notat Abb. in d. cap. Cum inter, n. 3. seu ne frangatur neruus ecclesiasticæ disciplinæ, vt per Butr. hic nu. 19. vers. Tu prædicta
7 conclude. Aut delictum extenditur, seu explicatur extra locum exemptũ, & tunc punitur à diœcesano, vt hic, & in cap. Patentibus, supra eodem: nam hic Templarij mittebant suos Quæstores extra locum exemptum; ideo puniuntur à diœcesano. Vnde si exempti proijcerent lapides, vel aliter turbarent Ordinarium cum campanis existentibus in loco exempto, ab eodem Ordinario coerceri possent, iuxta text. in d. cap. Patentibus, & ex facto respondit Gemin. cons. 72. nu. 6. vers. Nec obstat, vsque in fin. Quod facit ad quæstionem, an
8 extra Ecclesiam, & sagitta interficiens aliquem in Ecclesia existentem gaudeat immunitate ecclesiastica in terminis Bullæ Gregorij XIV. ex prædictis enim constat non gaudere: nam ibi videtur commissum delictum, vbi effectus sequitur, vt dicunt Abb. hic n. 8. & Dec. nu. 46. ad hoc optimus textus in l. 4. §. Hoc autem edicto, ff. de vi bonorũ raptor. & quod not. Bartol. in l. Libellorum, nu. 7. ff. de accusat. vbi stante statuto imponente pœnam percutienti, vel homicidium committenti, quærit quis locus inspiciatur, si aliquis existens in platea cum balista percusserit aliquem extra plateam; & resoluit esse inspiciendum locum vbi quis percutitur, vel occiditur, si statutum puniat percutientem, vel occidentem, secus si sagittantem: eiusq; opinionem tuetur Felin. in cap. fin. n. 14. supra, de foro competen. & vide plenè per Aretin. ibid. nu. 7. & Ioan. Andr. in cap. In obscuris, de regul. iur. in
9 Mercurial. Si verò delictum sit omnino commissum extra locum exemptum, tunc indubitanter exempti à diœcesano puniri possunt; hoc enim casu habet locum textus in d. cap. 1. infra eodem, lib. 6. vbi ratione delicti commissi extra locum exemptum, vel ratione contractus alibi initi, aut ratione rei alibi sitæ exempti conueniuntur corã Ordinario loci: ita in effectu ex mente Doctorum distinguunt hic Ant. de Butr. n. 19. in eod. vers. Tu prædicta conclude, & Abb. n. 8.

Hoc vltimum fallit si priuilegium exemptionis sit speciale etiam ratione delicti commissi, contractus initi, aut rei sitæ extra locum exemptum, sicuti est exemptio Regularium; quia tunc vbili-

bet exemptus delinquat, contrahat, aut res sita sit, coram diœcesano conueniri non potest, vt latissimè dicam in quæst. seq

10 QVAERO, Posita Constitutione Innocētij IV. in Concilio Lugdunensi edita, quæ incipit Volentes, atque à Tridentino Concilio innouata in cap. 14. sess. 7.

An Regulares ratione delicti commissi, seu contractus initi, aut rei existentis extra locum exemptum subijciantur Ordinariorum iurisdictioni, & an ligentur excommunicatione Episcopi edicto proposita.

11 Exemptio hæc à nonnullis Episcopis fuit aliquando Regularibus controuersa, vt nuper contigit in Regno Poloniæ, & erroris causam præbuit, quod aut priuilegia exemptionum fuerunt Regularibus concessa ante Constitutionem Innocentij IV. de quo in cap. 1. de priuil. lib. 6. aut post: si ante priuilegia restricta fuerunt per eandem Constitutionem, vt non habeant locum in tribus casibus ibi exceptis, idest cum exempti delinquunt, seu contrahunt, aut res litigiosa consistit in loco non exempto; quod procedit quantumcumque exemptiones sint amplæ, & generales, vt innuunt verba illa textus, *quantumcumque gaudeant libertate*, & obseruat ibi Gemin. in §. fin. propè fin. & cons. 72. col. 1. vers. Contrarium.

12 Si verò priuilegia concessa fuerint post eandem Constitutionem, cùm illa edita fuerit in generali Concilio Lugdunensi, non valent priuilegia exemptionum, nisi in eis generali Concilio fuerit specialiter, & expressè derogatum, cap. Ex parte, de Capell. Monach. cap. Eam te, de ætat. & qualit. Archid. in cap. 1. in ver. Noscatur, quem ibi sequuntur Io. Andr. Gemin. & alij communiter, de Constit. lib. 6. Oldrad. cons. 326 Quod articuli, & cons. 328. Ad idem. in princ. Felin. in cap Nonnulli, nu. 2. de rescript. Couarr. lib. 4. variar. resolut. cap. 16. n. 16. vers. Sed & ea dis diffinitionibus.

Præterea etiamsi priuilegia essent valida, eo quod in eis fuisset expressè derogatum Constitutioni Conciliari Innocentij IV. (quæ tamen derogatio in multis priuilegijs non habetur) nihilominus postea sublata fuissent tam per Concilium Tridentinum, quod in c. 14. sess. 7 in causis exemptorum præcipit seruari prædictam Constitutionē Innocentii IV. quàm per motum proprium Pij IV. incipien. In Principis Apostolorum, editum 13. Kalend. Martii 1565. in quo amplissimè derogatur priuilegiis, exemptionibus, & indultis omnibus in fauorem quorumcumque Ordinum etiam Mendicantium, locorum, ac personarum Regularium in his, quæ decretis Tridentini Concilii aduersantur. Post Concilium verò iam priuilegia huiusmodi, eorumque confirmationes non consueuerunt concedi, nisi cum clausula, *dummodo Concilii Tridentini decretis non sint contraria*. Atque ita exemptiones quantumuis generales, & quandocumque fuerint concessę non videntur Regularibus suffragari, nisi cum delinquunt, seu contrahunt, aut res, de qua contra ipsos agitur, sita est in loco exempto.

13 Sed his non obstantibus dicendum est nec Decretalem Innocentii IV. nec Tridentini Concilii decretum ad regularium exemptionem pertinere. Quod vt euidentius appareat, obseruandum est exemptorum olim duas species extitisse. Qui-
14 dam enim Indefinitè, seu etiam generaliter erant exempti, putà quia in priuilegio Papa, qui solus dat exemptiones, dicebat, *tales eximimus à iurisdictione, & potestate, seu etiam omnimoda potestate Ordinariorum*: & quoad hanc speciem exemptionis res erat admodum controuersa, an includeret casus delicti commissi, seu contractus initi, aut rei existentis extra locum exemptum. Exempti enim contendebant suum priuilegium tamquam generale, indefinitum, & absque restrictione, aut distinctione, generaliter esse intelligendū, cap. Si Romanorum, 19. dist. cap. Vt ostendere, de consecr. dist. 4. cap. Dilectissimis, 12. qu. 1. & cap. Quoniā, in fin vbi glos. in ver. Generali, de coniug. lepros. itaut haberet locum vbicumque committeretur delictum, cap. Frater noster, 16. q. 6. & cap. Sicut nobis, de supplen. neglig. Prælat. & vbicumq; iniretur contractus, aut res ipsa consisteret, ad exemplum Proconsulis maioris, qui indistinctè non intromittit se de causis fiscalibus, l. Nec quicquam, §. 1. ff. de off. Proconsul.

E contra verò Episcopi opponebant, imo ex causa priuilegium esse restringendum, vt non haberet locum ratione delicti extra locum exemptum, cap. Postulasti, & cap. fin. de for. compet. nam
15 ratione delicti perditur priuilegium, cap. Priuilegium, 11. q. 3. cùm reatus omnem honorem excindat, l. 1. C. Vbi Sen. vel Claus. Et qua in prouincia quis deliquerit, illic iuri subiaceat, omni priuilegio cessante, Authen. Qua in prouinc. C. vbi de crimin. agi oport. Nec enim prætextu priuilegij flagitiorum crescit authoritas, l. 2. C. de priuil. scholar. lib. 12. Item opponebant Episcopi, quod priuilegium non haberet locum ratione contractus celebrati similiter in loco non exempto, cap. Romana, §. Contrahentes. & §. seq. de for. comper. lib. 6. Item nec ratione rei litigiosæ aliàs non exemptæ, cap. Cum & plantare, supra eod. prout hæc notantur hic in glos. in verb. Priuilegij beneficio, & in cap. Placuit, 6, qu. 3.

Ad hanc verò controuersiā dirimendam emanauit d. cap. Volentes, de priuil. lib. 6. quo declaratum fuit, exemptionem vtcumque generalem in tribus casibus prædictis non suffragari, vt expressè ibi notant Archid. Io. Monach. & Io. Andr. in
16 princip. & Anchar. hic n. 8. Quidam verò exempti erant non simpliciter, & indefinite, seu generaliter, sed cum specifica expressione delicti commissi, seu contractus initi, aut rei litigiosæ existentis etiam in loco non exempto. Et quoad hanc secundam exemptorum speciem, Decretalis Innocentij IV. nihil noui statuit, quia edita fuit solum ad declarationem controuersiæ, quæ prius erat super interpretatione exemptionis primæ speciei indefinitæ, seu generalis, vt patet ex illis verbis, *declaratione irrefragabili diffinimus*, qui indicant Pontificem noluisse nouum ius inducere, sed tantùm quod prius latebat manifestare: hæc enim est
17 natura declarationis, vt est casus in l. Haredes palam, §. Quod verò, & §. Si notam, vbi id notant Bart. Paul. de Castr. & DD. ff. de testam. Anchatan. cons. 65. n. 3. Fulgos. cons. 147. in fin. vers. Ad secundum, Bellam decis. 756. col. 2. vers. Ideo talis dicitur propria declaratio: at circa exemptos huius secundæ speciei nulla suberat controuersia: non enim de his dubitari poterat quin essent exempti ratione delicti, contractus, ac rei, quia hi tres casus erant nominatim expressi in eorum priuilegio, cuius tenor cum esset clarus, omninò erat obseruandus,

nandus, cap. Cum & plantare, & cap. Porrò, fupra eod. & inf. cap. Petiftis, cum concord. Vbi enim verba funt clara, non eft interpretationi locus, l. Ille, aut ille, §. Cum in verbis, ff. de legat. 3. l. Continuus, §. 1. ff. de verb. obligat. glof. in cap. Cum dilectus, in ver. A fufpenfis, de confuetud. Seraph. decif. 762. num 1. Ergo d. cap. Volentes: hanc fpeciem exemptionis non comprehendit. Lex enim, feu Conftitutio declarans non egreditur terminos priuilegij declarati, Bart. in l. Nihil, ff. de coniug. cum emancip. liber. Alioquin fi fuftuliffet exemptiones etiam in tribus cafibus prædictis, vel quæ non declaraffet priuilegia exemptionum, fed illa potius abrogaffet, aut reftrinxiffet, ac nouum ius induxiffet. Hoc autem repugnat Conftitutioni iuris veteris declaratoriæ, vt in terminis d. cap. Volentes, tradit ibi Philipp. Prob. in addit. ad Ioan. Monach. & ante eum Gemin. d. conf. 72. col. 2. verf. Contrarium.

Et confirmatur, quia Innocentius IV. initio illius Decretalis proteftatur fe velle vt libertas, quã nonnullis Apoftolica Sedes priuilegio exemptionis indulfit, fic integra obferuetur, vt & illam alij non infringant, & ipfi eius limites non excedant, quibus verbis, vnde mens Pontificis, & caufa finalis elicitur, fatis conftat tantùm abeffe, vt voluerit Apoftolica priuilegia infringere, vt potiùs expreffè declarauerit fe intendere, vt illa omnino falua, atque illibata permanerent, ponderãdo illud verbum, *integram*, quod excludit non modo priuilegii abrogationem, fed etiam quamcumque reftrictionem, l. Si quando, C. de bon. vac. lib. 10. Bald. conf. 88. Ex infelicitate, num. 1. lib. 1. Alioquin fi d. cap. Volentes, daret formam etiam priuilegijs, fub hac fecunda fpecie Pontifex non feruaret promiffa, quia expreffè priuilegia eis imminueret, feu deferraret, vt dicitur in cap. Dilecti, fupra eodem, auferẽdo ab ijfdem priuilegijs cafus delicti commiffi, contractus initi, ac rei fitæ extra loca exempta expreffè in litteris comprehenfos, quod in fpecie perpendit Gemin. conf. 72. verf. Infertur fecunda conclufio.

18 Ex his autem refultat propofitæ dubitationis folutio; quia Regulares funt exempti fecundæ fpeciei; & fic non comprehenfi in prædicta Decretali, Volentes, de priuil. lib. 6. Sedes enim Apoftolica quorumcumque Ordinum Religiofos totaliter exemit ab Ordinariorum iurifdictione etiam ratione delicti commiffi, contractus initi, ac
19 rei exiftentis extra locum exemptum. Et ex Ordinibus Mendicantium fratres Prædicatores Ordinis S. Dominici habent fuper hoc ampliffimum priuilegium à Sixto IV. vt in Conftitutione, Mare Magnum appellata, quæ incipit, Regiminis Vniuerfalis Ecclefiæ, edita anno 1474. cuius hæc funt verba: [Et ne prætextu Conftitutionis Innocentij Papæ IV. Prædeceſſoris noftri, quæ incipit, Volentes; locorum Diœcefani, & alij Ordinarij, aut alij quicumque in perfonas, & loca fratrum prædictorum fibi iurifdictionem, & fuperioritatem vendicare præfumant, diftrictius inhibemus, ne quifquam abfq; dictæ Sedis fpeciali cõmiffione, & auctoritate in perfonas, domos, & loca dicti Ordinis fratrum Prædicatorum, vtpotè prorfus exempta, & aliquam præeminentiam, fuperioritatem, & iurifdictionem quomodolibet exercere præfumant; etiam ratione contractus, vel delicti, feu rei, de qua ageretur, vbicumq; iniatur contractus, committatur delictum, & res ipfa confiftat. Vt in Bullar. tom. 1. pag. 340. Idem priuilegium exemptionis cum fuprafcripta claufula de verbo ad verbum habent fratres Minores Ordinis S. Frãcifci ab eodem Sixto IV. qui antea fuerat eiufdem Ordinis Generalis Minifter, vt in Conftitutione fimiliter Mare Magnum nuncupata, quæ incipit, Regimini, edita eodem anno 1474 prid. Kalen. Septembris in Bullar. tom. 1. pag. 337. Et eandem claufulam habẽt in eorum Mari Magno fratres Eremitæ Ordinis S. Auguftini, cuius fit mentio in Conftitutione Iulij II. Et fi ad bene merendum, 17. Iunij 1508. in Bullar. tom. 1. pag. 433. Fratres itidem B. Mariæ de Monte Carmelo habent priuilegium cum expreffione dictorum trium cafuum à Clemen. VI. vt in litteris directis ad Priorem Generalẽ, & fratres dicti Ordinis datis Auenioni Pont. anno 6. 14. Kalend. Auguft. incipien. Sacer Ordo vefter, & ab eodem Sixto IV. in Bulla confirmationis priuilegiorũ eiufdem Ordinis data Romæ anno Pontif. 4. quæ incipit, Dum attenta, in qua ad litteram inferta eft antedicta claufula, quæ legitur in litteris Prædicatorum, & Minorum. Similiter fratres B. Mariæ Seruorum ab Vrbano VI. in Bulla edita 7 Idus Aprilis Pontif. anno 2. à Martino V. & ab Innocentio VIII. in eorum Mari Magno confirmata eximuntur à quacumque Ordinariorum iurifdictione, ita vt ijdem Ordinarij nõ poffint in ipfos ratione cuiuslibet delicti, feu contractus, aut rei, vbicumque committatur delictũ, iniatur contractus, aut res ipfa confiftat, poteftatem, aut dominium, aut iurifdictionem aliquam quomodolibet exercere. Et cum eadem claufula exempti funt à Sixto IV. fratres Minimi S. Francifci de Paula, vt in Bulla, Sedes Apoftolica 6. Kalen. Iunii 1474. in Bullar. tom 1. pag. 335. Et eodem modo Clerici Regulares Congregationis de Somafcha eximũtur à Gregor. XIII. in Conftit. edita 3. Id. Martii Pontificat. anno 13. & confirmata cum infertione à Sixto V. in litteris, incipien. Aequum, Kal. Maii 1585. in Bullar. tom. 2. pag. 489. Ex Ordinibus verò non Mendicantium Monachi Caffinenfes fimile habent priuilegium exemptionis cum eadem expreffione trium cafuum delicti, contractus, ac rei ab Eugenio IV. in Conftitutione, quæ incipit, Etfi quolibet, edita Bononiæ pridie Kalen. Iulii 1436. Pont. anno 6. Carthufiani à Bonifacio IX. vt in Conftit. quæ incipit, Sacrofancta, 17. Kalend. Aprilis, Pontif. anno 2. in Bullar.
20 tom. 1. pag. 232. Oliuetani ampliffimum habent exemptionis indultum cum prædicta cafuum expreffione à Iul. II. quæ incipit, Etfi ad Vniuerfos, Prid non. Iunii 1507. in Bullar. tom. 1. pag. 421. Et indultum omnino fimile habent Camaldulenfes à Leone X. in Conftitutione incip. Etfi à fummo, edita 4. nonas Iulii 1513. in Bullar. to. 1. pag. 460. Item Canonici Regulares Lateranẽfes à Sixto IV. in Conftitutione, Dum ad Vniuerfos, 10. Kal Septembris 1476. in Bullar tom. 1. pag. 344. Milites S. Ioannis Hierofolymitani ex Bulla Pij IV. Circumfpecta. Pridie nonas Septembris 1560. in Bullar. pag. 9. tom. 2.

21 Et dubium quidem effe poteft, quoad Monachos Ciftercienfes; quia quamuis poft d. cap. Volentes. Innocentius IV. illius Author eifdem Monachis conceſſerit, vt idem cap. Volentes, nil præiudicaret eorum exemptioni; de qua in cap. Cum Ordinem, de refcript. & ibi per DD. & per Abb.

consil. 56. Videtur primò, ad finem lib. 1. Tamen per hoc non censetur eis cõcessisse exemptionem in tribus casibus exceptis. Ratio est, quia textus d. cap. Volentes declarat quid includant verba priuilegiorum concedentia plenam exemptionem, & diffinit, vt quantumcumque sit plena exemptio: non tamen includat prædictos tres casus. Et cùm eorum priuilegia antiqua non includerẽt hos tres casus, dum Innocentius dixit per suam Constitutionem nullum præiudicium illatum fuisse illorum exemptioni bene dixit, quia illa priuilegia hos casus non includebant. Ergo Decretal. Volentes, non derogat illis, quia declarans non facit quid nouũ.

22 Nec obstat verbum, *concedimus*, per quod Innocentius videtur eis aliquod nouum concessisse; Quia quando conceditur illud idem, quod erat concessum à iure communi, non intelligitur nouũ concedi, cap. Etsi Christus, & ibi glos. fin. de iureiur. glos. in cap. 1. de rescript. Ita in hoc speciali casu Cisterciensium dicit ad litteram Gemin. in d. cap. Volentes, § fin. propè fin. vers. Vidi pridiè dubitari, vbi refert se ita consuluisse, & consilio suo subscripsisse quasi omnes Doctores Bononienses, Et habetur eius consilium in ordine, n. 72.

23 Eadem subest difficultas quoad priuilegium Religiosorum Societatis Iesu; quia etsi Paulus III. ipsam Societatem, & vniuersos illius Socios, & personas illorumque bona quæcumq; ab omni superioritate, iurisdictione, correctione quorumcumque Ordinariorum exemerit, & liberauerit, ac sub sua, ac Sedis Apostolicæ protectione susceperit, vt in Constitutione incipien. *Licèt debitum*, edita 15. Kalen. Nouemb. 1544. in Bullar. fol. 837 to. 1. Atque ita eorum exemptio videatur plena: tamen non includit tres casus delicti commissi, contractus celebrati, ac rei existentis extra locum exemptum, vt ex prædictis patet; cùm præsertim ipsi non habeant concessionem sicuti habent Cistercienses, quod cap. Volentes nullum præiudicium generauerit eorum exemptioni: nisi dicerimus eis suffragari Conseruatoriam, quam cum clausulis amplissimis Impetrarunt à Pio V. 8. Kalend. Iunij Pontificat. anno 3. vt in litteris expeditis in forma, Rationi congruit, à Gregor. XIII. in Constitutione, Aequum reputantes: itidem 8. Kalen. Iunij 1578, in Bullar, pag. 361. tom. 2. Et quamuis huiusmodi litteræ conseruatoriæ redactæ fuerint ad formam Constitutionis Gregorij XV. de Conseruatoribus, & Sacra Congregatio Concilij, in qua dicta Constitutio fuit compilata, idcirco in clausulis derogatorijs apposuerit illa verba, *Societatum, & cuiusuis alterius Instituti*, vt includeret in specie Religionem Societatis Iesu propter priuilegium, quod habet ex Bulla Gregor. XIV. Ecclesiæ Catholicæ, 4. Kalend. Iulij 1591. in Bullar, pag 696. tom. 2. vt in generalibus priuilegiorum derogationibus nõ comprehendatur, sicuti etiam habent Cistercienses, Templarij, & Hospitalarij, vt in d. cap. Cum Ordinem, & ibi glos. a. de rescript. Nihilominus saluæ manent in his, quæ antedictæ Constitutioni de Conseruatoribus non aduersantur.

24 Verumtamen quicquid sit de priuilegio in specie, Religiosi tam Ordinis Cisterciensis, & Societatis Iesu, quàm cæteri Ordines Regulares Mendicantium, & non Mendicantium amplissimas habent priuilegiorum communicationes. Neque verò exemptio ab Ordinariorum iurisdictione in tribus casibus exceptis reputari debet difficilis concessionis, cum eam passim Sedes Apostolica Regularibus concedere consueuerit, vt patet ex dictis à num. 8. Ac proinde non est locus doctrinæ Antonij de Butrio in cons. 19. quam sæpiùs S. Congregat. & Rota secuta est, quod ea, quæ summus Pontifex verisimiliter non esset concessurus, non veniant in priuilegiorum communicatione quantumcumque ampla, & generali.

25 Sola Congregatio Fratrum B. Ioannis Dei à primæua erectione subiecta fuit iurisdictioni, & correctioni Ordinarij loci, vt in Constitutione Pij V. Licèt ea debito Kal. Ianuar. 1572. In Bullar. pag. 755. tom. 2. Cumque postea eadem Congregatio in Italia diuersa indulta à Sede Apostolica obtinuisset, & in specie ab Ordinarijs locorum exempta esset, eiusq; Confratres possessionem emittere, & ad sacros Ordines promoueri possent: Clemens VIII. accepto quod propterea ijdem fratres à suo primæuo instituto paulatim recedebant, & opus Hospitalitatis intermittebatur; prædicta omnia moderatus est, eosque iterum supposuit Ordinariorum iurisdictioni, ac superioritati, vt ex litteris in forma Breuis 13. Februarii 1592. Et quamuis postea nonnulla ex indultis huiusmodi idem Clemens ipsi Congregationi restituerit; adiecit tamen clausulam, *citra exemptionem à iurisdictione Ordinariorum*, vt in Constitutione Romani, Nonis Septẽbris 1596. in Bullar. pag. 59. tom. 3. Rursus etsi Congregationem hanc primũ in Hispania, ac deinde in Italia Paulus V. in Religionem erexerit sub Regula S. Augustini, vt in primis litteris sub die 7. Iulii 1611. Et in secundis 13. Februarii 1617. nihilominus & ipse voluit eam iurisdictioni, & correctioni Ordinariorum perpetuò subesse, eiusque Confratres teneri singulis annis reddere rationem administrationis hospitalium Ordinario loci ad præscriptum Concilii Tridentini. Clausula enim, quæ immediatè subsequitur in secundis litteris, videlicet, *Salua tamen auctoritate, & iurisdictione Protectoris, & fratris Maioris*: ne Pontifex sibi contradicat, referri non potest nisi ad ea, quæ regularem disciplinam concernunt. In his enim etiam de iure communi Regulares subsunt Superioribus sui Ordinis, nec corrigi possunt ab Episcopo, nisi eorum Prælatis negligentibus, cap Quanto. & ibi Abb. de off. Ordin. cap. Relatum, Ne Cler. vel Monach. glos. 1. in cap. Illud autem, 20 quęst. 1. de communi, Nauarr. cons. 9. & Concilium num. 4. de priuil. Nec videtur eidem Congregationi suffragari communicatio priuilegiorum aliorum Ordinum Mendicantium, & in specie Clericorum Ministrantium infirmis, quàm nuper obtinuerunt à S. D. N. Vrbano VIII. per litteras in forma Breuis sub die 1. Iulii 1624. Siquidem continet clausulam, *dummodo sacris Canonibus, & Tridentini Concilii decretis non aduersentur*.

26 priuilegium verò exemptionis aduersatur dictæ Decretali, Ea parte, de Regul. atque aliis iuribus infra citandis num. 33. inepta est enim interpretatio quorundam ex recentioribus Theologis, qui asserunt verba illa, *sacris Canonibus*, in communicationibus, & confirmationibus priuilegiorum inseri solita, esse intelligenda de sacris Canonibus Concilii Tridentini, non autem de insertis in corpore iuris. Etenim cũ Canones Concilii non sint nisi diffinitiones fidei; superuacanea esset restrictio illa, dummodo non aduersentur sa-

cris

cris Canonibus, quia contra Canones Conciliares in spectantibus ad dogmata nec solent, nec possint concedi indulta, aut dispensationes, glos. fin. Archid. Turrecrem. & Præpos. in cap. Sicut, 15. dist. vt enim ait Zosimus Papa in cap. Contra, 25. q. 1. [Contra statuta Patrum (idest de articulis fidei vt ibi exponit glos) concedere aliquid, vel mutare nec huius quidem potest Sedis auctoritas. Quia vt Vrbanus inquit in Canone præcedenti, vbi apertè Dominus, vel eius Apostoli, & eos sequentes Sancti Patres sententialiter aliquid definierunt, ibi Pontifex vsque ad animam, & sanguinem confirmare debet. Alioquin eorum sententiam dare, sed magis errare conuinceretur] Hæc ibi. Et propterea Tridentina Synodus in cap. 21. sess. 25. de reform. dum declarat vt in omnibus, & singulis ipsius decretis salua semper auctoritas Sedis Apostolicę & sit, & esse intelligatur, restringit se ad illa, quæ de morum reformatione, atque ecclesiastica disciplina statuta sunt; quia nimirum de his, quæ Patres circa fidei dogmata definierunt, Papa statuere non potest, nisi interpretando, seu declarando, cap. Licèt ex quadam, de testi. cap. Lector, 34. dist. cap. Placuit, & cap. Subdiaconus, 77. dist. Præpos in d. cap. Sicut, sub n. 1. vers Glo. finalis, & ibi etiam Turrecrem. n. 2. & seq. & idem Turrecrem. in cap. Domino Sancto, n. 4 50. dist. & docet S. Thom. quodlib. 4 art. 13. Nec dicatur, verba *Sacris Canonibus*, referenda esse ad Canones pertinentes ad mores, & ecclesiasticam disciplinam; quia sic abundaret verbum illud, *decretis*, quod similiter referri non potest nisi ad Canones nô dogmaticos: & tamen in lege nec syllaba debet esse superflua, & sine mysterio aliquid operandi, glos. in cap. Solitæ, in ver. Tamquam, & ibi Host n. 6. de maior. & obed. Nec propterea sequitur vt cômunicatio priuilegiorum sit inanis; quia operabitur effectum suum in his, quæ non sunt contra, sed præter, aut secundum iuris communis dispositionem: nam vt inquit Bald. in cap. Cum dilectus, nu. 3. de consuet. [Dicitur priuilegium quicquid Papa facit etiam ad confirmationem iuris communis: quoddam igitur est priuilegium iuri communi contrarium, quoddam iuri communi consonans] Hæc Bald. & est communis opinio Canonistarum, qui ex eo textu in illis verbis, *tam de iure, quàm ex priuilegio*, colligunt ius commune, & priuilegium posse simul concorrere circa idem, vt ibi per Host. n. 1. in ver. Priuilegio, Io. Andr. n. 3. & reliquos omnes.

Nouissimè tamen & fratres prædicti dicuntur obtinuisse responsum, vt puto, subreptitiè à S. Congregatione Regularium sub die 1. Octobris 1637 quo declaratum fuit eos habendos esse pro veris Religiosis; proindeque locorum Ordinarios volentes procedere contra aliquem illorum intra claustra degentem, & extra ca ita notoriè delinquentem, vt populo scandalo sit, teneri obseruare formam Constitutionis Clementis VIII. hac de re editæ 7 Kal. Martij 1595. Hæc autem declaratio supponit exemptionem in alijs casibus ab Ordinarijs locorum, vt patebit infra n. 35.

Sed & Congregatio B. Mariæ de Coloreto Ordinis S. Augustini quamuis superioribus annis ex sententia S. Congregationis Regularium iustis de causis à Sanctissimo D. N. subiecta fuerit iurisdictioni Ordinariorum; nuper tamen à Sanctitate sua fuit iterum supposita iurisdictioni, ac superioritati Prioris generalis eiusdem Ordinis. Non me
27 latet clausulam derogatoriam ad prædictā Constitutionem Innocentij IV. in eod. cap. Volentes, de priuil. in 6 quam nonnulli Religiosi in suis priuilegijs inserendam curarunt, vt legitur in specie in priuilegio Carmelitarum Clementis VI. de quo supra sub nu. 19 præbuisse occasionem dubitandi DD. qui propterea hanc materiam videntur inuoluere; nam si priuilegia exemptionum secundæ speciei non sunt sublata per d. cap. Volentes, quid opus fuit illius dispositioni specialiter derogare? Sed tamen cum abundans cautela non noceat, & impetrata ad augumētum, ac fauorem exemptionum, non debeant illarum diminutionem operari, & in odium retorqueri super dicta clausula per ignorantiam apposita, non potest fieri efficax fundamentum.

28 Ad priuilegium verò, quod Sixtus IV. concessit Fratribus B. Mariæ de Monte Carmelo in Constitutione, Cum attentata, de qua supra sub eodem nu. 9. per quam indulget eisdem vt occasione dicti cap. Volentes, nullum eorum exemptioni præiudicium generetur; respondetur ex Gemin. eodem modo quo responsum est supra nu. 21. ad simile indultum Ordinis Cisterciensis, videlicet verbum illud, *indulgemus*, cum concedat illud idem, quod reperitur à iure concessum, nouum ius non conferre, sed idem importare ac si Pontifex dixisset, indultum esse ostendimus, vt dicit glos fin. in dicto cap. Etsi Christus, de iureiur. vnde hoc potius appellari potest indultum declaratorium, quàm noua concessio.

29 Quamobrem cum Ordines vniuersi tam Mendicantium, quàm non Mendicantium sint specialiter priuilegiati etiam ratione delicti perpetrati, contractus initi, ac rei sitæ in loco non exempto; & sic tamquam exempti secundæ speciei non includantur in prædicta Decretali, Volentes, de priuil. lib. 6. hinc necessariò sequitur vt ne includātur in decreto Concilij Tridentini cap. 14. sess. 7. quod tantùm innouat, ac seruari iubet in causis
30 exemptorum prædictam Decretalem: nam innouans non egreditur terminos legis innouatæ, nec ius nouum inducit, cap. Cum dilecta, & ibi glos. 1. de confirm. vtil. vel inutil. cap. Ex parte, il terzo, & ibi glos. fin. infra eod, cap. 1. in princip de præben. lib. 6. glos. in cap. Quia diuersitatem, in ver. Forma communi, eod. tit.

31 Neque obstant verba posita in fine dicti cap. 14 ibi [Priuilegijs, exemptionibus, Conseruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus aduersus præmissa nequaquam valituris] Siquidem hæc verba referuntur ad casus ibi proximè prænarratos, nec tollunt priuilegia, sed solùm declarant illa non prodesse in causis prædictis, scilicet mercedum, & miserabilium personarum; nam cum in ijsdem causis Concilium iubeat Ordinarios procedere contra Regulares exemptos Apostolica auctoritate, frustra Regulares opponerent de priuilegijs exemptionis, quia Papa numquam aliquē ita eximit, quin possit per se, vel suos Delegatos procedere. Vnde dicunt DD. cùm Pontifex constituit aliquem Delegatum contra exemptos, non esse opus vt derogetur priuilegio exemptionis, quia sufficit vt de eo non possint cōtra Delegatum opponere, Abb. in cap. Graue, n. 1. de offic. Ordinar.

32 Corroborantur prædicta efficaciter ex pluribus Tridentini Concilij decretis, ex quibus deprehenditur.

dicur Regulares non posse coram locorum Ordinarijs conueniri etiam pro delictis extra locum exemptum patratis. Et primò ad hoc ponderandum est cap. 3. sess. 6. vbi Regulares exempti degentes extra claustra, si delinquant, subijciuntur visitationi, punitioni, & correctioni Ordinarij loci tamquam Sedis Apostolicæ Delegati. Quod decretum dupliciter inducitur ad comprobandam conclusionem superius firmatam. Dum enim primò subijcit Regulares exemptos Ordinario loci tamquam Sedis Apostolicæ Delegato, ostendit illos adhuc remanere exemptos à iurisdictione ordinaria ratione delicti extra claustra; & sic extra locum exemptũ patrati; quia auctoritas delegata non violat exemptionem, Abb. in d. c. Graue, n. 1. & 5. de offic. Ordin. alioquin si Regulares degentes, ac delinquentes extra claustra non fuissent ante Concilium exempti à iurisdictione ordinaria Episcopi, non fuisset opus vt Concilium tribuisset illi facultatem eos puniendi delegata auctoritate, quia potuisset illos punire auctoritate sua ordinaria, vt deciditur in d. cap. Volentes, infra eod. lib. 6. circumscriptis enim exemptionibus, & priuilegijs Apostolicis, Regulares de iure communi originaliter subsunt Episcoporum iurisdictioni, c. Qui verò, & cap. Peruenit, 16. qu. 1. cum cõcordant. de quibus per Oldrad. conf. 174. In causa quæ vertitur, in princip. vers. Quia si omnia monasteria, Lap. alleg. 42. n. 3. vers. Et tunc locus, Nauarr. conf. 8. An gratia, nu. 4. de rescript. Seraph. decis. 1353. nu. 3. DD. in cap. Cum Episcopus, de offic. Ordin. lib. 6. non quidem quoad legem diœcesanam, sed quoad legem iurisdictionis, glos. a. in cap. Ex parte, de regul.

34 Deinde inducitur hoc decretum, quia dum statuit vt Clerici tam sæculares, quàm regulares extra claustra d. gentes, non obstantibus priuilegijs, visitari, puniri, & corrigi possint ab Ordinario loci; ex sententia S. Congregationis non habet locũ nisi in visitatione; tum quia hoc important illa verba, *visitare, &c.* tum & multò clarius quia in cap. 4. sess. 14. quæ statuta fuerant in d. cap. 3. de Clericis tam sæcularibus, quàm regularibus delinquentibus extra claustra, extenduntur quoad Clericos sæculares tantùm etiam extra visitationem respectu Episcoporum residentium; quod clarè ostendit Concilium in d. cap. 3. non statuisse nisi in actu visitationis; aliás enim ineptè extendisset illam dispositionem etiam extra visitationẽ quoad Clericos sæculares tantùm: quo stante arguitur sic. Si Constitutio Innocentij IV. in d. cap. Volentes restrinxisset exemptionem Regularium ad tres casus ibi exceptos, sequeretur vt Regulares degentes, & delinquentes extra claustra, & sic extra locum exemptum, sicut conueniri poterant coram Ordinario loci, & puniri pœna ordinaria in vim prædictæ Decretalis; ita etiam conueniri,

35 & puniri possent in vim Concilij Tridentini illam innouantis; quia lex innouata inest legi innouanti eum omnibus suis qualitatibus, cap. 1. §. fin. de schismat. lib. 6. Bartol. & DD. in l. Asse toto, ff. de hæred. instituen. Aretin. conf. 36. Videtur, num. 28. Seraphin. decis. 616. n. 3. Sed consequens est falsũ, quia ex Concilio in d. cap. 3. Regulares extra claustra degentes, & delinquentes puniri non possunt à diœcesano pœna ordinaria, sed tantùm corrigi in actu visitationis, vt probatum est supra. Ergo & antecedens. Et confirmatur quia si Constitutio d. cap. Volentes sustulisset exemptionem Regularium delinquentium in loco non exempto, Cõcilium Tridentinum eamdem Constitutionem innouando in cap. 14. sess. 7. dupliciter correxisset. Patet, quia quod prius statuerat in c. 3. sess. 6. vt Regulares delinquẽtes extra claustra subessent Episcopo in visitatione tantùm, & auctoritate delegata, correxisset in d. cap. 14. sess. 7. innouando Constitutionem Innocentij IV. qua exempti in casibus exceptis subijciuntur iurisdictioni ordinariæ etiam extra visitationem: & cursus in cap. 4. sess. 14. correxisset dispositionem d. cap. 14. statuẽdo vt Clerici sæculares tantùm, non autem Regulares puniri possint extra visitationem ab Episcopis residentibus. At valdè absurdum est, vt in tribus ferè successiuis sessionibus Cõcilium, quod nunquam alibi fecit, bis se correxit; & consequẽter fatendum est S. Synodum dum innouauit d. c. Volentes, probè intellexisse Regulares in illius dispositione non fuisse comprehensos.

36 Secundò ad hoc ponderandũ est idem met c. 14. sess. 7. vbi Concilium posteaquam innouauit Constitutionem Innocentij IV. in d. cap. Volentes, subiungit: Addendo insuper quod in ciuilibus causis mercedum, & miserabilium personarum Regulares extra monasterium degentes quomodolibet exempti, etiamsi certum iudicem à Sede Apostolica deputatum in partibus habeant, in alijs verò si ipsum iudicem non habuerint, conueniri, & ad debitum soluendum cogi possint coram locorum Ordinarijs tamquam Sedis Apostolicæ delegatis. Quod decretum itidem inducitur sic: Si Regulares fuissent comprehensi in Constitutione d. cap. Volentes, itaut ratione contractus initi extra monasterium indifferenter coram Ordinarijs conueniri possent; ineptè Concilium addendo prædictæ Constitutioni statuisset, vt degentes extra monasterium in causis superius expressis, & sic pro contractibus initis extra locum exemptum conueniri possent coram iisdem Ordinarijs vt delegatis Sedis Apostolicæ: nam si Episcopi ante Concilium potuissent pro contractibus celebratis in loco nõ exempto in omnibus causis cõtra Regulares procedere auctoritate sua ordinaria; Concilium statuendo vt id facere possent tantùm auctoritate delegata; & in causis quidem mercedum, & miserabilium personarum indistinctè; sed in alijs nõ nisi in defectum iudicis in partibus: vtique nihil addidisset prædictæ Constitutioni, vt declarauit se facere velle per illa verba, *addendo insuper*, sed potius illam restrinxisset, ac limitasset; & inducta in augumentum iurisdictionis ordinariæ operarentur illius diminutionẽm contra regulam l. Legata inutiliter, ff. de adimen. leg. & l. Quod fauore, C. de leg. quod apertissimè ostendit exemptionem Regularium ex mente Concilij non fuisse restrictam per d. cap. Volentes ad tres casus ibi exceptos.

37 Tertiò ad hoc ponderandum est decretum c. 5. sess. 14. vbi decernitur vt literæ conseruatoriæ neminis suffragentur, quin in causis criminalibus, & mixtis possit coram Episcopo accusari, & conueniri, & contra eum procedi. Deinde præscribitur

38 certa forma in causis ciuilibus obseruanda. Tertiò præseruantur priuilegia Regularium his verbis [Regularia loca, eorumque personæ in præsenti Canone minimè comprehensæ, sed exemptę omnino sint, & esse intelligantur] Ex quo con-

textu

textu colligitur apertè Regulares nec ratione delicti in causis criminalibus,nec ratione cōtractus, aut rei sitæ in causis ciuilibus posse corā Episcopo accusari, aut conueniri, sed eorum exemptiones saluas permanere. Et propterea aliàs conquerenti Episcopo Mantuano quòd Regulares pro contractibus, vel debitis non finerent se in prima instantia coram locorum Ordinarijs conueniri: S.Congregatio censuit, si hi Regulares extra claustra monasterii degant, seruandum esse quod dicitur sess.7.cap.14. Si intra monasteria maneant conueniendos esse coram Superioribus,vel Conseruatoribus eorum, non autem coram Ordinarijs, aut
39 alibi. Salua igitur maneat Regularium priuilegia, quorum præseruatio etiam generaliter habetur in cap. 20. sess. 25. de Regular. in fin. his verbis. [In cæteris omnibus præfatorum Ordinum priuilegia, & facultates, quæ ipsorum personas, loca, & iura concernunt, firma sint, & illæsa]
40 Quartò,ad idem ponderandum est c.11.sess.24. de ref. vbi agitur de tribus exemptorum speciebus. Prima est Clericorum sæcularium, qui mediantibus titulis honorariis exemptionis priuilegio donantur: & hos Concilium plenè subiicit Epi-
41 scopo tanquam Sedis Apostolicæ Delegato. Secunda species est eorum, qui appellantur Capellani Regii:& quoad hos in effectu distinguitur, vt si delinquant in Capella, siue in loco exempto, sua gaudeant exemptione, itaut ab Ordinario suspendi, excommunicari, vel interdici non possint: Si verò extra locum exemptum, in prædictis casibus subsint Episcopo similiter,vt Delegato Sedis Apostolicæ: ita enim distinguitur in cap.Cum Capella, cuius dispositionem Concilium seruari iubet, de priuil. Rota decis.744.num.2.par.1.diuers. Tertia species est eorum, qui monasteriis, seu militiis actu inseruiunt, & intra eorum septa, ac domus resident, subque eorum obedientia viuunt,necnon illorum,qui secundum regulam dictarum militiarum professionem fecerunt: & his generaliter, & indistinctè Concilium præseruat exemptionis priuilegia, & solùm arctat milites ad docendum de eorum professione coram Episcopo. Ex qua exemptorum distinctione satis liquet exemptos tertiæ speciei frui debere sua exemptione etiam ratione delicti extra locum exemptum commissi: nam si quoad eos Concilium voluisset seruari distinctionem inter locum exemptum, & non exemptum, id expressisset, sicut fecit implicitè quoad Capellanos Regios,cap.Inter corporalia,de translat. Episcopi, cap. Maiores,de Baptis. l.vnic. §. Sin autem ad deficientis, C.de caduc. tollen.
42 Quintò, ad idem expendendum est cap. 14. de regul.,vbi Regulares degentes intra claustra,& extra illa delinquēres ita demum puniri possunt ab Episcopo Diœcesano, si tria copulatiuè concurrant. Primum vt delictum sit notorium, & cum populi scandalo. Secundum,vt sit patratum extra claustra, & sic in loco non exempto. Tertium,vt Superior Regularis ab Episcopo admonitus intra præfixum tempus delinquentem non puniuerit, & de punitione Episcopum certiorem non fecerit. Et idem ferè statuitur in Constitut. Clemen. VIII. quæ incipit, Suscepti, edita 7.Kalen. Martii 1596. in Bullar. tom.3. pag.54. Ergo apparet euidenter S. Synodum habuisse Regulares pro exemptis etiā ratione delicti commissi in loco non exempto, cū tribuat nouam authoritatem Episcopis puniendi Regulares delinquentes extra claustra; & sic extra locum exemptum in hoc tantùm speciali casu notorietatis delicti, & negligentiæ Superioris Re-
43 gularis. Inclusio enim huius casus specialis in materia commissionis iurisdictionis omnes alios casus diuersos excludit, vt est tex. in c. Cum in iis, §. Cum autem, de præben. lib.6. & in l. Cum Prætor, ff. de iudic. tradit Angel. cons. 375. Prætensis per tot. Calder.cons.124. aliàs 20. de iudic.
44 Sextò, & vltimo omissis alijs,cum superioribus annis Procurator Ordinis Carmelitarum conquestus fuisset in S. Congregatione Concilij, quod in Hispaniarum Regnis liquidam Ordinarij locorū contenderent Religiosos intra claustra degentes coram ipsis Ordinarijs conueniri debere in causis ciuilibus cap. Volentes, de priuil. lib. 6. comprehensis propter illius innouationem à Conc. Trid. factam sess. 7. cap. 14. eosque in prima instantia coram ipsis Ordinarijs conueniri debere ex decreto eiusdem Concilij Tridentini sess.24. cap.20. de reform. S.Congregatio censuit Neque Constitutione in generali Concilio Lugdunensi editam, quæ incipit, Volentes: neq; decreto Concilij Tridentini c.14.sess.7.comprehendi Regulares; ideoque eos iuxta eorum priuilegia coram suis Superioribus, vel Conseruatoribus esse conueniendos. Nec non decretum eiusdem Concilij Tridentini cap. 20. sess. 24. ad Regulares non pertinere, nec eorum Conseruatorias imminuere,nec quoad primam illarum instantiam aliquid noui inducere. Et hanc declarationem postea obseruari mandauit Paulus V. per litteras in forma Breuis cum decreto irritante sub die 24.Augusti 1607. in Bullar. pag.223. tom.3.
45 Quoad secundam partem quæstionis initio propositæ longè minor est difficultas: quia in priuilegijs, quorum superiùs meminimus à nu. 18. expresse inhibetur locorum Ordinarijs, ne absque speciali commissione Sedis Apostolicæ in personas Regularium aliquam excommunicationis,suspensionis, & interdicti sententiam specialiter, vel generaliter quomodolibet promulgare præsumant. Quodquidem priuilegium tantùm abest, vt sublatum fuerit per d. cap.Volentes,vt potiùs in eo fuerit expresè præseruatum in §. Eos autem, vt probant verba illa[ijdem Ordinarij iurisdictione suam quantum ad ista, (scilicet interdictum, suspensionem, vel excommunicationem) vbicumq;
46 illi fuerint penitus exercere non possunt] Vnde vt notant ibi Gemin. & Franc. Si Episcopi contra eos proferant sententias, nullæ erunt ex defectu iurisdictionis,& non ligabunt,quod & Nauar. sen-
47 sit cons.2.num.2. de senten. excomm. Quod clarè etiam constat ex tenore eorūdem priuilegiorum, ibi, [Decernimus quoque ex nunc quaslibet excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias, & quolcumque processus, & omnia quæ contra fratres quomodolibet promulgari,seu fieri contigerit, nullius roboris, vel momenti esse, & pro infectis prorsus haberi debere, etiam eorum exemptione, vtpote notoria non allegata.] Quæ vltima verba fuerunt apposita,quia alias nisi citati venirent exemptionem allegaturi, teneret sententia contra eos lata, vt per glos. fin. Tancred. & Innocen. in cap. Cum ordinem, de rescript. Secus cùm exceptio notoria est, vt l. 1. ff. de fer. secundum Innoc. in cap. Ex parte, il primo, n.3. vers. Exempti

pti autem, de ver. signif Paul. de Castro cons.431. Videtur dicendum, num. 2. vers. Interdum nullo modo, lib. 1. Ergo cum hoc priuilegium fuerit preseruatum in Decretali, Volentes, consequens est, vt fuerit etiam præseruatum à Concilio Tridētino eandem Decretalem innouante in cap. 14. sess. 7. quia lex innouans ius commune perinde operatur, ac si Ius commune esset in ea insertum, Angel. Aretin. cons. 26. Videtur, n. 18.

48 Et ex his patet etiam responsio ad obiecta su-
pra in principio: nam cùm exemptio Religiosorũ
ratione delicti, contractus ac rei litigiosæ non ad-
uersetur generali Concilio Lugdunensi, non fuit
opus illi derogare, quia derogatio non fit nisi ad
contraria, cap. 1. de Constit. lib. 6. cap. Ex parte,
supra de Capell. Monachor. Clem. Dudum, §. Nos
etenim, ibi, *in quantum sunt præmissis, vel alicui
præmissorum contraria*, de sepultur. cum multis si-
49 milibus. Et innouatio Concilij Tridentini non
tribuit Ordinarijs locorum aliquod nouum ius, sed
tantùm præseruauit quod prius habebant in ge-
neraliter exemptos, cap. Quia intentionis, intra
eod. vbi Honorius III. [Cum innouat, inquit, nec
ius nouum conferat, nec etiam tollat vetus; in
eo statu esse volumus, in quo tempore impetratæ
innouationis dignoscetis extitisse.] cap. Ex parte,
il primo, eod. tit. ibi, [Ita tamen vt per innoua-
tionem ipsius eidem Ecclesiæ non plus iuris accre-
scat, quàm per priuilegia prædecessorum nostro-
rum obtinuit, cum per hoc non nouum ei conce-
dere, sed antiquum ius conseruare velimus.] gl. 1.
& DD. in cap. Cum dilecta, de confirm. vtil. vel
50 inutil. Et consequenter nec Constitutio Pij IV. In
Principis Apostolorum, huic casus applicatur, quia
non sustulit priuilegia, & exemptiones Regulariũ,
nisi quatenus contrariantur decretis Concilij Tri-
dentini.

De Priuilegijs.

Cap. Cum olim, il secondo.

SVMMARIVM.

1 *ECclesia vtens duplici priuilegio, licèt ex vno succumbat, ex alio poterit obtinere.*

2 *Exemptus non tenetur promittere obedientiam Diœcesano, non tamen potest sine ipsius licentia in loco non exempto ecclesiam construere.*

3 *Monacho si committatur causa à Sede Apostolica non expresso nomine monachatus, delegatio tanquam subreptitia non valet, & n. 9.*

4 *Monachi à strepitu causarum remoti esse debent.*

5 *Monachus non potest esse procurator etiã pro vtilitate monasterij sine licentia Abbatis.*

6 *Papa si ex certa scientia cõmittat causam Monacho, censetur super inhabilitate dispensare.*

7 *Causæ à Sede Apostolica quibus sint committendæ ex Concilio Lugdunensi.*

8 *Et quid ex Constitutione Bonifacij VIII. & ex Concilio Tridentino, & n. 18.*

10 *Prior Conuentualis potest esse Delegatus Apostolicus.*

11 *Monachus ecclesiæ Cathedralis monachalis an causa à Sede Apostolica sint committendæ.*

13 *Iudices Synodales an sint deputandi ab Episcopo de consensu Synodi, vel de eius consilio tantùm, & n. seqq. vsq. in finem.*

14 *Testes synodales in Synodo ab Episcopo constitui debent.*

15 *A, dictio denotat causam efficientem.*

16 *In, dictio, designat intrinsecitatem in loco, seu in actu.*

17 *Episcopus potest in Synodo Constitutiones facere de consilio Capituli tantùm.*

1 CVM OLIM, il secondo. Ecclesia vtens
duplici priuilegio, licèt ex vno succum-
2 bat, ex alio poterit obtinere. Exemptus
non tenetur promittere obedientiam
Diœcesano, non tamen potest sine ipsius licentia
in loco non exempto ecclesiam construere. Hoc
dicit secundum Io. Andr. & omnes.
3 In textu ibi, *Abbatibus, & F. Monacho Alcoba-
cia, quibus causa priùs fuerat delegata*. Nota cau-
sam posse à Sede Apostolica delegari simplici Mo-
nacho, vt hic, & in cap. Conquestus, iuncta supra-
scriptione, supra de foro compet. Sed hoc intelligit
verum glos. hic in verb. *Et F. Monacho*: dummo-
do fiat delegatio expresso nomine Monachatus,
quo tacito litteræ non valerent, quia per subre-
ptionem essent obtentæ: Monachi enim à strepitu
4 causarum remoti esse debent, cap. vnic. supr. de
Syndic. & actor. nec est eis danda vagandi mate-
ria, cap. Quantò, supra de off. Ordin. vnde opor-
tet, vt in litteris fiat mentio de monachatu, arg.
cap. Cum Ordinem, supra de rescript. & cap. Por-
5 recta, de confirmat. vtilit. vel inutil. Similiter nec
procurator esse potest etiam pro vtilitate monaste-
rij sine licentia Abbatis, cap. Monachi, & cap. De
præsentium, 16. q. 1. & cum glos. concordant Vin-
cent. & Innocent. hic num. 1. dicens: Nota Mo-
nacho delegari causam, & hoc verum intelligo si
expressè contineatur ibi, *Monachus*, aliàs præsu-
mo pro veri taciturnitate obtentas, cum non sit
eis præstanda materia vagandi, Hostiens. num. 3.
Io. Andr. num. 16. vers. In glos. Nota quod, Butr.
num. 7. 27. & 48. & reliqui omnes: quando enim
6 Papa committit causam Monacho ex certa scien-
tia, videtur super inhabilitate dispensare, l. Quidã
consulebat, ff. de re iudic. Butr. d. num. 27. & 48.
7 Hodie tamen, vt glos. subdit, non cõmittitur causa
à Papa, vel ab eius Legatis nisi personis in dignita-
te ecclesiastica constitutis, vel Canonicis in Cathe-
dralibus Ecclesijs, vel alijs Collegijs venerabili-
bus, vt in Decretali Innocentij IV. in Concil. Lug-
dunensi edita, incipien. Præsenti decreto, quæ ha-
betur inter acta Concilij Lugdunensis in tit. de
rescript. c. 2. tom. 3. Concil. part. 2. pag. 723. col. 2.
in hæc verba: [Præsenti decreto duximus statuẽ-
dum, ne à Sede Apostolica, vel Delegatis ipsius
causæ aliquibus committantur, nisi personis, quæ
vel dignitate sint præditæ, vel in Ecclesijs Cathe-
8 dralibus, seu alijs Collegiatis honorabilibus con-
stitutæ.] Hæc ibi. Sed hodie seruanda est Con-
stitutio Bonifacii VIII. in cap. Statutum, de re-
script. lib. 6. qua statutum est, vt nulli nisi dignita-
te præditis, aut personatum obtinentibus, seu
Ecclesiarum Cathedralium Canonicis causę à Se-
de Apostolica, vel Legatis eiusdem committan-
9 tur. Quare cùm Monachus non habeat qualita-
tes requisitas in d. cap. Statutum, explorati iuris
est eum non esse capacẽ delegationis Apostolicæ;

nisi tamen esset Prior Conuentualis, etiam obe-
dientiarius, quia dicitur habere dignitatem, vt
Clem. Et si principalis, de rescript. & hic notat
Abb.n.13. & scripsi pleniùs in cap. Sanè il secon-
11 do, supra de offic.Delegat. vel nisi esset monachus
Ecclesiæ Cathedralis monachalis, vt est Siracusa-
na, de qua in cap. Quorundam, 74. dist. Cantua-
rien, Montis regalis,& plures aliæ,quia tunc tam-
quam qualificatos ad præscriptum d.cap. Statutũ,
benè posset esse delegatus Sedis Apostolicę,vt fir-
mat Abbas vbi supra, dicens se ita aliàs consuluis-
se per dictam Clem.Etsi principalis, & per id,quod
habetur in cap.Sunt nonnulli, & cap.Doctores,16
q.1.talis enim censetur Canonicus Ecclesiæ Ca-
thedralis, vt cap.1.iuncta glos. in verb. Ecclesia,
63.dist.licèt aliud senserit Archid.in d. cap. Statu-
tum,n.1.in fin.vers. Sed quid si Ecclesia Cathedra-
lis esset monachalis. Prædictæ Decretalis statu-
12 tum nouissimè innouatur à Concilio Tridentino
cap.10.sess 25. de reform. vbi præmisso exordio,
quod ob malitiosam petentium suggestionem, &
locorum distantiam personarum notitia haberi
non potest, indeque interdum causæ committun-
tur iudicibus non vsquequaque idoneis: statuit
Sancta Synodus in singulis Concilijs prouinciali-
libus, aut diœcesanis aliquot personas designari,
quæ qualitates habeant iuxta Constitutionem
Bonifacij VIII in d.cap.Statutum, vt præter Or-
dinarios locorum ijs etiam causæ ecclesiasticæ in
partibus committantur.

13 Sed QVAERITVR, An personæ, quibus à Sede
Apostolica causæ committendæ sunt in Synodo
diœcesana deputari ab Episcopo debeant de con-
sensu Synodi, vel de eius consilio tantùm.

Videtur prima facie necessarius consensus,quia
Concilium mandat vt designentur in Synodo, &
sic hunc actum Synodo tribuit, non autem Epi-
scopo, arg.l.Item eorum,§.Si Decuriones,ff.Quod
cuiusque vniuers. nomin. Præterea Concilium si
aliquem ex designatis mori contingat, dat facul-
tatem Episcopo alium substituendi cum Capituli
consilio: vnde probabile est, vt in Synodo requi-
rat etiam consensum. At in contrarium,idest non
requiri consensum, hæc magis videntur vrgere:
& primò, Concilium vbi id voluit, expressit, vt in
cap.18. sess.24 dum iubet examinatores synoda-
les in Synodo ab Episcopo proponi, & ab ea pro-
bari: ergo id ipsum fecisset in d.cap 10. sess. 25. si
voluisset, cap.Ad audientiam,vers. Nam si intelli-
geremus, & ibi glos.de decimis, cap. Inter corpo-
ralia,§.Sed neque ibi, Vnde si circa translationẽ,
de translat.Episcop.l.vnic.§.Sin autem ad deficiẽ-
tis,C.de caduc.toll.Oldrad cons.266.Quod autem
n.10.Mandos in regul. 32, de impetr. benefic. vac.
per obit.famil.Cardin.q 7.n.16. Secundò iure Ca-
nonum testes synodales in Synodo constitui de-
14 bent; & tamen id pertinet ad solum Episcopum,
vt in cap.Episcopus in Synodo,35. qu.6. Vnde ces-
15 sat prima obiectio, quod hic actus à Concilio vi-
deatur attribui Synodo, non autem Episcopo: ne-
que enim Concilium statuit vt iudices designen-
tur à Synodo, sed in Synodo, & dictio *A*.denotat
causam efficientem, vt l.Filius à patre,ff.de liber.&
posthum.& notat Bald in l.Ex arrali, nu.1. vers. Et
adde quod dictio *A*. C.de actio.empt. Dictio au-
16 tem, *In*, designat inexistentiam, seu intrinsecita-
tem in loco, l.1.§.In publico flumine, ff. de flumi-
nib. & per illum textum Bart.in l.Gallus,§.Ille
casus,n.3.vers.Secundo casu,ff. de lib. & posthum.
Alex.cons.22.Consideratis verbis,n.8.lib.4. seu in-
trinsecitatem in actu, l. 1. §. Ex incendio, ff. de in-
cend.ruin.& naufrag.& notat Imol in Clem. Cau-
sam, nu.34. de elect. Tertiò Episcopus in Synodo
17 constitutiones facere potest de consilio Capituli
tantùm, vt S.Congregatio decidit, & est commu-
nis opinio, vt per Henric.Bottæum,de Synodo,p.3
n.137. & 141. ergo multò magis designabit sine
consensu iudices,cap.Ex parte,il terzo,de decimis.
Quartò,Cum Concilium in substitutione iudicis sy-
nodalis in locum defuncti requirat consilium Ca-
pituli, non est credendum in Synodo voluisse con-
sensum Synodi,quia in dicto casu substitutionis sal-
tem requisiuisset consensum Capituli, quod in lo-
cum Synodi à Concilio est subrogatum, arg. cap.
Ecclesia,il primo,vt lit.pend.cum similib. atque
ita retorquetur secunda consideratio pro contra-
ria parte superius proposita.

De Priuilegijs.

Cap. Cum olim, il primo.

S V M M A R I V M.

1 *INstrumenti perditi tenor probari potest per testes, qui illud perlegerunt, & deponunt quod erat sine vitio.*

2 *Iuspatronatus Ducis Traiecti super Prioratu S. Gregorij an probetur iuxta formã Concil.Trid. & num. seqq. vsque in fin*

3 *Iuspatronatus personarum, in quibus præsumitur vsurpatio vltra immemorabilem probari debet per præsentationes quinquaginta annorum effectum sortitas.*

4 *Vsurpationis præsumptio cadit in Dominis perpetuam iurisdictionem habentibus.*

5 *Testes super immemorabili quomodo deponere debeant.*

6 *Præsentationes effectum sortita probari debent authenticis scripturis.*

7 *Iuramento partis quando sit standum super scripturis deperditis.*

8 *Iuramento damnum passi de rebus abstractis, vel absumptis statur tamen contra eum, qui damnũ dedit, non contra tertium.*

9 *Instrumentum fuisse amissum non sufficit probare nisi etiam probetur illius tenor vnà cum solemnitatibus necessarijs.*

Testes deponentes super instrumentis deperditis debent esse periti. ibid.

1 CVM OLIM Il primo. Contenta in instrumento perdito probari possunt per testes, qui illud perlegerunt, si deponunt de tenore, & quod erat sine vitio. Hoc dicit, & non est alibi casus ita clarus, Mar. Socin.

2 Ex hoc infero ad quæstionem, quæ nuper emersit in facto, videlicet, Positis testium depositionibus super immemorabili, & instrumentis deperditis, an constet de iure patronatus Ducis Traiecti super Prioratu S.Gregorij ad præscriptum Concilij Trid.cap.9.sess.25.

3 Solutio. Non videtur constare sufficienter: nam Tridentinum Concilium in his personis, in quibus

Ius patronatus plerumque ex vsurpatione quęsitū
præsumi solet, vltra probationem temporis imme-
morabilis, requirit etiam multiplicatas præsen-
4 tationes annorum quinquaginta, quæ effectum
sortitæ fuerint. Familia autem Dominorum Pe-
demontis, vtpote habens perpetuam iurisdictio-
nem talis est, vt in ea sit locus dictæ præsumptio-
ni vsurpationis iuxta decisionem S. Congregatio-
5 nis. Et hoc casu inprimis non videtur probata
præsumptio temporis immemorabilis; testes enim
super ea examinati non deponunt, se nunquam
vidisse, aut audiuisse à quopiam, à quo visum, vel
auditum fuerit obseruari contrarium, id quod ne-
cessarium erat ad huiusmodi tempus immemo-
rabile probandum, iuxta glos. vlt in cap. 1. de præ-
script. lib. 6. glos. 1 in l. Si arbiter, ff. de probat. Ol-
drad. cons. 172. Quia omnes fore obiectus, num. 2.
Balb. de præscript. in 2. parte 3. partis principalis
in 6. quæst. n. 24. latissimè Gabriel lib. 5. cum con-
clus. tit de præscript. concl. 1. num. 24. vbi testatur
hanc esse receptam DD. opinionem, quam etiam
sæpius secuta est Rota, & præsertim in causa So-
rana iurispatronatus, 28. Aprilis 1602. corā Pam-
philio, & apud Seraph. decis. 136. n. 1.

6 Sed quatenus immemorabilis temporis præ-
scriptio plenè probaretur, non tamen diceretur
constare de iure patronatus, cum non probentur
scripturas authenticas multiplicatæ præsentatio-
nes. Quæ probatio vltra tempus immemorabile
pro forma requiritur; & ideo non adimpleret pro-
bando per testes, de quibus Sacrum Concilium nō
confidit; vt ex mente S Congregationis decidit
Rota in Sabinen. beneficij anno 1582. coram Cle-
mente VIII. & in nullius Archipresbyteratus 2.
Maij 1588. coram Card. Pamphilio, & aliâs sæpè
vt apud Mantic. decis. 69. sub n. 5. vers. Et hęc quidē
probatio, & Gregorium XV. decis. 211.

7 Neque obstat, quod in processu probetur de-
populatum esse Castrum Pedemontis, & Prætoriū,
in quo scripturę huiusmodi custodiri solebant, ab
Hispanis, cùm Castrum Pedemontis depopularetur
tur concrematum fuisse, & ideo standum videatur
iuramento partis de ipsis scripturis, earumque te-
nore, Afflict. decis. 12. nu. 13 nam omissa nunc di-
sputatione an tenor instrumentorum deperditorū
in materia iuris patronatus Potentium probari
possit per testes, de quibus Concilium non confi-
dit: respondetur delationem iuramenti non habe-
re locum in hoc casu, in quo Dux Traiecti aut pe-
nitus ignorat, aut plenam notitiam per sensum
visus non habet instrumentorum, quæ in domo
combusta asseruabantur, vt ex tex. in l. Marcellus,
ff. rer. amot tradit Papien. in for. respons. Rei, n. 13.
vers. Secundò subiungit, Maran. in practic. iud. in
8 3. actu, quæ in iud. emerg col. 5. vers. Quintò requi-
ritur, n. 3. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 2. cas.
130. n. 5. presertim cum iuramento damnum passi
de rebus subtractis, vel absumptis stetur tantùm
contra eum, qui damnum dedit, non autem cōn-
tra tertium, qui non intulit violentiam, ad tex.
in l. Si possessione, C. de probat. Ias. in l. Si quando,
C. Vnde vi, Flor. in repet. eiusdem legis, n. 38.

9 Accedit etiam, quod non sufficit probare amis-
sionem instrumenti, nisi probetur etiam id, quod
in instrumento continebatur, vt hic est casus; &
quidem per testes peritos, vt Aduocatos, & Pro-
curatores, Bart. in l. Sicut, C. de dif. instr. & debent
etiam deponere de solemnitatibus necessarijs ad
instrumentum, de quibus per Abb. in cap. 1. de fid.
instrumenti, vt respondit Alex. cons. 136. vol. 2. cum
multis alijs, de quibus per DD. in d. l. Sicut, Rip. in
l. 1. n. 82. & 83. ff. Si cert pet. Dec. in c. 2. num. 81. de
probat & cons. 82. Afflict decis. 174. & probatur in
textu nostro in fine ibi: Quod sine reprehensione
Bullæ, chartæ, vel literæ apparebat. Qui tenor in-
strumenti iuris patronatus ex fundatione, vel do-
tatione nec probatus fuit, nec articulatus.

De Priuilegÿs.

Cap. Cum capella:

S V M M A R I V M.

1 *Exemptus ratione certæ rei, vel loci non cense-
tur exemptus respectu alterius rei, vel loci.*
2 *Priuilegium concessum personis cum adiectione
loci est personale, ad locum tamen determina-
tum.*
3 *Exemptis Ecclesiæ Canonicis, vel Clericis Ecclesia
non censetur exempta.*
4 *Exemptus respectu certi loci si extra illum delin-
quat non gaudet priuilegio exemptionis.*
5 *Canonia potest obtineri cum beneficio curato de
iure communi, secus post Concilium Tridenti-
num.*
6 *Capella Principum, & earum Capellani subsunt
locorum Ordinarijs, non autem Capellarum
Magistris.*
7 *Episcopus fundat intentionem in tota diœcesi, & in
qualibet ipsius parte super exercitio ordinariæ
iurisdictionis.*
8 *Capella regia visitari possunt ab Episcopo ex decre-
tis Concilij Tridentini, licet habeant ex priuile-
gio, vt sint exempta a visitatione Ordinarij.*
9 *Regia priuilegia tolluntur per legem generalem,
etiamsi de illis non fiat specialis mentio.*
10 *Concilium Tridentinum in cap. 11. sess. 24 vers. Et
quoad Capellanos regios non habet locum nisi ex-
tra visitationem.*
11 *Exemptio super certo articulo concessa, ad alium
articulum non extenditur.*
12 *Exemptus vt suspendi, interdici, vel excommuni-
cari non possit, in reliquis puniri potest ab Ordi-
nario.*
13 *Vna & eadem res diuersis respectibus potest diuer-
so iure censeri.*
14 *Exemptus ratione Canonicatus respectu Parochia-
lis subest iurisdictioni Episcopi.*
15 *Exemptus subest Episcopo ratione rei non exem-
ptæ.*
16 *Exempta Ecclesia nec Parochus quoad curam ani-
marum, nec Parochiani intelliguntur exempti.*
17 *Regulares, & sæculares exempti curam animarum
exercentes in concernentibus curam subsunt iu-
risdictioni Episcopi.*
18 *Exempti tam sæculares, quàm regulares sacramē-
tum aliquod de facto administrantes, & in alijs
casibus hic expressis an sint subijciendi iurisdi-
ctioni, & priuationi Episcopi diœcesani, & num.
seq. vsque in finem.*
19 *Constitutionis Gregorij XV. de exemptorum pri-
uilegijs origo, & compilatio, & num. seq. vsque
in finem.*
20 *Regulares curam animarum non exercentes, sed
aliquod*

aliquod sacramentum administrantes ex Concilio Tridentino non subsunt Episcopo.

21 *Regulares prædicantes absque licentia, vel benedictione Episcopi, aut Episcopo contradicente in vim Concilij non ab Episcopo, sed à suis Superioribus regularibus sunt puniendi.*

22 *Idem si audiant confessiones personarum sæculariũ sine Episcopi examine, & approbatione.*

23 *Iurisdictio multoties conceditur ad cognoscendum, non autem ad exequendum, vel personaliter distringendum.*

24 *Laicus effectus Clericus, vel Monachus post commissum delictum subest iudici sæculari praeuenienti quoad bona, sed non quoad personam.*

25 *Iurisdictio contentiosa in exemptos non censetur tributa nisi in casibus in iure expressis.*

26 *Regulares administrantes laicis Sacramenta extremæ vnctionis, Eucharistiæ, vel Matrimonij absq; Parochi licentia an sint excommunicati.*

27 *Executio est pars iurisdictionis.*

28 *Regulares audientes confessiones Monialium ipsis subiectarum, aut bona monasteriorum earundem Monialium administrantes non subsunt Episcopi iurisdictioni in vim Concilii Tridentini.*

29 *Exempti delinquentes circa clausuram, vel personas intra septa degentes, vel administrationem Monialium an ab Episcopo puniri valeant.*

30 *Abbatissæ electioni an Episcopus interesse possit.*

1 CVM CAPELLA. Ratione vnius benefi-
cij dicitur ille subiectus, qui ratione al-
terius censetur exemptus. Hoc dicit se-
cundum Ioan. Andr. Butr. Cardin. & alios
communiter. Vel aliter, & melius secundum Ab-
bat. exemptus ratione certæ rei, vel loci non cen-
setur exemptus respectu alterius rei, vel loci. Sunt
duæ partes. In prima ponitur querela. In secun-
da prouisio ibi, *quocirca*.
2 Nota primò priuilegium concessum personis
cum adiectione loci, puta Canonicis talis Eccle-
siæ non esse merè personale, nec merè reale; sed
personale ad locum tamen determinatum, & re-
strictum secundum Anton. de Butr. hic n.3. & Ma-
3 rian Socin. n.4. in quarto notab. Et quidem ex eo,
quod sit personale resultat vt exemptis alicuius
Ecclesiæ Canonicis, vel Clericis, Ecclesia ipsa non
censeatur exempta, vt per Innoc. & Host. in princ.
Io Andr. n.1. vers. Per hoc tamen, & Anchar. nu.2.
in 2. notab. & est hodie expeditum in c. Per exem-
ptionem, §. Verum, infra eod lib.6. Et ex eo quod
4 sit determinatum ad certum locum resultat vt si
exemptus extra illum locum delinquat, priuilegiũ
exemptionis ei non suffragetur, vt hic patet, &
notant Butr & Abb. vterque n.2 in 1. notab.
5 Secundò nota de iure communi posse quem ha-
bere Canoniam cum beneficio curato: quod ta-
men intellige, vt notatur in cap. De multa in fine,
de præben. in cap. Gratia, de rescript. in 6 & in c.1.
de consuet. eodem lib. secundum Io. Andr. hic n.2.
Cardin. in princ. vers. Nota quem posse tenere be-
neficium curatum cum Canonia. Anchar. n.3. in
3. notab. & Abb. n.4. in vlt. notab. quod tamen non
probat hæc littera, quia factum narrat secundum
Io. Andr. d. nu.2. vel isti Canonici habebant Paro-
chiales ex dispensatione prout hunc textum intel-
ligit Host. in cap. Extirpandæ, n.15. vers. Quarto ra-
tione dispensationis, supra de præben. Sed quid-
quid sit de iure communi, hodie ex Concilio Tri-
dentino Canonicatus est incompatibilis cum
beneficio curato, cum vtrumque personalem re-
sidentiam requirat, vt in c.4. sess. 7. & cap. 17. sess.
24. iuncto cap. 12. eiusdem sessionis.
6 Tertiò nota Capellas Principum, & Capella-
nos ibi administrantes subesse locorum Ordina-
rijs, non autem magistris Capellarum: nam & ipsi
Principes in spiritualibus subsunt Episcopis dioe-
cesanis, vt in cap. Omnes Principes, & cap. Solitę,
de maior. & obed. cap. Duo sunt, 96. distinc. ergo
multo magis Clerici Capellarum, & ipsa Capella,
7 secundum Abb. hic n.3. & Marian. Socin. eod. n. in
3. notab. Episcopus enim fundat intentionem su-
per exercitio iurisdictionis ordinariæ in tota dioe-
cesi, & in qualibet eius parte, vt 10. qu.1. per to-
tam, cap. Omnes basilicæ, 16 q.7. & cap. Cum Epi-
scopus, de offic. Ordin. lib.6. Caputaq. decis. 201.
par.2. Seraphin. decis. 1104. Sed constito de priui-
legio exemptionis seruanda erit dispositio huius
Decretalis, quam Concilium Tridentinum non
sustulit excepta visitatione, quin potius præserua-
uit in cap. 11. sess. 24. ibi [Et quoad Capellanos
regios iuxta Constitutionem Innocentij III. quæ
incipit, Cum Capella]
8 Dixi, *excepta visitatione*, quia d. cap. 11. habet
locum extra visitationem tantùm: vnde capellæ
regiæ, earumque Capellani quantumcumq; gau-
deant prærogatiua exemptionis, poterunt nihilo-
minus visitari ab Episcopo loci ex decretis cap.4.
sess 6. & cap.6. sess. 25. vt Sacra Congregatio aliàs
declarauit: nam cùm quidam Sacerdos Regius
Capellanus vocatus ad iudicium coram Ordina-
rio loci postulasset se remitti ad Capellanũ maio-
rem sub prætextu exemptionis, de qua habe-
tur in Concilio cap. 11. sess. 24. Sacra Congregatio
9 censuit cap.6. sess. 25. & cap.4. sess. 6. comprehen-
dere capellas regias etiamsi in priuilegijs esset di-
ctum, vt non possent visitari ab Ordinarijs, quia
cum d. cap.6. deroget etiam fundationi, & imme-
morabili, censetur derogare istis priuilegijs. Non
obstat quod priuilegia regia non censeantur sub-
lata, nisi in specie dicatur; quia fallit in lege ge-
nerali, & quando Concilium voluit exprimere,
10 expressit. Dictum autem cap. 11. non procedere
in actu visitationis, & sic intelligendum, quando
extra visitationem Ordinarius vult procedere.
11 Quartò nota exemptionem aliquando concedi
non generaliter, sed super certo articulo prout hic
erat, quia Canonici capellæ Ducis Burgundiæ nõ
fuerunt plenè in omnibus exempti à iurisdictione
Ordinarij, sed in hoc tantùm, vt non possent su-
spendi, interdici, vel excommunicari. In alijs er-
12 go puniri poterunt, quia exemptio ad alium ar-
ticulum non extenditur, secundum Innoc. hic n.1.
vers. Item nota; vnde Abb. Antiq. sic ponebat casum
breuem, videlicet; Secundum priuilegij formam
tantùm quis priuilegiatus censetur: ergo priuile-
gij verba sunt diligenter ponderanda, cap. Porrò,
supra eod. propter varias exemptionum formas,
de quibus in cap. Si Papa, infra eod. lib.6. & cum
sint contra ius commune ad consequentiam non
sunt trahenda, sicut nec ius singulare, vt l. Quod
verò, ff. de legib. secundum Petr. de Anchar. hic n.1
& Marian. Socin. n.2.
13 Quintò nota posse contingere, vt quis certo
respectu sit ab Ordinario exemptus, & alia consi-
deratione sit eidem subiectus, & sic vna, & eadem
res, vel persona diuersis respectibus, seu qualita-

tibus potest diuerso iure censeri, cōcordat c. Cum
olim, & quod ibi not. supra de re iudic. in cap. Ex
litteris, supra de probat. & in l. Si Consul, ff. de
adopt. & in cap. Raynutius, & in cap. Raynaldus,
supra, de testamen. Quod nota ad limitationem
regulæ quæ habetur in cap. Frater noster, 16. q. 1.
cap. Cognouimus, 12. q. 2. & cap. Cum in tua, de
decim. & alterius regulæ de qua in l. Si duobus, ff.
de statu liber. vt hic pleniùs declarat glossa.

14 Vltimò nota exemptum ratione Canonicatus
si obtineat Parochialem Ecclesiam respectu eius-
dem Parochialis; & sic in his quæ curam anima-
rum, & Sacramentorum administratione concer-
nunt, Ordinarij iurisdictionem declinare non pos-
se: nam exemptus ratione rei non exemptæ sub-
15 iacet iurisdictioni Ordinarij ad hoc c. Quoniam,
infra eod. & cap. 1. §. vlt. in verb. Quad hoc, eod.
16 tit. lib. 6. secundum Innocen. hic num. 2. Ideoque
exempta Ecclesia nec illius Presbyter, qui Paro-
chianorum curam habet quoad ea quæ ad curam
eamdem pertinent, nec ipsi Parochiani intelli-
guntur exempti, vt est casus in cap. Per exemptio-
17 nem, de priuil. in 6. Quod apertiùs hodie sancitū
est decreto Concilij Tridentini in cap. 11. sess. 25.
de Regular. vbi tam Regulares, quàm sæculares
animarum curam personarum sæcularium exer-
centes monasterija, seu domibus regularibus in-
cumbentem immediatè subijciuntur iurisdictioni,
visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius diœ-
cesi sunt sita.

18 QVAERO, An exempti tam sæculares, quàm
regulares Sacramentum aliquod de facto admi-
nistrantes, & in alijs casibus infrascriptis sint sub-
ijciendi iurisdictioni, & punitioni Episcopi.

19 In diœcesi Gyennensi nonnulli exempti etiam
Ordinum Militiarum tametsi Parochi nō sint, nec
curam animarum suis ecclesijs, vel monasterijs
incumbentem exerceant, nec ad eam fuerint ab
Ordinario examinati, & approbati, tamen vti Pa-
rochi de facto, & absque vlla ipsius Ordinarij li-
20 centia sæpius matrimonia solemnizarunt. Et cum
Cardinalis Episcopus vellet in eos animaduertere
tamquam delinquētes circa Sacramentorum ad-
ministrationem ex decreto Trident. Concilij c. 11.
sess. 25. de Regular. exempti obiecerunt decretum
illud ad hūc casum non pertinere: loquitur enim
de ijs Regularibus, qui curam animarum exercēt
in monasteriis, seu domibus virorum, seu mulie-
rum, quibus imminet animarum cura persona-
rum sæcularium: hos enim subijcit Episcopo diœ-
cesano in his quæ dictam curam, & Sacramento-
rum administrationem concernunt. At hoc casu
exempti, qui matrimonijs interfuerunt, id non
egerunt ratione curæ animarum. Ac propterea
ob delictum eiusmodi non à Diœcesano, sed ab
eorum Superioribus Regularibus sunt puniendi
21 ad suorum priuilegiorum præscriptum. Quemad-
modum Regulares quamuis prohibeantur in Ec-
clesija, quæ sui Ordinis non sunt, prædicare absq;
Episcopi licentia, & in Ecclesija sui Ordinis non
petita ab Episcopo benedictione, aut Episcopo
contradicente ex eiusdem Concilij decretis c. 2.
sess. 5. & cap. 4. sess. 24. tamen S. Congregatio Con-
cilij declarauit eos si contraleccerint non posse ab
Episcopo puniri, sed a suis Superioribus dumtaxat.
Quando enim Concilium voluit attribuere Episco-
pis facultatem compellendi, aut puniendi Regula-
res exemptos, id disertis verbis expressit, vt patet
in cap. 13. sess. 25. de regul. ibi: [Exempti autem
omnes Clerici, siue sæculares, siue regulares ad
publicas processiones vocati accedere compel-
lantur.] in cap. 3. sess. 6. in cap. 4. & 14. sess. 25. de
regular. atque alibi, Quod non fecit in d. cap. 2.
& 4. vbi verba non diriguntur in Episcopum, nec
datur illi facultas coercēdi, sed simpliciter fit pro-
hibitio regularibus.

22 Et similiter quamuis decreto c. 15. sess. 23. cau-
tum sit nullum Presbyterum etiam Regularem
posse confessiones sæcularium etiam Sacerdotum
audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Paro-
chiale beneficium habeat, aut ab Episcopo appro-
betur: tamen Regulares non curatos, qui de facto
confessiones sæcularium audiunt absque Episcopi
examine, & approbatione: S. Congregatio censuit
non ab Episcopo, sed à suis Superioribus esse pu-
niendos: nec ad hunc casum pertinere decretum
d. cap. 11. quod loquitur de exercentibus curam
animarum monasteriis incumbentem. Nec cap.
Per exemptionem, infra eod. lib. 6. quia loquitur
de Presbytero, qui Parochianorum curam habet:
Sicuti neque ad hunc casum pertinet decretum d.
c. 12. sess. 24. Quod subiicit exemptos iurisdictioni
ad præscriptum huius Decretalis, cum hæc loqua-
tur de exemptis, qui Ecclesijs Parochialibus præ-
ficiuntur. Vnde eodem modo contendunt Regu-
lares non posse ab Episcopo coerceri supradictos,
23 qui de facto matrimonia solemnizarunt. In mul-
tis enim casibus iura dant potestatem cognoscen-
di, sed non exequendi, vt l. A Diuo Pio, ff. de re
iudic. glos. 1. in Clem. 1. de foro competen. & inter
non subditos non est bona consequentia, Episco-
pus habet iurisdictionem: ergo & personalem di-
strictionem, vt ait Ancharan. in cap. Ea quæ, sub
24 num. 17. de regul. iur. in 6. Ideoque laicus effe-
ctus Clericus, vel Monachus post commissum de-
lictum, licèt quoad bona subsit iurisdictioni iudi-
cis sæcularis præuenientis; non tamen potest ab
eo personaliter distringi, aut puniri secundum
opinionem Ioan. Andr. communiter receptam in
cap. vnico, supra de obligat. ad ratiocin. Et simili-
ter etsi iudex laicus quandoque de causis Clerico-
rum cognoscat, tamen coercere personas ecclesia-
sticas, vel ipsarum bona per executionem realem
non potest sine mandato Episcopi, cap. Vt famæ, de
sent. excomm. Anchar. in d. cap. Ea quæ, sub n. 17.
25 vers. Item licèt territorium. Præsertim verò, quia
actus concedendi licentiam interueniendi matri-
monija celebrandis, prædicandi in Ecclesiis sui,
vel alterius Ordinis, & confessiones audiendi sunt
voluntariæ iurisdictionis; à qua non rectè infer-
tur ad iurisdictionē coercendi, quæ est contentio-
sa, & quæ nūquam censetur tributa in exemptos,
nisi in casibus à iure expressis, vt per Ioann. Andr.
Gemin. & Franc. in cap. Episcoporum, de priuil.
in 6. Vnde in simili quamuis in Clem. 1. de senten.
excomm. Regulares vtcumque exempti iubean-
tur seruare interdicta Ordinariorum: tamen si in-
terdicta non seruauerint, nō propterea ab eis pu-
niri possunt secundum Vitalin. ibi post Paul.
num. 92.

Hæc cum à Cardinali Episcopo ad S. Congrega-
tionem delata fuerint, visa sunt egere speciali Se-
dis Apostolicæ remedio: nam etsi verba Concilij
sint clara, ideoque non admittant interpretatio-
nem, aut coniecturam voluntatis absurdum ta-
men esse, vt melioris conditionis sint qui de facto
nulla

nulla authoritate suffulti vnum, vel plura Sacramenta administrare præsumũt quàm qui illa administrant ratione curæ præuio examine, & approbatione Episcopi, cùm præsertim ex Clement.
26 Quia contingit, de priuileg. Religiosi qui Clericis, aut laicis Sacramentum Vnctionis extremæ, vel Eucharistiæ administrare, matrimoniaue solemnizare præsumpserit non habita super his Parochialis Presbyteri licentia speciali excommunicationis incurrant sententiam ipso facto per Sedem Apostolicam dumtaxat absoluendi; & locorum Ordinarii postquam de hoc sibi constiterit possint eos excommunicatos facere publicè denunciari, licèt hæc pœna excommunicationis quoad matrimonia fuerit postea sublata decreto Tridentini Concilii cap. 1. sess. 24. de reform. matrim. quod fuit contentum sola pœna suspensionis, vt aliàs S. Congregatio declarauit. Sed nihilominus ex d. cap. 1. nulla, atque irrita sunt matrimonia vt proponitur celebrata, Et valdè absurdum videtur, vt cum hęc concernant animarũ salutem, & spectent ad curã, & solicitudinem Episcopi, ipse habeat manus ligatas, & officium suum hac in parte exequi non pos-
27 sit cum exequutio sit pars iurisdictionis c. Si Delegatus, de off. Deleg. in 6. & notat Io. de Anan. in cap. Significasti, in fine, supra eod. tit. Ad hoc cap. Quia fratet, 7. q. 1. & quod per illum textum notat Innocen. in cap. Ad aures, nu. 1. supra de tempor. ordinat. vbi ait, Vani capitis esset, qui diceret Prælatum non posse præcipere sine causæ cognitione, & maximè in his, quæ pertinent ad suum officium: & sequitur ibi Io. de Anan. ante num. 4. Ob quam rationem visa fuit etiam egere speciali prouisione duo inconuenientia superiùs relata de Regularibus, qui prædicant verbum Dei sine Episcopi licentia, vel benedictione, aut Episcopo contradicente, ac de ijs, qui de facto sæcularium confessiones audiunt sine examine, & approbatione Episcopi; ideoque expedire, vt si Sanctissimo placuerit aliquid addatur ad prædicta Concilij decreta, & per generalem Constitutionem detur Episcopo facultas coercendi exemptos tam sæculares, quàm regulares qui in prædictis casibus quoquomodo deliquerint, itaut sine animarum curã personarum sæcularium monasterijs, seu domibus regularibus incumbentem exerceant, siue aliàs ecclesiastica Sacramenta, aut vnum ex illis ministrent præuia Episcopi licentia, & approbatione; siue quoquo modo in dictæ cura exercitio, aut in eorumdem Sacramentorum, vel alicuius ex illis administratione de facto se ingerãt in his quæ huiusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnimodæ iurisdictioni, visitationi, & correctioni Diœcesani Episcopi tamquam Sedis Apostolicæ Delegati plenè in omnibus subiiciantur. Et similiter habeat Episcopus authoritatem puniendi quoscumque exemptos tam sæculares, quàm regulares, qui in alienis Ecclesijs, aut quæ suorum Ordinum non sunt absque Episcopi licentia, & in ecclesiis suis, aut suorum Ordinum non petita Episcopi benedictione, aut ipso cõtradicente prędicare præsumpserint.

Paulo post Cardinalis Ludouisius retulit in Sacra Congregatione Episcoporum Regularium abusus circa monasteria Monialium eis subiectarũ, & cum deliberatum esset de remediis, Cardinalis Vbaldinus retulit, in S. Congregatione Concilij compilari Constitutionem circa priuilegia Regularium, qui delinquunt in administratione Sacramentorum, & prædicant absque Episcopi licentia, vel benedictione, aut Episcopo contradicente: & ne leges multiplicentur proposuit è re esse, vt in eadem Congregatione agatur de aliqua prouisione etiam quoad monasteria Monialium; & hoc quoque caput inseratur in eadem Constitutione, quod & reliqui omnes probarunt.

28 Itaque cum de his deliberatum esset in S. Congregatione Concilii habita die 17 Decemb. 1622. Tametsi monasteria Monialium Regularibus subiectarum non subsint Episcoporum iurisdictioni, sed iussa sint à Concilio relinqui sub eorumdem Regularium cura, & custodia in cap. 8. & 9. sess. 25. de Regular. & propterea Episcopi nullam habeant authoritatem in Regulares, qui earumdem Monialium confessiones audiunt, aut in eorumdem monasteriorum administratores, vt aliàs Sacra Congregatio declarauit: quia tamen experientia docuit valde expedire ecclesiasticæ disciplinæ, vt Diœcesani etiam hæc, & alia infrascripta aliquam habeant facultatem: Patres censuerunt Constitutioni, vt proponitur publicandæ addendum esse [Vt Episcopi habeant authoritatem approbandi Confessarios tam sæculares, quam regulares Monialium regularibus subiectarum, eosque confessarios, & administratores ex legitima causa amouendi saltè vbi Superiores Regulares ab Episcopo admoniti eos amouere detrectauerint ad exemplum cap. 8. & cap. 14. sess. 25. de regular. vbi in casibus ibi expressis regulares subiiciuntur Episcopis in casum negligentiæ superiorum.

29 Deinde etsi exempti in concernentibus clausuram monasteriorum Monialium etiam Regularibus subiectarum subsint Episcoporum iurisdictioni tam ex dispositione iuris communis c. Periculoso, de statu regul. in 6. quã in Tridentr. Concilii in cap. 5. sess. 25. de regular. Tamen huic decreto censuerunt addendum esse, vt exempti tam sæculares, quàm regulares si deliquerint circa clausuram, aut circa personas intra septa degentes, vel circa bonorum administrationem eorumdem monasteriorum, ab Episcopo loci tamquam Delegato Sedis Apostolicæ puniri possint.

30 Postremò tribuendam esse Episcopis facultatem in electionibus Abbatissarum præsidendi vna cum Superioribus regularibus.

Quæ omnia cum Sanctissimo D. Nostro relata fuissent placuit Sanctitati suæ, vt fieret Constitutio, & compilaretur in Sacra Congregatione Concilii.

Itaque iniunctum est mihi, vt super his minutã Bullæ conficerem, ac per manus deferrem, quæ tandem singulis articulis accuratè discussis, & à Sanctitate sua approbatis promulgata fuit in hãc quæ sequitur formam.

GREGORIVS EPISCOPVS

Seruus Seruorum Dei,

Ad perpetuam rei memoriam.

INscrutabili Dei prouidentia Vniuersalis Ecclesiæ regimini, meritis licèt imparibus, præsidentes, pastoralis nostræ solicitudinis partes esse dignoscimus, in eam curam præcipuè incumbere, vt à dignis, & probatis tantùm sacerdotibus sanctè

&c administrentur Ecclesiastica Sacramenta; atq; vt virginum Deo sacrarum monasteria diligentissimè custodiantur, & viri assumantur idonei ad prædicationis officium salubriter exequendum. Sanè Tridentinæ Synodi decretis prouidè cautum est, nullum presbyterum, etiam regularem posse confessiones secularium, etiam sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium habeat, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur obtineat: Necnon vt in monasterijs, seu domibus virorum, seu mulierum, quibus imminet animarum cura personarum secularium, præter eas, quæ sunt de illorum monasteriorum, seu locorum familia personæ, tam regulares, quàm seculares eiusmodi curam exercentes, subsint immediatè in ijs, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius diœcesi sunt sita: Itemque vt Episcopi vniuersi sub obtestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ in omnibus monasterijs sibi subiectis Ordinaria, in alijs verò Sedis Apostolicæ auctoritate clausuram Sanctimonialium, vbi violata fuerit, diligenter restitui, & vbi inuiolata est, conseruari maximè procurent; inobedientes, atq; contradictores per censuras ecclesiasticas, aliasque pœnas, quacumque appellatione postposita, compescentes: Atque vt regulares in Ecclesijs suorum Ordinum prędicare volentes, se coram Episcopis pręsentare, & ab eis benedictionem petere teneātur; in Ecclesijs verò, quæ suorum Ordinum non sunt, nullo modo prędicare possint sine Episcopi licentia: contradicente autem Episcopo, nulli, etiam in suorum Ordinum Ecclesijs, prædicare præsumant. Verùm quia experientia compertum est, ecclesiastici regiminis rationes postulare, vt decretis eiusmodi aliquid adiungatur: matura deliberatione nostra, & certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac generali, ac perpetuò valitura Constitutione decernimus, statuimus, & declaramus, vt deinceps tam regulares, quàm seculares quomodolibet exempti, siue animarum curam personarum secularium monasterijs, seu domibus regularibus, aut quibusuis alijs Ecclesiis, vel beneficiis siue regularibus, siue secularibus incumbentem exerceant; siue aliàs Ecclesiastica Sacramenta, aut vnum ex illis ministrent præuia Episcopi licentia, & approbatione; siue quoquo modo in dictę curę exercitio, aut in eorumdem Sacramentorum, vel alicuius ex illis administratione de facto absque vlla auctoritate se ingerant; in his, quæ eiusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnimodę iurisdictioni, visitationi, & correctioni diœcesani Episcopi, tamquam Sedis Apostolicę delegati, plenè in omnibus subijciantur. Ad hęc tam regulares, quàm sęculares huiusmodi nullis priuilegijs, aut exemptionibus tueri se possint, quominus, si deliquerint circa personas intra septa degentes, aut circa clausuram, vel circa bonorum administrationem monasteriorum Monialium, etiam regularibus subiectarum, ab Episcopo loci, similiter tamquam ad hoc Sedis Apostolicæ delegato, quoties, & quando opus fuerit, puniri, & corrigi valeant. Confessores verò siue regulares, siue sęculares, quomodocumque exempti tam ordinarij, quàm extraordinarii ad confessiones Monialium, etiam regularibus subiectarum, audiendas nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo diœcesano idonei iudicentur, & approbationem, quę gratis concedatur, obtineant. Sed & administrantes bona ad eiusmodi monasteria Sanctimonialiū, vt pręfertur, etiā regularibus subiectarum, pertinentia, siue regulares extiterint, siue sęculares, quomodolibet exempti, Episcopo loci, adhibitis etiā superioribus regularibus singulis annis rationes administrationis, gratis tamen exigendas, reddere teneantur, ad idque iuris remedijs cogi, & compelli queant. Liceatque Episcopo ex rationabili causa Superiores regulares admonere, vt eiusmodi confessores, atq; administratores admoneant: ijsque superioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat Episcopus facultatem prædictos confessores, & administratores amonendi quoties, & quando opus esse iudicauerit. Ac similiter possit Episcopus, vnà cum superioribus regularibus, quarumcumque Abbatissarum, Priorissarum, Præfectarū, vel Prępositarum eorumdem monasteriorum, quorumque nomine appellentur, electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere; absque vlla tamen ipsorum monasteriorum impensa. Ac demum habeat Episcopus tamquam dictæ Sedis delegatus, auctoritatem coercendi, ac puniendi quoscumque exemptos tam seculares, quàm regulares, qui in alienis Ecclesijs, aut quæ suorum Ordinum non sunt, absque Episcopi licentia; & in Ecclesijs suis, aut suorum Ordinum, non petita illius benedictione, aut ipso contradicente, prædicare præsumpserint. Ita vt Episcopi in suprascriptis casibus, & in prænominatas personas, in præmissis omnibus, & singulis, aut circa ea quoquo modo delinquentes, quoties, & quando opus fuerit, etiam extra visitationem, per censuras ecclesiasticas, aliasque pœnas, vti eiusdem Sedis delegati, procedere, omnemque iurisdictionem exercere liberè, & licitè valeant. Decernentes sic per quoscumque iudices quauis auctoritate fungentes, etiam Sacri Palatij Auditores, necnon Sanctę Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorū cuilibet, quauis, aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus; & ordinationibus Apostolicis in fauorem quarumcumque personarum, atque Ordinum tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum, etiam Sancti Ioannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cuiusuis alterius instituti, etiam necessariò, & in indiuiduo exprimendi, Monasteriorum, Conuentuum, Capitulorum, Ecclesiarum, & aliorum quorumcumque tam sęcularium, quàm regularium locorum, necnon illorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis Statutis, vel Consuetudinibus, etiam immemorabilibus: exemptionibus quoque, indultis, & priuilegijs, etiam in corpore iuris clausis, aut ex causa, & titulo oneroso, vel in limine fundationis concessis, etiam Mari Magno, seu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis; Conseruatorum deputationibus, eorumque, atque alijs inhibitionibus, quibus Episcopi deferre minimè teneantur; & quibusuis alijs, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac

com

cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis; etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset; tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, quibus quoad ea, quæ eisdem præsentibus aduersantur, illis aliàs in suo robore permansuris, specialiter & expressè derogamus; cæterisque contrarijs quibuscumque. Cæterum quia difficilè foret præsentes litteras ad singula quæque loca deferri, vt eę tamen omnibus innotescant, mandamus illas ad valuas Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe Basilicarum, atque Cancellariæ Apostolicę, & in acie Campi Floræ publicari, & inibi affigi, & per aliquod temporis spatium dimitti, eisque detractis, earum exempla in eo loco relinqui. Ac volumus vt earumdem præsentium litterarum transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo Prælati, seu personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, in iudicio, & extra illud, vbi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quę ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum Statuti, declarationis, decretorum, derogationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrũ anno incarnationis Dominicæ M. DC. XXII. Nonis Februarij, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

V. Dat.

S. de Vrsinis.

Registrata in Secretaria Breuium.

DECLARATIONES ALIQVOT Sacræ Congregationis Concilij

Super Constitutione san. me. Gregorij XV. de exemptorum priuilegijs, &c.

I. Posita eiusmodi Constitutione, dubitatur, An liceat Episcopis visitare altaria regularium Ecclesiarum, quibus cura animarum personarum sęcularium non incumbit, aut loca, vbi in ijsdem Ecclesijs asseruatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vel vbi audiuntur confessiones personarum sęcularium?

II. An Episcopi possint regularibus præscribere, vt certis tantùm in locis, ac temporibus, aut certarum personarum confessiones audiant, vel aliàs illorum priuilegia restringere, ac moderari in sacramentis administrandis.

III. An facultas Episcopis per Constitutionem attributa in exemptos tam sæculares, quàm regulares, intelligatur etiam tributa in personas nullius diœcesis.

IV An eadem facultas competat inferioribus Prælatis proprium territorium, ac iurisdictionē quasi Episcopalem habentibus.

V. An per eandem Constitutionem in illis verbis possit Episcopus vnà cum superioribus regularibus quarumcumque Abbatissarum, &c. electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere ius Abbatissas confirmandi Episcopis attributum censeatur.

VI. An Confessores Monialium ante editam Constitutionem deputati, debeant ab Episcopo examinari, & approbari.

VII. An superiores regulares similiter ante ipsius Constitutionis publicationem electi, seu deputati alia indigeant Episcopi approbatione pro confessionibus Sanctimonialium sibi subiectarum audiendis.

VIII. An confessiones, quas audiunt superiores regulares electi, seu deputati, vel confirmati post publicationem, & scientiam tenoris dictæ Bullæ, non obtenta Episcopi approbatione, sint nullæ, atque irritę, necne.

IX. An regulares generaliter ab Episcopo approbati ad confessiones personarum sæcularium audiendas, censeantur etiam approbati ad audiendas confessiones Monialium sibi subiectarum.

X. An regularis ad audiendas confessiones Monialium vnius monasterij ab Episcopo approbatus confessiones Monialium alterius monasterij audire possit.

XI. An confessores regulares extraordinarij semel ab Episcopo deputati, & approbati ad audiendas Monialium cōfessiones pro vna vice intra annum ad præscriptum S. Concilij Tridentini, possint, virtute dictæ approbationis, pluries tamquam confessores extraordinarij earumdem confessiones audire absque noua Episcopi licentia.

XII. Cum in eadem Constitutione statutum sit, vt liceat Episcopo ex rationabili causa superiores regulares admonere, vt amoueant confessores Monialium, atque administratores bonorum ad earumdem Monialium monasteria pertinentium, iisque superioribus id facere detrectantibus, habeat Episcopus facultatem prædictos confessores, & administratores amouendi quoties, & quando opus esse iudicauerit: An eiusmodi causam Episcopus superioribus regularibus significare teneatur.

XIII. An eadem Constitutio qua parte supponit Episcopi iurisdictioni regulares delinquentes circa personas degentes intra septa monasteriorum Monialium, aut circa clausuram, vel bonorum administrationem eorumdem monasteriorum, habeat locum in omnibus delictis, an verò solùm in notoriis, & cum scandalo populi.

SACRA

SAC. CONGREGATIO CARDINALIVM Concilij Tridentini Interpretum censuit, Constitutionem san. mem Greg XV. de exemptorum priuilegijs, nequaquam subijcere Regulares exemptos, quibus cura animarum personarum sæcularium non incumbit, Episcoporum iurisdictioni in his, quæ Sacramentorum administrationem concernunt, nisi cum in Sacramentis personis sæcularibus administrandis ijdem Regulares delinquunt: ac propterea.

AD primum dubium respondit, Episcopis non licere in vim eiusdem Constitutionis visitare altaria Ecclesiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura personarum sæcularium, nec loca, vbi in ijsdem Ecclesijs asseruatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vel vbi confessiones personarum sæcularium audiuntur.

Ad II. Hac in parte Constitutionem nihil noui iuris induxisse, nec vllam nouam authoritatem Episcopis in Regulares attribuisse: Ideoque in vim ipsius Constitutionis non posse Episcopos Regularibus præscribere, vt certis tantùm in locis, ac temporibus, aut certarum personarum Confessiones audiant, vel aliàs illorum priuilegia in Sacramentis administranda restringere, aut moderari. Quòd si aliundè Episcopis huiusmodi facultas competat, illam non fuisse ab eadem Constitutione sublatam.

Ad III. Censuit eiusmodi facultatem non intelligi tributam Episcopis in personas nullius diœcesis.

Ad IV. Non competere.

Ad V. Ius confirmandi Abbatissas minimè fuisse Episcopis per Constitutionem attributum.

Ad VI. Confessores quidem extraordinarios Monialium nullatenus, posse post Constitutionem illarum Cõfessiones audire, nisi priùs ab Episcopo diœcesano idonei iudicentur, & approbentur. Ordinarios verò Confessores ante Constitutionis publicationem deputatos posse, durante triennio ab eorum deputatione inchoando, pergere in Confessionibus Sanctimonialium audiendis absque alio examine, & approbatione Episcopi. Quòd si contingat, vt illorum facultas à Sede Apostolica vltra triennium prorogetur, tunc debere eos ab Episcopo examinari, & approbari.

Ad VII. Superiores Regulares electos, seu deputatos ante ipsius Constitutionis publicationem, quibus alioquin facultas competat audiẽdi Confessiones Monialium sibi subiectarum, posse, durante eorum officio, pergere sine alia Episcopi approbatione in Confessionibus audiendis illarum tantùm, quæ spontè, ac proprio motu id ab eis petierint. At verò eos, qui post Constitutionem eligentur, aut quoquo modo deputabuntur, vel qui in eorum officijs, seu dignitatibus, expleto iam tempore à Constitutionibus cuiusque Ordinis, vel aliàs legitimè præfinito, ad aliud tempus confirmabuntur, nequaquam posse Sanctimonialium Confessiones audire, nisi priùs à Diœcesano Episcopo idonei iudicati, atque approbati fuerint.

Ad VIII. Confessiones huiusmodi nullas, atque irritas esse.

Ad IX. Regulares generaliter ab Episcopo approbatos ad Confessiones personarum sæculariũ audiendas, nequaquam censeri approbatos ad audiendas Confessiones Monialium sibi subiectarũ; sed egere quoad hoc speciali Episcopi approbatione.

Ad X. Regularem ad audiendas Confessiones Monialium vnius monasterij ab Episcopo approbatum, minimè posse audire Confessiones Monialium alterius monasterij.

Ad XI. Confessores extraordinarios semel deputatos, atque approbatos ab Episcopo ad Monialium Confessiones pro vna vice audiẽdas, haud posse pluries in vim approbationis eiusmodi illarum Confessiones audire: sed ab Episcopo toties esse approbandos, quoties casus deputationis cõtigerit.

Ad XII. Non teneri eiusmodi causam significare Superioribus Regularibus; sed hoc relinqui arbitrio, & prudentiæ Episcoporum, quorum conscientiam Sacra Congregatio seriò onerauit, ne facultate sibi hac in parte attributa quoquo modo abutantur, eius rei in districto Dei iudicio rationem reddituri.

Ad XIII. Constitutionem habere locum in omnibus delictis, non autem in notorijs tantùm, & cum populi scandalo.

Quæ Sacræ Congregationis responsa ad scriptis fel. rec. Gregorius XV. & Sanctiss. D. N. Vrbanus VIII. in omnibus approbarunt.

A. Card. Caetanus.

Prosper Fagnanus S. Congreg. Secr.

De Priuilegijs.

Cap. Ex parte.

S V M M A R I V M.

1 R*Eceptio generalis personæ tantùm, aut personæ, & rerum sub protectione Papæ, non eximit personam; nec res à iurisdictione Episcopi.*
Exemptio alia est merè personalis, alia localis, vel mixta, ibidem vers. Secundò nota.
Referendarij vtriusque, vel alterius Signaturæ, eorumque familiares, an etiam ratione delicti, seu contractus, aut rei, de qua contra ipsos agitur, sint exempti ab Ordinariorum iurisdictione, & & n. seqq. vsque in fin.

2 *Referendariorum exemptio à iurisdictione Ordinarij ex Bulla Pauli III. an sublata fuit ex cap. 1. sess. 24 Conc. Trid. n. 2. vsque ad n. 12.*
Dictio, huiusmodi, *similitudinem inducit; & per similitudinem demonstrat, nu. 2. vers. Et quoad hoc.*

3 *Referendarij sunt cæteris officialibus, & Ministris Curiæ digniores, & cur, n. 3.*

4 *Referendarij non habent simpliciter titulum honorarium, sed officium, & in quibus consistat, & num. 28.*

5 *Referendarij qualiter, & quando admittantur ad Signaturam Iustitiæ, vel Gratiæ.*

6 *Litteræ Apostolicæ quando dicantur gratiam, vel iustitiam continere.*

7 *Exemptionis indultum Referendarij concessum est ex debito iustitiæ in remunerationem laborum, quos sustinent pro seruitio Sedis Apostolicæ, & vniuersalis Ecclesiæ vtilitate.*

8 *Concilij Tridentini decretum cap. 11. sess. 24. procedit*

credit in causis criminalibus tantùm, non autem in ciuilibus.

9 *Ratio in proœmio posita restringit dispositionem generalem ad limites ipsius rationis.*

10 *Eugenianæ Constitutioni quoad obtinentes beneficia non fuit derogatum à Concilio Trident. nisi in causis criminalibus.*

11 *Protonotarij Apostolici ex priuilegio deferentes habitum, & rochettum non possunt in prima instantia coram Ordinarijs locorum conueniri in causis ciuilibus summam 25. ducatorum auri de Camera excedentibus.*

12 *Referendariorum, eorumque familiarum exemptio ex Bulla Pauli III. sublata fuit à Concilio Tridentino in cap 3. sess.6. & c.4. sess.14.*

Declaratur, n.16.

13 *Episcopi tamquam Sedis Apostolicæ delegati possunt procedere contra exemptos extra visitationem si in suis Ecclesijs resideant; aliàs secus.*

14 *Dictio,* quicumque, *est effrænata, & comprehendit omnes etiam in sublimi dignitate constitutos, & num.45.*

15 *Familiarium Referendariorum exemptio, de qua in Bulla Pauli III sublata fuit à Conc. Tridentino in fauorem Episcoporum residentium, & n. seq. Nec reuixit per Constitutionem Sixti V. n 20.& 51.*

Referendariorũ exẽptio de qua in Bulla Pauli III. sublata est à Conc.Trid etiam in causis ciuilibus.

18 *Referendariorum exemptionem à Concilio Tridentino sublatam fuisse probatur etiam ex Constitutio Sixti V.*

19 *Bulla Sixti V. qua Referendarij eximuntur à iurisdictione Ordinariorum, expenditur, & num. seqq.*

21 *An eadem Bulla sustulerit decreta Concilij Trid. quibus exempti subijciuntur Ordinarijs, vt Sedis Apostolicæ delegatis.*

22 *Papa numquam ita eximit aliquem à iurisdictione quin ipse possit per se, vel suos delegatos procedere.*

23 *Iurisdictione Ordinarij sublata, non censetur sublata iurisdictio per Sedem Apostolicam delegata.*

Declaratur, num.25.

24 *Exemptio à visitatione, sub generali exemptione à iurisdictione non comprehenditur.*

Declaratur, n.30. & seqq.

25 *Exemptionis priuilegium potius intelligi debet, vt in suo casu corrigat ius præcedens, quàm vt sit inane, & elusorium.*

26 *Constitutio posterior tollit decreta Concilij Tridentini contraria, etiamsi eidem Concilio specialiter non deroget.*

27 *Papa est iudex ordinarius exemptorum, & n.48.*

28 *Exemptiones à iurisdictione Ordinarij etiam in posterum concedendæ, quæ titulis honorarijs sunt annexæ, sublatæ sunt a Concilio Tridentino.*

29 *Constitutio posterior edita motu proprio, & ex certa scientia derogat primæ contrariæ etiam habenti clausulam derogatoriam ad futuras dispositiones.*

30 *Cardinales quattuor à Paulo II. creati per litteras in forma Breuis post eius abitum exhibitas, ibid.*

31 *Verba vniuersalia, & geminata includunt etiam ea, quæ aliàs non includerentur, & n.44.*

32 *Legati facultas conferendi beneficia an comprehendat beneficia Papæ reseruata.*

33 *Exempti Sedis Apostolicæ immediatè subiecti non subsunt visitationi Ordinarij.*

Prosp.Fagn.in 2.par.5.lib.Decretal.

34 *Referendarij an sint veri familiares Papæ: an verò ex priuilegio, & num seq vsque ad n.40.*

35 *Familiaritas vera, & non ficta constituitur ex cõmensalitate, & seruitio, & n.seq.*

36 *Cardinales non sunt Papæ familiares.*

Item nec Rotæ Auditores, ibid

37 *Familiares veri non constituuntur ex eo quod recipiantur à Papa in veros, ac proprios familiares, nisi insistant certa seruitia, & viuant expensis illius.*

Constitutio Pauli III. super familiaritate Referendariorum expenditur, ibid.

Princeps potest contra veritatem fingere, sed non veritatem immutare, n.37. vers. Et Princeps.

38 *Ius patronatus concessum à Papa cum clausula,* vt sit perinde ac si esset ex fundatione, vel dotatione laicorum etiam Regum, *censetur ex priuilegio, & est abrogatum à Concilio Tridentino.*

39 *Referendarij ratione beneficiorum, quæ obtinent, an subsint iurisdictioni Ordinarij.*

40 *Referendariorum exemptio ab Ordinariorum iurisdictione an sit restringenda, vt non habeat locum ratione delicti, seu contractus, aut rei litigiosæ, & n. seq. vsque in finem.*

41 *Exemptorum duæ species.*

42 *Intellectus, cap. Volentes, de priuil. lib.6. & n. seq. & n. 45.*

43 *Constitutio iuris veteris declaratoria, nouum ius non inducit, sed quod prius latebat, manifestat.*

45 *Exemptio à iurisdictione Ordinarij quantumcumq; lata restringitur ad tres casus exceptos in cap. 1. de priuil. lib.6.*

46 *Exempti generaliter, & indefinitè gaudent exemptione etiam cum delinquunt, seu contrahunt, aut res litigiosa consistit in loco, vbi domicilium habent, quamuis idem locus exemptus non sit.*

47 *Exemptio non inducitur per solam receptionem sub protectione Sedis Apostolicæ.*

48 *Exempti a iurisdictione Ordinarij ex hoc ipso Papæ sunt immediatè subiecti.*

49 *Exemptiones merè personales non sunt restrictæ ad tres casus delicti, contractus, aut rei, sed mixtæ tantùm.*

50 *Exempti etiamsi existant in loco exempto, si tamen delinquant in loco non exempto, puta proijciendo lapides, &c. possunt puniri ab Ordinario.*

51 *Exemptus conueniri non potest in loco domicilij, si alibi delinquat, vel contrahat, aut res litigiosa consistat.*

52 *Referendarij si obtineant beneficia Ordinarij subiecta, eorumdem beneficiorum ratione Ordinarij subijciuntur.*

53 *Religiosus exemptus si accipiat executionem vltimæ voluntatis, pro huiusmodi executione conueniri potest coram Ordinario.*

54 *Idem si suscipiat administrationem Confraternitatis, vel Hospitalis.*

EX PARTE, il secondo. Receptus sub protectione Papæ per hoc non censetur exemptus. Hoc dicit. Communis diuisio. Secunda ibi, *Nos autem.*

2 Nota primo generalem protectionem non eximere à iurisdictione Ordinarij, Butr. hic num. 3. & Anchar. in vlt. not. atque ita huiusmodi protectio est ferè inutilis, sicut confirmatio in forma communi, vt in cap. Quia diuersitatem, supra

de conceſſ.præben. Sed dicendum eſt in hoc proficere, quia, vt inquit gloſ. in cap. Recepimus, in ver. Ad iudicium, ſupra eod. ſic receptis debetur maior reuerentia, quàm alijs, arg. cap. Per tuas, de maior. & obed. & Papa fortè citiùs mouetur cùm iniuſtè grauantur ad litteras concedendas. Dixi generalem protectionem, quia ſecus eſſet in protectione ſpeciali, cùm quis ſe, & ſua ſubmittit Papæ, iuxta tex. in cap. Ad audientiam, de appellat. vbi hanc differentiam inter generalem, & ſpecialem protectionem ponit gloſ. in ver. Noſtræ protectioni, Butr. & Anchar. proximè citati. Item ſecus eſſet, ſi aliqui reciperentur in proprios, & ſpeciales ſubditos, quia per hoc cenſerentur exempti vt eſt expreſſum in cap. Si Papa, verſ. Similiter, inf. eod. lib. 6. Non ſic ſi in proprios, & ſpeciales filios Romanæ Eccleſiæ ſint ſuſcepti, tales quippe exempti propterea non exiſtunt, vt ibi dicitur in ver. Nõ ſic, vbi corrigitur opinio Innocẽtij hic in verſ. Secus autem, & ibi plenè videas de pluribus exemptionum formulis.

Secundò nota nec ſuſceptionem Eccleſiæ ſub protectione Sedis Apoſtolicæ, nec ſuſceptionem ſingularis perſonæ, aut perſonæ, & Eccleſiæ ſimul importare exemptionem à poteſtate Epiſcopi. De Eccleſia tantùm eſt tex. in d. cap. Recepimus, ſupra eod. niſi ad iudicium perceptæ libertatis Romanæ Eccleſiæ cenſus annuus conferatur, vt ibi deciditur, & in d. cap. Si Papa infra eod. lib. 6. De perſona ſingulari, ſeu de perſona cum rebus, eſt text. hic; & ita vitatur ſuperfluitas harum Decretalium ſecundum Abbatem, & Marianum Socinum. Ex quibus colliguntur duę exemptionum ſpecies. Altera eſt merè perſonalis, cùm ſcilicet perſona ipſa ſimpliciter, & abſolutè eximitur. Altera eſt localis, ſeu mixta, ideſt cùm perſona eximitur reſpectu certi loci, putà Monachus reſpectu monaſterij, vel Canonicus reſpectu Eccleſiæ, Abb. in cap. Tuarũ, n. 8 ſupra eod.

Quid autem interſit inter has duas exemptionum ſpecies, & an perſonaliter exempti, vt Capellani, & familiares Papæ ſortiantur forum diœceſani ratione delicti, contractus, aut rei litigioſę, dicam plenè in ſequenti quæſtione, præſertim à num. 49.

2 QVAERO, An Referendarij vtriuſque, vel alterius Signaturæ, eorumque familiares etiam ratione delicti, ſeu contractus, aut rei, de qua contra ipſos agitur, ſint exempti ab Ordinariorum iuriſdictione.

Paulus III. in Conſtitutione, quæ incipit, Debita conſideratione, edita 30. Iulij 1540. Referendarios multis, iiſque inſignibus priuilegijs decorauit, licèt pleraque illorum poſtea ſublata fuerint per poſteriores aliorum Pontificum Conſtitutiones; & inter cætera tribuit illis exemptionem à iuriſdictione Ordinariorum his verbis [*Et nihilominus Referendarios, ac illorum omnia, & ſingula beneficia, & officia eccleſiaſtica, quæ obtinent, ac in futurum obtinebunt, & in illis pro tempore deſeruientes, ac Capellanos, familiares, & ſeruitores ſuos tam præſentes, quàm futuros ab omni iuriſdictione, correctione, viſitatione, dominio, ſuperioritate, & poteſtate Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Prælatorum, & Ordinariorum locorum quorumcumque, & iudicum etiam à dicta Sede delegatorum, aut ſubdelegatorum quomodolibet nunc, & pro tempore exiſtentium eximimus, ac totaliter liberamus, ac ſub B. Petri, & Sedis prædictæ, ac noſtra protectione ſuſcipimus, nobiſque, & dictæ Sedi immediatè ſubijcimus, ac liberos immunes, exemptos, ſuſceptos, & ſubiectos omninò conſtituimus, & declaramus, ac decernimus.*

Quo ſuppoſito pro ſolutione quæſtionis ante omnia diſcutiendum eſt an huiuſmodi exemptio Referẽdariorum generaliter ſublata fuerit ex aliquo Tridentini Concilij decreto.

Et quidem hæſitari poteſt primò, an fuerit ſublata ex cap. 11. ſeſſ. 24. vbi decernitur, vt ſi quãdo aliquos honorarijs titulis Protonotariatus, Acolythatus, Comitis Palatini, Cappellani regij, aut alijs huiuſmodi in Romana Curia, vel extra inſignibus decorandos eſſe placuerit, nihil ex iis priuilegijs detractum eſſe Ordinarijs intelligatur, quominus ij, quibus ea iam conceſſa ſunt, vel in poſterum concedi contigerit, ipſis Ordinarijs tãquam Apoſtolicæ Sedis delegatis plenè in omnibus ſubiecti exiſtant.

Et quoad hoc decretum ponderanda ſunt verba illa, *& alijs huiuſmodi*, quæ apertè innuunt Cõcilium voluiſſe comprehendere non ſolum Protonotarios, & eos, de quibus expreſsè meminit, ſed etiam alios conſimiles; atque ita in ſui latitudine videntur apta comprehendere etiam Referendarios, cum & ipſi non aliter priuilegio exemptionis patiantur, quàm ratione tituli Referendariatus, cui ex indulto Sedis Apoſtolicæ exemptio annexa eſt; præſertim verò quia ſunt etiam Notarii Apoſtolici ex priuilegio inſerto in ſupraſcripta Conſtitutione Pauli III. itaut propterea expreſsè, & nominatim videantur incluſi in d. cap. 11.

Sed in contrarium facit, quia illa dictio, *aliis*, poſita in d. cap. 11. importat omnimodam ſimilitudinem ad expreſſa, Bart. in l. Sed & reprobari, n. 6. de excuſ. tut. Bald. in l. Si fugitiui, col. vlt. C. de ſeru. fugit. Bero. conſ. 41. n. 10. vol. 1. & conſ. 51. nu. 29. quod haberet locum etiamſi dixiſſet, & aliis omnibus, quia nihilominus per hæc verba generalia non venirent maiora, vel grauiora, quàm expreſſa fuiſſent, caſus eſt in Clem. non poteſt de procurat. in l. fin. § Cui dulcia, de trit. vin. & oleo leg. Sed abſque dubio procedit hoc caſu, quia poſt verbum, *aliis*, Concilium adiecit etiam dictionem, *huiuſmodi*, quæ pariter ſimilitudinem inducit, l. Denique, ff. de pignor. cap. fin. de for. compet. lib. 6. & per ſimilitudinem demonſtrat l. Huiuſmodi, de leg. 1. & poſt certum ordinem expreſſum reſtringit diſpoſitionem ad id, ad quod adiicitur, Feder. de Sen. conſ. 25. n. 4. in fin. verſ. Reſpondet iſta Conſtitutio, ſed ſupra immediatè Concilium expreſſit habentes titulos honorarios Protonotariatus, Acolythatus, Comitis Palatini, & Capellani regii. Ergo per ſubſequentia verba, aut aliis huiuſmodi non comprehendit Referendarios, quia non ſunt ſimiles expreſſis, ſed maiores. Etenim, vt inquit Sarnen. in compend. vtriuſque Signaturæ, num. 32.

3 [Referendarii inter officiales Curiæ digniores reputantur; nam in regulis prærogatiuarum, & expectantium primi omnium Referendarij ſcribuntur, deinde Protonotarij participantes, tertiò Correctores, poſtea Subdiaconi numerarii, quartò Auditores Rotæ, poſtea Clerici Cameræ, deinde Auditor Cameræ, & Abbreuiatores actu officia ſua exercentes: itaque Referendarii ab ordine litteræ cenſentur digniores cæteris aliis, quia primò

mò nominantur, l. 1. & 5. ff. de Albo Scrib. Et ideo dato expectatiuarum concursu inter prædictos officiales, Papa voluit Referendarios præcedere] Hæc Sarnen. Rationem verò cur Pontifices voluerit Referendarios cæteris Officialibus anteferri, subiicit Aug. Aret. in §. fin. in princ. instit. de except. quia quotidie apud Principem, & in eius præsentia; imò simul cum eo officia sua exercent opere, & consilio adiuuantes: quod alii Curiæ Officiales seorsim faciunt, nec ita immediatè Papā iuuant: & sequitur Io. de Terra rub. in tract. primogen. fol. 108. colum. 1. & Sarnen. loco cit. Quæ quidem ratio habetur etiam in antedicta Constitutione Pauli III. ibi [Vt Referendarij nostri, qui pre cæteris Officialibus, & Ministris nostris propinquis nobis assistunt] Plures etiam Referendariorum prærogatiuas recenset ibid Sarnen. n. 32. post Bart. in l. Eos, C. de excus. mun. lib. 10. & Rota decis. 306
4 in nouis, quæ est tertia in tit. de renunc. Præterea Referendarii non habent simpliciter titulum honorarium vt Protonotarii non participantes, & reliqui, de quibus Concilium loquitur, sed habent officium, videlicet libellos supplicatorios Summo Pontifici oblatos accipiendi, & causas coram ipso introducendi, seu referendi, vt inquit Specul. in tit. de supplicat. §. 1. & ante eum Innoc. in cap. Ex litteris, n. 3. vers. Et quidem libellus, de in integr. restit. nec aliud sentit glos. 1. in Auth. de Referendariis Sacri Palatii coll. 2. dum ait [Referendarios esse qui sunt Aduocati in Curia Principis dictos ex eo, quod referunt vices hominum coram Principe] & glos. in Authen. Qomodo oporteat Episcopos, §. Non autem aliter, in fin. in ver. Referendarii, dicens [Referendarios esse qui stant in Curia, vt præstent aduocationem venientibus, vt dicta eorum referant] Quorum quidem ministerium fusiùs explicatur à Sarnen. in compend. ver. signatur. n. 26. relatis constitutionibus, & ordinationibus Alexandri VI. & habetur in antedicta Constitutione Pauli III. & in Constitutione Sixti V. de qua infra n. 19. Et ad huiusmodi officium non as-
5 sumuntur nisi cognitæ, & spectatæ virtutis viri; nec quisquam admittitur ad Signaturam Iustitię antequam ab illius Præfecto vocatis, & congregatis ad id sex antiquioribus Referendariis examinatus fuerit; & ad hunc effectum saltem binas supplicationes, seu commissiones sibi ab ipso Præfecto ex tempore porrectas proposuerit, & suffragiis eorumdem sex Referendariorum, & Prefecti collectis taliter se gesserit, vt relatione per eumdem Summo Pontifici facta, meruerit commendari, & approbari, præstito prius per eū in manibus eiusdem Prefecti solito iuramento ad prescriptum ordinationis Alexand. VI. relatæ à Sarnen. loco citato. Et ad Signaturam Gratiæ nemini patet ascensus, nisi saltem triennio in Signatura Iustitię fuerit laudabiliter versatus: quorum etiam duodecim antiquioribus sententię dicendæ in ipsa Signatura Gratię facultas existit: & singuli Referendarii ante admissionem litteras Apostolicas sub plumbo super concessione sui officii Referēdariatus huiusmodi tenentur expedire Datarii manu subscriptas, prout hæc habentur in eadem Sixti V. Constitutione, licèt vsque ad tempora Alexand. VI. fierent solo verbo, vt per Sarnen. vbi supra nu. 27. Huius autem officii contemplatione fuit illis concessum exemptionis priuilegium, vt constat ex prædictis Constitutionibus Pauli III. in princ. & Sixti V. in vers. Cæterum vt Referendarii. Et hac ratione ab eodem Paulo III. Prelati, ac etiam familiares cōtinui commensales declarantur, & excellentię dignitate sublimantur: quę quidem omnia, & alia plura, quæ in eisdem Extrauag. exarantur, nullatenus congruunt his, qui simplices titulos honorarios obtinent à Sede Apostolica: vnde sequitur vt Referendarii minimè comprehendantur in d. c. 11. sess. 24. sub illis verbis, & alijs huiusmodi, quæ sunt repetitiua similium, vt ostensum est supra.

Et confirmatur, quia quando in lege, aut canone sunt enumeratæ minores, aut inferiores personæ, non possunt postea sub generali clausula, quę subnectitur, maiores, seu superiores includi, cap. Sedes, & ibi Ant. de Butr. n. 10. de rescrip. Bero. in cap. 1. n. 205. de iudic.

6 Corroborantur prædicta ex diuersitate indulti Referendariorum à communibus indultis, & gratijs, quæ titulis honorarijs à Sede Apostolica conceduntur, aliæ namque communes gratiæ procedunt ex mera liberalitate Papæ; & ideo ex parte recipientium dicuntur purè, & simpliciter gratis, cap. Significasti, & ibi not. de præben. si enim subesset necessitas Papæ dandi illam, non esset gratia, sed quędam iustitię executio; vnde de talibus dicit lex sub nomine liberalitatis debitum naturale persolui, l. 1. Cod. de imponen. lucrat. descript. lib. 10. litterę etiam Papę, quæ emanant pro illis, quibus Papa tenetur necessariò prouidere, appellantur propriè litterę iustitię, vt notatur in cap. Cum secundum Apostolum, de preben. similiter lex constituit differentiam inter puram donationem, & remunerationem, quia donationem simplicem nisi certa solemnitate seruata lex moderatur vsque ad certam summam; sed non ita donationem remunerationis causa, vt l. Aquilius,
7 ff. de donat. Ad propositum ergo indultum exemptionis concessum Referendariis ex verbis narratiuis Constitutionis Pauli III. super quibus fundatur eius intentio; apparet esse quamdam remunerationem laborum, quos pro Sedis Apostolicę seruitio iugiter sustinent, vt colligitur ex illis verbis Constitutionis [Referendarii nostri, qui pre cęteris Officialibus, & Ministris nostris propinquius nobis assistunt circa ipsas supplicationes, & commissiones pro nostro, & Apostolicę Sedis honore, ac vniuersalis Ecclesię vtilitate, & aliàs gratis, prompta voluntate, indefessè laborant] Et ibi [Dignum, quin potius debitum reputamus, vt illos specialis beneuolentię fauoribus amplectamur & preclaris dignitatum titulis decoramus] Et ex Constitutione Sixti V. ibi [Cęterum vt Referendarij ad suscipiendos pro dicta Sede labores eo promptiores reddantur, quo exinde spiritualibus & temporalibus gratiis se cognouerint vberius esse refertos] Ex quibus verbis, vt dixi, probatur quę fuerit intentio Papę, Clem. 1. de probat. fuit enim sub nomine gratię debitum naturale persoluere, dum dicit, *dignum, & debitum*. Non ergo propriè debet dici gratia, cum fiat ex necessitate naturalis debiti, quia nemo in necessitatibus liberalis existit, l. Rem legatam, ff. de adimen. leg. ac proinde reuocatio priuilegiorum, & exemptionum, quę titulis honorariis à Sede Apostolica conceduntur ex mera gratia, nullatenus videtur extendenda ad exemptionem concessam Referendariis ex debito iustitię, & in remunerationem laborum; & ita in terminis similis gratię concessæ à

Papa cum narratiua illa, *Dignum quin potius debitum*, per considerationes prędictas consuluit Petr. de Anchar. consil. 295. Proclarioris ou. 6. vers. Quintò quod dicta regula, In hoc tamen aduertendum est, quia Ruta tenet clausulas illas, quę in initio litterarum Apostolicarum solent apponi de virtute, & meritis eius, cui fit gratia, solere apponi ex stylo, non autem per modum causę, vt apud Seraph. decis. 1428. n. 10.

8 Sed quatenus à Concilio in d. cap. 11. sess. 24. sublata esset Referendariorum exemptio, tamen Sacra Congregatio declarauit decretum illud non habere locum in causis ciuilibus, sed in criminalibus tantùm. Nec obstant verba vniuersalia ibi

9 posita, quia omnia restringuntur ad limites rationis expressę in proemio, quę verè non congruit nisi exemptioni in causis criminalibus: illa enim propriè parit perturbationem in iurisdictione Episcoporum, & prębet exemptis occasionem laxioris vitę, non autem exemptio in causis ciuilibus. Absolutum est autem rationem in proœmio positam regulare totam dispositionem, illamque restringere, ac limitare ad terminos ipsius rationis, Bald. cons. 159. Eleganter, & copiosè, num. 4. vers. Nisi dicamus, lib. 2. Lap. alleg. 101. num. 24. Et exceptio, quę fit de capellanis regijs, itidem habet locum in causis criminalibus dumtaxat, de quibus loquitur cap. Cum capella, supra eod. secundum ea, quę in hac specie tradit Rot. decis. 744. n. 2. par. 1. diuers. vnde firmat regulam in contrarium in criminalibus, non autem in ciuilibus, quia exceptionis natura est declarare regulam, non autè illam ampliare, vt comprehendat ea, quæ non sunt de genere regulæ, Bald. cons. 131. Casus talis est, vers. Super secundo, lib. 1. Alexan. cons. 28 Visis, & accuratè, num. 11. vers. Non obstat quod exceptio, lib. 1. Roman. cons. 359. circa primum, n. 13. vers. Veritas tamen: & hac ratione exceptio,

10 quę fit in fine d. cap. 11. sess. 24. à Constitutione Eugeniana quoad obtinentes beneficia ratione dictorum beneficiorum, non videtur habere locum in causis ciuilibus, nec eidem Eugenianæ videtur derogatum nisi in causis criminalibus, vt reperitur adnotatum in libris S. Congregationis manu Cardinalis Carafę. Porrò quoad Protonotarios,

11 de quibus loquitur d. cap. 11. S. Congregatio die 14. Decembris 1630. dicitur censuisse Protonotarios Apostolicos ex priuilegio deferentes habitū, & rocchettum non posse in prima instantia eorum Ordinarijs locorum conueniri in causis ciuilibus summam 25. ducatorum auri de Camera excedentibus. Hæc quoad cap. 11. sess. 24.

12 Sed ex alijs Concilij Tridentini decretis videtur sublata exemptio Referendarijs, eorumque familiaribus concessa in prædicta Extrauag. Pauli III. nempe ex cap. 3. sess. 6. iuncto cap. 4. sess. 14. nā in dicto cap. 3. statuitur vt nemo Clericus sęcularis cuiusuis priuilegij prętextu tutus censeatur, quominus si deliquerit, ab Ordinario loci tamquam super hoc à Sede Apostolica delegato iuxta canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi valeat: Et quia decretum hoc non habet locum nisi in visitatione, idcirco in d. cap. 4 sess. 14. decernitur vt omnes Ecclesiarum Prǽlati si in suis Ecclesijs resederint, quoscumque sęculares Clericos qualitercumque exemptos, qui aliàs suę iurisdictioni subessent, de eorum excessibus, criminibus, & delictis quoties, & quando opus fuerit etiam extra visitationem tamquam ad hoc Apostolicæ Sedis delegati corrigendi, & castigandi facultatem habeant quibuscumque exemptionibus ipsis Clericis, ac eorum consanguineis, capellanis, familiaribus, procuratoribus, & alijs quibuslibet ipsorum exemptorum contemplatione, ac intuitu minimè suffragantibus. Et quoad hęc decreta primò ob-

13 seruanda est differentia inter Episcopos residentes, & non residentes: nam non residentes possunt procedere contra exemptos in visitatione tantùm, eosque punire punitione illa dumtaxat, quæ respicit morum correctionem in actu ipsius visitationis, vt patet in d. cap. 3. quod aliàs ita interpretata est S. Congregatio. Sin autem in suis Ecclesijs resideant, punire possūt quoscumque exemptos etiam pœna ordinaria, & extra actum visitationis, vt constat ex d. cap. 4. quod clarius habetur etiam in Constitutione Pij IV. super Episcoporum residentia, quæ incipit, De salute gregis edita ante Tridentini Concilii publicationem. Deinde obser-

14 uanda sunt verba illa d. cap. 4. sess. 14. quoscumque Clericos sęculares: nam dictio illa, *quoscumque*, vniuersalis est, & nihil penitus excludit, cap. Solitæ, vers. Quodcumque ligaueris, & ibi Abb. in vlt. notab. de maior. & obed. cap. Quamuis, & ibi Archid. in vers. Quoscumque, de off. ordin. lib. 6. Rom. cons. 51 Visis his, n. 2. itaut comprehendat omnes etiam in sublimi dignitate constitutos, & specialī nota dignos, secundum glos. 1. in cap. Quicumque, & ibi etiam Archid. in princ. de sent. excomm. lib. 6. & est text. in d. cap. Solitæ, & eo magis, quia verbis illis, *quoscumque Clericos sæculares*, adijciuntur à Concilio verba, *qualitercumque exemptos*. Item verba, *quibuscumque exemptionibus*; quæ quidem geminatio, & inculcatio dictionum vniuersalium, non videtur dubitandum quominus comprehendat etiam exemptionem Referendariorum quantumuis amplam, ac generalem, vt latè per Crauett. consil 294 Verba transactionis, per tot. Ob-

15 seruandum est denique non solum exemptionem Referendariorum, sed etiam eorum familiarium, & capellanorum expressè, ac nominatim sublatam fuisse in fauorem Episcoporum residentium, ex d. cap. 4. in fin.

16 Verumtamen hæc duo decreta procedunt in criminalibus tantùm, vt constat ex verbis d. cap. 3. sess. 6. ibi, *ad corrigendum subditorum excessus*, quæ desumpta sunt ex cap. Irrefragabili, de offic. Ordin. & ibi, *Si deliquerit, ab Ordinario loci visitari, puniri, & corrigi valeat*: necnon ex verbis d. cap. 4. sess 14 ibi, *de eorum excessibus, criminibus, & delictis etiam extra visitationem corrigendi, & castigandi facultatem habeant*. Itaque quod pertinet ad decreta cap. 12. sess. 24. cap. 3. sess 7. & cap. 4. sess. 14. in causis ciuilibus salua manet Referendariorum exemptio.

Porrò in causis tam criminalibus, quàm ciuilibus procedit decretū cap. 14 sess. 7. in princ. quod in causis exemptorum innouat, & seruari iubet Constitutionem, cap. Volentes, de priuil. lib. 6. verum hæc Constitutio ad personalem Referendariorum exemptionem non videtur pertinere, vt patebit infra à n. 40. vsque in fin.

17 Postea tamen immediatè d. cap. 14. sess. 7. videtur etiam exemptionem Referendariorum in causis ciuilibus sustulisse, dum addendo prædictæ Cōstitutioni cap. Volentes, in causis ciuilibus mercedum, & miserabilium personarum absolutè iubet

bet exemptos conueniri eorum locorum Ordinarijs tamquam in hoc à Sede Apostolica delegaris, & in aliis causis ita demum si certum iudicem ab ipsa Sede in partibus deputatum nō habeant; priuilegijs, exemptionibus, Conseruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus aduersus præmissa nequaquam valituris.

18 Hæc de Constitutione Paulli III. & decretis Cōc. Trident. à quibus exemptionem Referendariorū sublatam fuisse, vel ex eo deprehendi potest quod Sixtus V. vt mox dicetur, tribuit Referendarijs exemptionem tamquam nouum priuilegium, vt innuunt verba Constitutionis, ibi, *vt Referendarij ad suscipiendos pro dicta Sede labores exemptiores reddantur*, quo exinde spiritualibus, & temporalibus gratijs se cognouerint vberius affe fectos. Indubitatum est autem, vt inquir Oldrad. cons. 326. Quod articuli, nu. 16. quod vbi quid in viam gratiæ conceditur, necessariò subinfertur, vt in contrarium sit ius commune, l. 1. ff. ad municip. l. 1. C. de thesaur. lib. 11. Ac præterea cùm Paulus III. non solum Referendarios, sed etiam eorum beneficia, & familiares prius exemisse à iurisdictione Ordinariorum amplissimis verbis vniuersalibus, ac geminatis vt initio diximus; si prædicta exemptio salua esset, Sixtus V. concedendo exemptionem restrictam ad ipsos Referendarios dumtaxat, & verbis non adeo prægnantibus, vtiq; non solum tribuisset priuilegium inane, & elusorium contra cap. In his, de priuil. sed illos segniores magis quàm promptiores reddidisset ad labores perserendos, eisque non vberiores gratias concessisset, sed potius ademisset, ac limitasset iam concessas contra declarationem suæ intentionis, quæ ex prædictis verbis colligitur iuxta Clem. 1. de prob. & tradita per Anchar. cons. 293. nu. 6. vers. Quinto quod dicta regula, Et inducta in fauorem retorquerentur in odium contra l. Quod fauore, C. de legib. l. Si iudex, ff. de minor. cum vulg.

19 Ergo Sixtus V. in Constitutione, quæ incipit, Quemadmodum, edita 22. Septembris 1586. Referendarios præuia illorum præfinitione ad numerum centum, iterum eximit ab Ordinariorum iurisdictione his verbis [Omnes, & singulos nunc, & pro tempore existentes Referendarios vtriusq; vel alterius Signaturæ in nostros, & pro tempore existentes Romani Pontificis familiares, continuos Commensales gratiosè recipimus, & ab omni iurisdictione Ordinariorum locorum quorumcumque eximimus, & totaliter liberamus, & nobis, ac dictæ Sedi immediatè subijcimus] Et quoad hanc Constitutionem eum soli Referenda-

20 rij in ea eximantur ab Ordinarijs locorum nulla facta mentione familiarium; absolutum est familiares huiusmodi vtcumque exemptos in Constitutione Pauli III. in causis criminalibus subesse omnimodæ iurisdictioni Episcopi ad præscriptum cap. 4. sess. 14. In causis verò ciuilibus iuxta terminos cap. 14. sess. 7. nam cùm hic casus familiarium fuerit in vltima Constitutione Sixti omissus, remāsit in dispositione Concilij, l. Commodissimè, ff. de liber. & posth. cap. Cum expediat, de elect. lib. 6.

Sed quoad Referendarios pro absolutione quæstionis principalis tres articuli supersunt examinandi.

21 Primus est, An prædicta Sixti Constitutio derogauerit decretis Concil. Trident. in cap. 3. sess. 6. in cap. 4. sess. 14. & cap. 11. sess. 24. in quibus exempti subijciuntur Ordinario tamquam Sedis Apostolicæ delegato.

Secundus est, An Referendarij gaudeant omnimoda exemptione à iurisdictione Ordinariorum ex eo quod à Sixto V. recepti fuerint in familiares, continuos commensales Papæ.

Tertius casus est, An eorū exemptio sit restringenda ad limites cap. Volentes, de priuileg. lib. 6. itaut locum non habeat ratione delicti, seu contractus, aut rei, de qua contra ipsos agitur.

Quoad primum ratio dubitandi oritur ex eo, quod cum Sixtus V. exemerit Referendarios à iurisdictione ordinaria, non videtur sustulisse dispositionem Concilij, quæ supponit exemptos Ordinarijs non simpliciter, & absolutè, sed tamquam

22 Sedis Apostolicæ delegatis: quandoquidem nunquam Papa ita eximit aliquem quin ipse possit per se, vel suos delegatos procedere, Abb. in cap. Graue, n. 1. & 3. de offic. Ordin alioquin exempti essent acephali contra text. in cap. Nulla ratione, 93. dist. & tradita per Abb in cap. Nouit, de iudic. Cum tamen sit de necessitate salutis vt omnis creatura subsit Papæ, vt in Extrauag. Vnam Sanctam Ecclesiam, & ibi glos. de maior. & obed. D. Thom. relatus à Felin in cap. 1. n. 10. de Constit. Vnde subla-

23 ta iurisdictione ordinaria, non censetur sublata iurisdictio per Sedem Apostolicam delegata, Ob quam rationem in clausula Constitutionis Pauli III. initio relata Referendarij eximuntur à iurisdictione quorumcumque Ordinariorum, & iudicum à Sede Apostolica delegatorum, quod non fecit Sixtus V. & hæc interpretatio videtur in dubio amplectenda, quia per eam Extrauagans Sixti V. conciliatur cum decretis Concilij, §. His ita, 25. q. 2. cap. 1. extra, de cognat. spirit. Io. Mon. cap. 1. n. 2. de Const. lib. 6. expedit enim iura iuribus concordare d. cap. Cum expediat, de elect. eod. lib. cū simil. Et pro hac parte ponderanda etiam sunt verba d. cap. 11 sess. 24. ibi, *vel in posterum concedi contigerit*, quibus Concilium derogat etiam futuris exemptionibus decernens eas nō obstare quominus, ij, quibus deinceps concedentur, subsint Ordinarijs auctoritate delegata. Quæ clarius videntur procedere quoad visitationem, quia de ea

24 nulla fit mentio in Constitutione Sixti V. & sub generali concessione exemptionū non comprehēditur exemptio à visitatione, Rota decis. 2. de cens. in Antiq Achill. decis. 186. num. 2. pat. 1. propterea enim Paulus III in sua Constitutione exemit Referendarios nominatim à correctione, & visitatione Ordinarij: vnde hic casus tamquam omissus in Constitutione Sixti V. videtur remansisse in dispositione cap. 3. sess. 6. Conc. Trident. quo exempti subiecti sunt visitationi Ordinarij loci tamquā delegati Sedis Apostolicæ.

25 Sed his non obstantibus verior videtur contraria opinio: nam priuilegium exemptionis Sixti V. ita intelligi debet, vt aliquid operetur, cap. Abbate, de verb. signif l. Quoties, la seconda, ff. de rebus dubijs, Aut. de Butr cons. 19. nu. 3. cùm præsertim vtatur verbis prægnantibus, & geminatis: nam, vt inquit Butr. vbi supra de priuilegiis Papæ nihil vacare debet, & singula verba geminata debent aliquid importare, cap. Romanorum, 19. dist. l. Si quando, de inoff. testam. l. 1. C. de thesaur. lib. 10. At Referendarij ex indulto Pauli III. iam exempti erant à iurisdictione tam ordinaria, quàm delegata, & dum postea Concilium subiecit exemptos

Episco-

Episcopis tamquam Delegatis Sedis Apostolicæ, exemptionem a iurisdictione ordinaria non vulnerauit, vt per Abb. in d.cap.Graue, num.1. & 5. de off. Ordin. & dictum est supra proximè. Vnde si Sixtus exemisset Referendarios à iurisdictione ordinaria tantùm, nihil omnino illis contulisset, sed solum tribuisset exemptionem eis iam concessam à Paulo III. ac minimè ademptam, aut vulneratam à Concilio. Ergo vt Sixti priuilegium aliquid operetur, dicendum est exemisse Referendarios ab Ordinarijs etiam procedentibus authoritate delegata, non quidem ex speciali delegatione, sed ex illa, quæ à Concilio generaliter annexa est iurisdictioni ordinariæ. Neq; enim Constitutio Sixti, & Conciliū possunt hoc casu ad concordiam reduci, quia priuilegium potius debet ita interpretari, vt in suo casu corrigat ius præcedens, quàm vt sit inane, & frustratorium, vt est casus in cap. In his, infra eodem, vbi id not. Ant. de Butr. Abb. ac cæteri omnes, & in cap. Abbate, vers. Quia cum priuilegium, inf. de verb. signif. Cum præsertim intentio Sixti fuerit Referendarijs vberiorem gratiam facere, vt ad suscipiendos pro Apostolica Sede labores promptiores reddantur, vt superius ponderauimus.

Vnde cùm Constitutio, & Concilium nequeant conciliari, standum est Constitutioni tamquam posteriori, cap. 1. de Const. lib.6. cap. Vasa, de consecr. dist. 1. cap. 1. supra de cognat. spirit glos. Hug. Archid & Præpos. in cap. Domino Sancto, 50. distinct. Bald. conf. 213. Primo statuto, in princ. lib. 1.

26 Nec refert quod Concilio Tridentino specialiter non derogauit: nam cùm in eo authoritas Sedis Apostolicæ non solum tacitè, vt in omnibus œcumenicis Concilijs, sed etiam expressè, ac nominatim præseruata fuerit, vt legitur in cap. vlt. sess. 25. de reform. Quidquid sit in alijs Concilijs generalibus per cap. Ex parte, de capell. Monach. cap. Eam te, de ætat. & qualit. & cap. Nonnulli, de rescript. certè Tridentino non est opus specialiter derogare, sed satis est, vt summus Pontifex statuat contrarium eius, quod Concilium disponit, vt aliàs resoluit Sacra Congregatio, & praxis quotidiana obseruat. Neque enim in indultis, priuilegijs, prouisionibus, ac dispensationibus, quæ aliquando ex legitimis causis à Sede Apostolica conceduntur Tridentinæ Synodo consueuit expressè derogare. Quod etiam adnotauit Anastas. Germon. de indult. Cardin. in §. Per quæ sublatis, num. 74. p. 57.

27 Nec propterea dici possunt acephali, quia remanent immediatè subiecti Sedi Apostolicæ ad præscriptum eiusdem Constitutionis, & iudicibus ab ea specialiter delegatis, cùm Papa sit Ordinarius iudex exemptorum, glos. in cap. 4. in verb. Sedis Apostolicæ, de priuileg. lib 6. Roman. consil. 369. Circa primum, num. 19 & seq.

28 Neque obstat quod d. cap. 11. sess. 24. videatur tollere etiam futuras exemptiones in illis verbis, *vel in posterum concedi contigerit*.

Primò enim respondetur decretū illud ad Referendarios non pertinere, vt superiùs probatum est à num. 2. vsque ad num. 12.

Deinde respondetur Concilium ibi in principio non egisse de priuilegijs, & exemptionibus, quæ conceduntur specialiter, & expressè, sed de his, quæ veniunt concomitanter, & accessoriè ad titulos honorarios Protonotariatus, vel alios huiusmodi, vt innuunt verba illa, *quæ varijs titulis a Sede Apostolica conceduntur*. Et de his statuit, vt siue iam concessa fuerint, siue in posterum concedantur, nihil ex ijs detractum esse intelligatur iurisdictioni Ordinarij. Sed non impedit Concilium quin Romanus Pontifex possit concedere nouas exemptiones, vt fecit Sixtus V. nec impedire potuisset, vt constat ex cap. Significasti, & cap. Innotuit, de elect. vers. Quamuis autem Canon Lateranen. Concilij. Quod multò magis procedit hoc casu stante præseruatione authoritatis Papæ, de qua in d.cap. vlt. sess. 25. de reform. Vnde Referendarij etiam post Concilium creati non gaudēt quidem exemptione illa, quæ huic titulo ante Concilium ex indulto Pauli III. annexa erat, cum eadem exemptio fuerit à Concilio sublata quatenus in eo decreto comprehendantur Referendarij: sed tamen salua manet exemptio, quam postea illis Sixtus V. specialiter impertitus est.

29 Tertiò respondetur illa verba Concilij, *vel in posterum concedi contigerit*, ad summum nihil aliud importare, quam clausulā derogatoriam ad contrarias futuras litteras Apostolicas. At Sixtus V. cum exemptionis priuilegiū Referendarijs contulerit motu proprio, & ex certa scientia, & cum amplissimis derogationibus ad contrarias Constitutiones etiam habentes clausulas derogatoriarum derogatorias, quarum tenores pro expressis haberi voluit: vtique per clausulas huiusmodi sustulit Constitutiones contrarias etiam habentes clausulam derogatoriam, & annullatiuam earum, quæ in contrarium fierent, Ant. de Butr. in cap. 1. de rescript. Bart. in l. Si quis, in princ. testam. de leg. 3. Federic. de Sen. conf. 47. Habita super casu, n. 2. Alex. conf. 111. Perspectis, lib. 6. vbi consuluit pro quatuor Cardinalibus creatis à Paulo II. per litteras in forma Breuis exhibitas post obitum illius, & latissimè respondit eas litteras valere, & per prædictas clausulas fuisse sufficienter derogatum Extrauaganti Eugenij IV. incipien. In eminenti: habenti clausulam derogatoriā ad sequentes contrarias dispositiones.

30 Item non obstat quod exemptio à iurisdictione non includat exemptionem à visitatione: nam respondetur id non procedere si exemptio concepta sit verbis vniuersalibus, quorum vis in hoc consistit, vt includat etiam ea, quæ aliàs in simpli-

31 ci, aut generali dispositione non includerentur, gl. in cap. Pastoralis, de donat. in ver. Temporaliter, Salycet. in l. 2. C. de noxal. Dec. in cap. Sedes, col. penul. in fin. de rescript. Aym. conf. 294. Verba trāslationis, num. 1. & seqq. quod multò clariùs procedit hoc casu, in quo Sixtus V. exemit Referendarios per verba non solum vniuersalia, sed etiam geminata, ibi, *ab omni iurisdictione quorumcumque Ordinariorum eximimus, & totaliter liberamus*. Ex his, quæ plenè notantur per Decian. consil. 11. Sententiam clarissimi, num. 11. & seq. vol. 3.

32 Vnde in simili quamuis in verbis vniuersalibus non veniant regalia, & iura Principi reseruata: tamen secus est si verba huiusmodi vniuersalia sint geminata, Dec. conf. 197. col 2. post medium, vers. Præterea, Iaf. conf. 161. in princ. lib. 2. Similiter quamuis Papa det facultatem Legato conferendi beneficia qualitercumque vacantia non veniant beneficia reseruata, Rota decis. 119. Legatus, vel Nuntius, in nouis, & decis. 36. Nota, Legatus, in antiq. aliud tamen est si eadem facultas concessa

fue-

fuarit per verba vniuersalia, prægnantia, & geminata, vt declarat Aym. consil. 109. Illustrissimus Princeps, num. 10. vers. Ad illud respondeo. Quod si diceremus hoc casu Referendarios non esse exemptos à visitatione, non verificarentur verba illa, *ab omni iurisdictione*, &c. cum visitatio fit de lege iurisdictionis, cap. Conquerente, & cap. Dilectus, vbi glos. in var. De lege iurisdictionis, de off. Ordin.

33 Accedit quod cùm Referendarij in Bulla Sixti V. fuerint immediatè subiecti Sedi Apostolicæ, per hoc fuerunt etiam exempti ab Ordinarij visitatione, Calder. consil. 456. alias 14 de cens.

34 Quoad secundum articulum solutio pendet ab inspectione an Referendarii sint verè, & propriè familiares Papæ, an verò simpliciter ex priuilegio absolutum est enim veros familiares frui omnimoda exemptione à iurisdictione Episcoporum, vt inferiùs patebit: alioquin essent deteriores conditionis, quàm familiares Cardinalium quorum exemptionem idemmet Concilium Tridentinum præseruat in cap. 11. sess. 24. vers. Quæ verò, præterquam ratione beneficiorum, quæ obtinent.

Et quidem Referendariis videntur primò suffragari verba Constitutionis Pauli III. initio relatæ, quæ videntur eorum familiaritatem importare, ibi, *Referendarii nostri, qui præ cæteris Officialibus, & Ministris propinquius nobis assistunt*.

Quibus itidem non videntur deesse requisita Commensalitatis, cùm panem ex palatio habeant, & seruitii, cum assiduè laborent circa supplicationes, & commissiones, vt in eadem Constitutione subnectitur, ibi, *circa ipsas supplicationes, & commissiones pro nostro, & Apostolicæ Sedis honore, ac vniuersalis Ecclesiæ vtilitate indefessè laborant*. Et in prædicta Constitutione Sixti V. ibi, *ad suscipiendos pro dicta Sede labores*. Manifestum est autem

35 ex commensalitate, & seruitio constitui veram, & non fictam familiaritatem, cap. Cum nobis, de verb. signif. lib. 6. Oldrad. consil. 198. Dominus, n. 2. Verall. decis. 54. lib. 1.

36 Sed in contrarium faciunt quæ tradit Gomes in reg. de impetr. benef. per ob. fam. Card. num. 2 vbi ait Cardinales quamuis habeant panem ex palatio album, & famulantur Papæ, tamen non esse Papæ familiares; quia dicitur seruitium, & panis causa honoris, non causa familiaritatis, quæ requirit seruitium, & alimenta. Idemque de Rotæ Auditoribus ex facto respondit Paul. de Castr. consil. 340. præmissis allegationibus, per totum lib. 1. Ad hoc enim, vt quis dicatur verè, & non fictè familiaris, oportet vt insistat circa personam, & viuat expensis illius. Et hoc dico debere copulatiuè concurrere, docent in d. cap. Cum nobis, Archid. Io. And. Gemin. Franc. & alii omnes, & ita de stylo Curiæ obseruari testatur Gomes. loc. cit. post Vitalia. in Clem. fin. nu. 34. & seq. de celebr. Missar. & Aegyd. Bellam. consil. 20. num. 1. & 4. Atque vt viuans expensis eius, cuius sunt familiares exigit etiã Concilium Tridentinum in cap. 5. sess. 14. hi verò, qui non insistunt circa seruitia personalia, & non habent expensas, dicuntur ficti familiares, & non gaudent prærogatiuis familiarium, Paul. de Castr. d. consil. 340. num. 2. vers. Cæterum, lib. 1. & alii superiùs relati. Et propterea Sixtus V. non declarat Referendarios esse tã familiares, & perpetuos commensales, sed simpliciter eos recipit in talas, adiecto aduerbio illo, *gratiosè*, innuens eos non verè, sed ex gratia, & priuilegio familiares existere: nam si haberent requisita commensalitatis, & seruitii, non fuisset opus illos recipere in familiares ex gratia, sed potius procedendum fuisset per viam declarationis.

37 Nec refragatur quod Paulus III. in Constitutione, quæ incipit, Ad perpetuam rei memoriam Sanctissimus in Christo Pater, publicata 22. Decembris 1534 quæ est prima in Bullario, declarauerit Referendarios licèt in Palatio non habitent, nec in Tinello comedant, in posterum veros, & indubitatos Papæ, & non per priuilegium, nec fictè familiares continuos commensales censeri, reputari, & esse. Nam respondetur eam Constitutionem habere locum dumtaxat ad effectum regularum Cancellariæ, & reseruationum Apostolicarũ, vt colligitur tum ex vers. Itaut regulis tam editis, &c. tum ponderando aduerbium illud, *in posterum*, quod apertè ostendit huiusmodi Constitutionem non esse propriè iuris veteris declaratoriam: nam si esset talis implicaret contradictionem, & repugnantiam quamdam, vt non trahretur ad præterita, vt inquit Dec. in cap. fin. num. 44. de Constit. Tum denique, quia si ex Constitutione Pauli III. Referendarii quoad omnia fuissent veri, & indubitati Papę familiares ineptũ fuisset vt Sixtus V. eos recepisset postea in familiares ex gratia, atsque exemisset ab Ordinariorum iurisdictione, vt superiùs est ponderatum. Dicendum est igitur quoad alios affectus Referendarios non obstante prædicta declaratoria non esse veros familiares, sed ex priuilegio tantùm, deficientibus scilicet requisitis, nec gaudere prærogatiuis familiarium, l. Alimenta, §. Libertis, ff. de alimen. & cib. leg. Super, §. fin ff. de lur. immun. l. Qui sub prætextu, C. de sacros. Eccles. & d. c. fin. in ver. Fictè, de verb. signif. ita Paulus de Castr. d. consil. 340. num 7. vers. Cæterum, lib. 1. Ratio est secundum eum, quia huius vocabuli, familiaris, significatio certa est in iure; familiaris enim propriè, & verè dicitur, quem Superior super se, & sui cultus causa tenet, & continuus commensalis suæ domus existit, l. Cùm quæreretur, ff. de leg. 3. l. Aediles, § Familiæ, ff. de ædil. edict. & d. c. fin. Sola autem professio statum personæ non immutat, l. Neque professio, C de testamen. l. Non nudis, & l. Non epistolis, de probat. l. Caius, ff. de Iurepatr. Et Princeps quamuis possit contra veritatem fingere, vt patet in fictione postliminij, & legis Corneliæ: tamen veritatem mutare non potest, l. 1. C. Si se ab hæred. abstin. l. In bello, ff. de capt. & postlimin. reuers. Assumptio enim in hanc familiaritatem, quæ non est, minimè potest veritatem immutare, l. Assumptio, ff. ad mu-

38 nicip. Vade in simili cum Iulius III. concessisset Francisco de los Cobos iuspatronatus, & præsentandi cum clausula, vt huiusmodi iuspatronatus eiusdem prorsus naturæ, roboris, & efficaciæ esset, ac cuiusuis patronatus laicorum, etiam Nobilium, Regum, Ducum, Marchionum, Baronum, & aliorum Principum; & perinde ac si ex nobilium dotatione, & fundatione existeret, illaque aliter per Romanum Pontificem, & Sedem Apostolicam derogari non posset; & quæsitum esset à S. Congregatione, an tale iuspatronatus esset abrogatum à Concilio, necne? S. Congregatio censuit esse abrogatum, cum sit iuspatronatus ad instar, & sic non Regum, nec ex fundatione.

Itaque Referendarij in vim prædictę Extrauagan-

gentis Pauli III. aut non gaudent exemptione à iurisdictione Ordinarij, cum sint ficti familiares quoad alios effectus, quam reseruationum, &c. aut si gaudent, huiusmodi exemptio postea sublata fuit à Concilio Tridentino, & eo magis, quia in eadem Extranag. declarantur familiares promiscuè non solum Referendarij, sed etiam Protonotarij, Acolythi, & c quorum tamen exemptionem indubitatum est fuisse abrogatam ex cap. 11. sess. 24.

39 Vnde Referendariorum exemptio ex hoc capite familiaritatis videtur satis turbida, præsertim ratione beneficiorum, quæ obtinent: nam decretum d. cap. 11. sess. 24. postea quam subiecit exemptos Episcoporum iurisdictioni, adiecit in fine clausulā infrascriptam [Quæ verò priuilegia residentibus in Curia Romana vigore Eugenianæ Constitutionis, aut familiaritatis Cardinalium competere solent, ea in ijs, qui beneficia ecclesiastica obtinent, ratione prædictorum beneficiorum minimè intelligantur, sed Ordinariorum iurisdictioni subiecti permaneant] Concordat text. in cap. 1. vers. Nisi forsan, de priuil. lib. 6.

40 Quoad tertium, & vltimum articulum, cùm priuilegia, & rescripta in dubio ad intellectum iuris communis sint referenda, cap. Cum adeo, & cap. Causa quæ, de rescr. Anch. cons. 153. Pro fratribus, n. 3. non leuis est difficultas, an exemptio Referendariis concessa à Sixto V. sit restringenda ad terminos Decretalis Innocētij IV. in generali Cōcilio Lugdunensi editæ, quæ habetur in cap. Volentes, de priuil. lib. 6. vbi declaratur exemptionis priuilegium non suffragari ratione delicti, seu cōtractus, aut rei, de qua agitur. An potius constitutio Sixti aduersetur prædictæ Decretali, Volentes, adeout tamquam posterior illam censeatur sustulisse per derogationem, quam ponit in fine ad contrarias Constitutiones etiam editas in generalibus Conciliis, iuxta text. in cap. Eam te, de ætat. & qualit. & in cap. Cum nonnulli, cum materia, de rescript.

41 Pro cuius dubitationis clariori explicatione repetendum est memoria, quod alias perpendit S. Congregatio in exemptione Regularium; nempe exemptorum olim duas species extitisse.

Prima species erat illorum, qui generaliter, & indefinitè exempti erant ab Ordinarij iurisdictione, idest nulla facta expressione delicti, seu contractus, aut rei litigiosæ. Et quoad hanc exem-
42 ptorum speciem variè se torquebant DD. super illius intelligentia, atque interpretatione, vt notatur in cap. Tuarum, supra eod. & in cap. Placuit, 6. qu. 3. Quidam enim existimabant exemptionem tamquam generalem esse generaliter intelligendam, itaut locum sibi vendicaret vbicumque committeretur delictum, cap. Frater noster, 16 qu. 6. & cap. Sicut nobis, de supplen. neglig. Prælat. & vbicumque iniretur contractus, aut res ipsa consisteret, ad exemplum Proconsulis maioris, qui indistinctè non intromittit se de causis fiscalibus, l. Nec quicquam, §. 1. ff. de off. Procons. Alij verò contra censebant eam esse restringendam vt non haberet locum vbi sic exempti delinquerent, seu cōtraherent, aut res sita esset in loco non exempto. Ad hanc verò altercationem dirimendam emanauit prædictum cap. Volentes, de priuil. lib. 6. quo declaratum fuit exemptionem vtcumque generalem in tribus casibus prædictis non suffragari, vt ibi explicant Archid. & Io. Andr. in princ.

Secunda species erat illorum, qui exempti erant non simpliciter, & indefinitè, sed cum specifica expressione dictorum trium casuum delicti, seu contractus, aut rei. Et quoad hanc secundam speciem prædicta Decretalis nihil noui statuit.

43 Quod probatur primò, quia edita fuit solum ad declarationem controuersię, quæ erat super interpretatione exemptionis primæ speciei, vt patet ex illis verbis, *declaratione irrefragabili diffinimus*, quę indicant Pontificem noluisse nouum ius inducere; sed tantùm quod prius latebat manifestare, vt illic pluribus comprobat Philipp. Prob. in addit. ad Io. Mon. post Gemin. cons. 71. col. 1. ver. Contrarium: hæc enim est natura declarationis, vt est casus in l. Hæredes palam, § Quod verò, & §. Sed etsi notam, vbi id notant Bart. Paul. de Castro, & DD. ff. de testam. Anchar. cons. 65. n. 2. Fulgos. cons. 147. in fin. vers. Ad secundum, Bellam. decis. 74 col. 2. vers. Ideo talis dicitur propria declaratio. At circa exemptos huius secundæ speciei nulla suberat controuersia: non enim de his dubitari poterat quin essent exempti ratione delicti, contractus, ac rei sitæ, quia hi tres casus erant nominatim expressi in eorum priuilegio, cuius tenor cùm esset clarus, omnino erat obseruandus, cap Porro, cap. Cum plantare, supra eodem, & infra, cap. Petitis, cum concord. ergo d. cap. Volentes hanc speciem exemptionis non comprehendit. Alioquin si sustulisset exemptiones etiam in tribus casibus prædictis, vtique non declarasset priuilegia exemptorum, sed illa potius abrogasset, aut restrinxisset, ac nouum ius induxisset: hoc autem repugnat Constitutioni iuris veteris declaratoriæ; vt superius dictum est, & in terminis d cap. Volentes tradunt Gemin. & Probus loc. cit

Prætarea Innocentius IV. initio illius Decretalis declarat se velle vt libertas, quam nonnullis Apostolica Sedes priuilegio exemptionis indulsit, sic integra obseruetur, vt & illam alij non infringant, & ipsi eius limites non excedant; quibus verbis vnde mens Pontificis, & causa finalis elicitur, satis constat tantùm abesse vt voluerit Apostolica priuilegia infringere, vt potius expressè declarauerit se intendere, vt illa omnino salua, atque illibata permanerent.

Quibus sic præhabitis dubitari potest, An exemptio Referendariorum, de qua in prædicta Constitutione Sixti V. sit referenda ad primam, vel ad secundam speciem exemptionis, de qua supra; & sic an sit pręseruata necne ab eadem Decretali Innocentij IV. & à Concilio Tridentino illam innouante in cap. 14. sess. 7.

Et quidem ex vna parte eorum exemptio videtur esse secundæ speciei, & sic præseruata vt supra; quia etsi in priuilegio non exprimantur casus delicti, contractus, ac rei, &c. tamen satis videntur expressi ex verbis clausulæ superius relatæ, quæ cùm sint vniuersalia, ac geminata ponderando di-
44 ctiones, *omnes*, *quorumcumque*, & *totaliter*, nihil relinquunt intactum, Bald. cons. 305. Verba Principis, in princip. num. 1. vers. Quoad verba, lib. 1. & comprehendunt omnia, quæ escogitari possunt. Decian. d cons. 11. nu. 11. vol. 3. Crauett. cons. 294. n. 1. & seq. itaut vim habeant etiam specialis expressionis, Bart. in l. 1. in fin. ff. Si quis in ius voca. latè Crauett. vbi supra, n. 2.

45 At in cōtrarium stat littera textus in dicto cap. Volentes, vbi Pontifex loquitur de totaliter exem-

ptis,

ptis, ibi, *quantumcumque gaudeant libertate* : per
hane enim, & similes dictiones lex dicitur effrena-
tè loqui secundum Arcbid. in cap. Si tibi absenti,
col 2.in ver.Quicumque,de præben lib.6. & tamen
declarat eos huiusmodi libertate, & exemptione
non gaudere in tribus casibus ibi exceptis. Atque
ita illum textum ad hoc pōderat Gemin.cons.72.
col.1.vers.Contrarium, vbi ait illum esse declara-
torium priuilegiorum concedentium exemptionē
quantumcumque latam. Et Infra [Ex his, inquit,
infertur vna conclusio, quod illi tres casus, de
quibus loquitur cap. Volentes non erant inclusi in
verbis priuilegiorum exemptorum quantumcum-
que fuerit plena exemptio] Cui quidem consilio
subscripserunt, ferè omnes Doctores Bononienses,
vt idemmet Gemin.testatur in eod. cap. Volentes,
§.fin.ad fin. Et certè si exemptionum tenores in-
spiciantur, apparebit nullam ferè concessam fuisse,
nisi cum verbis, *ab omni,quacumque iurisdictione,
aut plenè, seu totaliter, penitus*, & his similibus:
quare si Constitutio d. cap. Volentes, eiusmodi
exemptiones non comprehenderet, redderetur fe-
rè inutilis, & frustratoria. Ex quibus videtur se-
qui, vt Referendariorum exemptio recipiat decla-
rationem, ac limitationem, de qua in ead. Decre-
tali, itaut locum non habeat ratione delicti per-
petrati, contractus initi, aut rei existentis in loco
non exempto.

Et tenendo hanc opinionem non obstat, quod
cum Referendarij nullum habeant locum exem-
ptum, si exemptione frui non debeant cum delin-
quunt, seu contrahunt, aut res litigiosa consistit
extra locum exemptum inde fiet vt nullo casu
exemptionis priuilegio gaudeant, contra text. in
eod.cap.Volentes,vers.Numquid ergo carent om-
nino in his commodo libertatis.

46 Nam responderi potest eos, qui habent priuile-
gium exemptionis indefinitum, non solum gau-
dere exemptione cùm delinquunt,contrahunt,aut
res sita est in loco exempto, quod verificari non
potest in Referendarijs; sed etiam cū delinquunt,
contrahunt, aut res consistit extra locum vbi do-
micilium habent, quamuis idem locus exemptus
non sit; neque enim propterea conueniri possent
in loco domicilij,sicuti conueniri possent,si exēpti
non essent, Auth.Si qua in prouinc.C.Vbi de crim.
agi opor.Io.Mon.in d.cap.Volentes,n 4.vbi reddit
rationem,de priuil.lib.6. Ita disertis verbis statui-
tur in d.§ Numquid ergo, ibi,*quia nec vbi domici-
lium habent, si alibi delinquant, vel contrahant,
aut res ipsa consistat, conueniri possunt delinquen-
tes super istis*. Atque ita quamuis Referendarij
nullum habeant locum exemptum; non tamen
eorum exemptio reddetur omnino inutilis ex eo
quod restringatur ad tres casus vt supra exceptos,
quia poterit verificari in prædicto casu domi-
cilij.

47 Itidem non obstat quod Sixtus V. receperit
Referendarios sub protectione Sedis Apostolicæ,
atque illos immediatè subiecit: nam receptio so-
la sub protectione Sedis Apostolicę exemptionem
non importat, vt hic, & in cap.Si Papa, eodem tit.
lib.6.& dictum est supra in primo not. Subiectio
48 autem Sedi Apostolicæ nihil videtur operari in
casu, de quo agitur, quia cum nemo possit esse
acephalus, eo ipso quod ab Ordinario eximitur,
remanet Papæ subiectus, cap. Nulla ratione, 93.
dist. Et propterea passim dicunt DD. Papam esse
Prosp.Fagn.in 2.par.5.lib.Decretal.

Ordinarium exemptorum, glos.in cap.Auctorita-
te, in ver.Sedis Apostolicæ,de priuil.lib.6. & dictū
est supra nu. 27. vnde quemadmodum generaliter
exempti non gaudent exemptione in tribus casi-
bus exceptis in d.cap.Volentes, ita nec immedia-
tè subiecti Sedi Apostolicæ, quia hæc subiectio cū
sit expressio eius, quod tacitè inest exemptioni,
nihil præter exemptionem operatur, ad l.3. & ibi
Bart.ff.de leg.1.

49 Cæterum etsi hæc ita se habeant; tamen ex alio
capite cogitabam euitare posse hoc casu disposi-
tionem d.cap.Volētes,de priuil lib 6. nempe quia
loquitur tantummodo de exemptionibus mixtis,
idest concessis loco, & personis simul, quales sunt
exemptiones Regularium, de quibus in §. In eos
autem, & Canonicorum, contra quos de iure pro-
cedit Episcopus cū delinquunt in loco non exem-
pto, vt per Calder.cons.127.aliàs 13.de iud. circa
med.vers.Nisi quando delictum: etiamsi existant
in loco exempto, si tamen in loco non exempto
50 delictum committant, seu explicent, puta proij-
ciendo lapides, vel aliter turbando Ordinarium
cum campanis existentibus in loco exempto,cap.
Parentibus,supra eod. Gemin.cons.72.num 6. vers.
Nec obstat vsque in fin. loquitur,inquam,prædicta
Decretalis tantummodo de exemptionibus mix-
tis: nam cum declaret exemptos quantumcumq;
gaudeant libertate, nihilominus posse coram lo-
corum Ordinarijs conueniri si delinquant, seu
contrahant, aut res,de qua contra ipsos agitur cō-
sistat in loco non exempto: necessariò supponit
adesse aliquem locum exemptum, in quo prædicti
tres casus aliquando possint contingere. Ideoque
in §.Numquid ergo, respondet tacitæ obiectioni,
quod per huiusmodi restrictionem exemptio red-
datur inutilis, soluit non propterea fore vt exem-
ti careant commodo libertatis, quia gaudebunt
exemptione, si delinquant, seu contrahant,aut res
sita sit in loco exempto: quod cùm minimè con-
ueniat exemptioni Referendariorum, quæ merè
personalis est, necessariò sequitur, vt illi nec con-
ueniat dispositio illius Decretalis, ad l.4.§.Toties
ff. de damn. infec & ita in indiuiduo in Capella-
nis, & familiaribus Papæ tenet Abb. in cap. Tua-
rum,nu.8.vers Quandoque conceditur exemptio,
supra eodem.

51 Nec refert, quod personaliter exempti frui pos-
sint commodo libertatis quoad hoc vt conueniri
non possint in loco domicilij, si alibi delinquant,
aut res ipsa consistat: siquidem textus vult saluam
esse exemptorum libertatem nō solum quoad hoc
vt conueniri non possint in loco domicilij, neque
illuc remitti, sed etiam quoad hoc vt nullibi con-
ueniri possint cùm in loco exempto delinquunt,
seu contrahunt, aut res litigiosa consistit. Et hic
secundus casus, qui frequentior est, & magis fauet
exemptioni, nullatenus verificari potest in exem-
tis quoad personam tantùm, vt patet ad sensum.
quotiescumque autem lex requirit concursū duo-
rum, altero deficiente non habet locum legis di-
spositio, l.Si hæredi,ff.de cond. instit. Io. de Anan.
cons.32. Vltra alia,nu.7.vers.Circa quartum, Ias.in
l.1.n.2.ff.de iust.& iur.Felin.in cap.Ex parte,nu.21.
de rescript.

Et reuera exemptio Referendariorum esset pla-
nè ridicula, si vbiuis delinquerent, seu contrahe-
rent, aut res litigiosa consisteret indistinctè subes-
sent iurisdictioni Ordinarij loci, & solum conue-

niri non possent coram Ordinario domicilij si alibi delinquerent, contraherent, aut res sita esset: qui casus est admodum rarus, cùm Ordinarij domicilij non soleant regulariter procedere cõtra eorum subditos pro delictis patratis ab eis, aut contractibus initis in aliena diœcesi, nec Ordinarij loci, delicti, vel contractus facilè delinquentes, vel contrahentes remittant ad Ordinarium domicilij, præsertim si in causa præuenerint: vnde de hoc casu tamquam minus contingibili non censetur Pontifex disposuisse, arg. l. Nam de ea, ff. de legibus.

Præterea text. in d. cap. Volentes, vt dictum est supra, emanauit ad dirimendam altercationem, quæ erat inter Canonistas de Templarijs, & Hospitalarijs delinquentibus extra locum exemptũ, vt legitur, & notatur in cap. Tuarum, in glos. in ver. Priuilegij beneficio, supra eod. vnde censetur disposuisse de exemptionibus mixtis dumtaxat, non autem de mere personalibus, de quibus nulla erat controuersia.

Et in hunc sensum esse accipiendam prædictam Decretalem vt non comprehendat exemptiones merè personales, colligitur etiam ex Tridentina Synodo ponderando duo sæpius citata decreta, nempè cap. 14. sess. 7. & cap. 4. sess. 14. Nam in primo innouatur, & iubetur seruari in causis exemptorum Constitutio d. cap. Volentes, qua præseruantur exemptiones, & solum declarantur non habere locum in tribus casibus ibi exceptis: in secundo autem funditus tolluntur exemptiones personales, & sic exempti absque vlla restrictione plenè, & in omnibus supponuntur Ordinarijs residentibus vt delegatis Sedis Apostolicæ. Quod si primum decretum includeret etiam exemptiones merè personales, vtique aduersaretur secũdò, quia implicat contradictionem vt exemptiones personales fuerint præseruatæ, & restrictæ ad tres casus iuxta d. cap. 14. atque vt plenè in omnibus sublatæ fuerint iuxta d. cap. 14. ne igitur Concilium videatur paulo post se correxisse, dicendum est primum decretum ad exemptiones personales non pertinere.

52 Porrò si Referendarij obtinerent beneficia ecclesiastica, priuilegium exemptionis nihil illis prodesset quominus ratione dictorum beneficiorum essent subiecti Ordinarijs tam ex d. cap. 11. in fin. sess. 14. quàm ex d. cap. Volentes, §. In eos, vers. Nisi forsan, de priuil. lib. 6. ibi: Non solum habentes priuilegium exemptionis generale, & indefinitum, & sic primæ speciei sed etiã qui specialiter exempti sunt ratione delicti, contractus, ac rei, de qua agitur, & sic exempti secundæ speciei, si obtineant beneficia Ordinarijs subiecta, eorumdem beneficiorum ratione Ordinariorum iurisdictioni declarantur esse subiecti. Confert quod not. Abb. in d. cap. Tuarum, n. 8. vers. Posset tamen dubitari, & post eum Dec. ibi n. 53. supra eod. vbi dicunt personaliter exemptos, puta Capellanos Papæ, si acquirant Ecclesiam in loco domicilij, & faciant ibi residentiam, ratione illius residentiæ posse ibi conueniri, arg. d. cap. 1. §. In eos, de priuil. lib. 6. Confert etiam

53 quod not. Bart. in l. Interdum, §. fin. ff. de iudic. vbi ait Religiosum exemptum, si accipiat executionem vltimæ voluntatis, pro huiusmodi executione conueniri posse coram Ordinario non obstante eius priuilegio exemptionis, & sequitur Dec. vbi supra.

54 Quinimo S. Congregatio Concilij aliàs declarauit Episcopum posse cogere Regulares vtcumque exemptos, qui Confraternitatum, vel Hospitalium administrationem suscipiunt, ad reddendas rationes administrationis, & in eos, quos culpabiles repererit, ad iuris præscriptum animaduertere, iuxta cap. 8. & 9. sess. 22.

Sunt & alij casus particulares, in quibus exempti non gaudent priuilegio exemptionis, quorum generaliter fit mentio in d. cap. Volentes ibi: Saluis nihilominus casibus alijs, in quibus eos Episcoporum iurisdictioni subesse canonica præcipiunt instituta, & quamplures congessimus in cap. Graue à n. 9. supra de offic. Ordin. in quæst. An, & quibus casibus Ecclesiæ, & personæ exemptæ, vel nullius diœcesis tam sæculares, quàm regulares subsint visitationi, & iurisdictioni Episcopi, qui tamen ad præsentem quæstionem, quæ generaliter proponitur, non videntur pertinere.

Ex quibus omnibus videtur concludendũ Referendarios quidem ex priuilegio Sixti V. gaudere omnimoda exemptione à iurisdictione Ordinariorum tam in visitatione, quàm extra eam. Item in causis tam ciuilibus, quàm criminalibus, & vbinis delinquant, seu contrahant, aut res litigiosa consistat: eorum verò familiares, Capellanos, & seruitores subesse visitationi, & correctioni Ordinarij tamquam Sedis Apostolicæ Delegati, quia exemptio à visitatione, & correctione Ordinarij eis concessa in Constitutione Pauli III. ac deinde sublata à Concilio in cap. 3. sess. 6. & cap. 4. sess. 14. minimè reuixit per Cõstitutionem Sixti V. quæ de ipsis nullam fecit mentionem: extra visitationem verò in causis quidem ciuilibus familiares, Capellanos, & seruitores huiusmodi itidem conueniri posse coram locorum Ordinarijs tamquam Delegatis Sedis Apostolicæ iuxta terminos cap. 14. sess. 7. sed in causis criminalibus subesse iurisdictioni Ordinariorum auctoritate delegata, dummodo Ordinarij ipsi in suis Ecclesijs resederint; quia exemptio Pauli III. quoad hoc similiter adempta eis fuit à Concilio in d. cap. 4. sess. 14. & à Constitutione Pii IV. in fauorem Episcoporũ residentium. Sin autem Episcopi à suis Ecclesijs abfuerint, tunc familiares, & alios, vt supra, in prædictis causis criminalibus extra visitationem frui debere exemptione eis attributa à Paulo III. & Episcopis absentibus minimè sublata in d. cap. 4. & Constitutione Pij IV. Quia quod non mutatur, &c. l. Præcipimus, in fin. C. de appell. & l. Sancimus, C. de testam.

De Priuilegijs.

Cap. Quoniam:

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium monasterio concessum, quod eius Monachi excommunicari non possint, intelligitur de Monachis manentibus in monasterio, vel capellis sibi vtroque iure subiectis.*

2 *Priuilegium exemptionis concessum personis respectu certi loci non sequitur illas extra locum, & num. seq.*

3 *Immunitas à tutela suffragatur Clericis, & Monachis*

chis quamdiu apud Ecclesias, vel monasteria permanent.

4 *Regulares, qui studiorum causa ad Vniuersitates mittuntur, si in conuentibus non habitent, ab Ordinarijs puniuntur.*

5 *Regularis Lector in publica Vniuersitate, si delinquat contra instituta sui Ordinis, an sit puniendus à Rectore ipsius Vniuersitatis, an verò à suis Superioribus Regularibus, & num. seqq. vsque in fin.*

6 *Rectoris Vniuersitatis iurisdictio in Lectores, & studentes non complectitur alias causas, quàm eas, quæ oriuntur occasione studiorum, ac professionis.*

Intellectus l. final. C. de iurisdict. omn. iud. ibid.

7 *Iuramentum habet vim roboratiuam, non extensiuam.*

8 *Et in eo semper intelligitur excepta Superioris auctoritas.*

9 *Scholares Clerici non subsunt Rectori Vniuersitatis nisi quoad ea, quæ professionem respiciunt.*

1 QVONIAM. Priuilegium monasterio concessum, quod eius Monachi excommunicari non possint, intelligitur de Monachis manentibus in monasterio, vel capellis sibi vtroque iure subiectis. Hoc dicit Io. Andr. Butr. Cardin. Ancbar. Abb. & Mar. Socin. & est casus quotidianus secundum Abbatem.

2 In textu ibi, *in ipso monasterio permanentibus*: nota quod priuilegium exemptionis concessum personis respectu certi loci non sequitur illas extra locum: vnde si alibi morantur, priuilegio non gaudent, concordat tex. in cap. Volentes, § Eos. de priuileg. lib. 6. vbi priuilegium Religiosis concessum ne à quoquam interdici, suspendi, aut excommunicari valeant, non suffragatur eis, qui degunt vel administrationem suscipiunt in Prioratibus

3 bus Episcopi iurisdictioni subiectis: & est simile in cap. Generaliter, 16. q. 1. vbi immunitas, quam Clerici, & Monachi habent, à tutela siue testamentaria, siue datiua, siue legitima, tamdiu eis prodest, quamdiu apud Ecclesiae, vel monasteria permanent non diuagantes. Item simile in c. Abbate, in fin. infra, de verbor. signif. in cap. Innouamus, supra, de treg. & pac. cum suis concordantijs, & hic notant glos. in ver. Permanentibus. Innoc. in fin. Abb. Antiq. qui summat sic: Priuilegiatus non gaudet priuilegio, cùm moratur, vel destinatur causa vagandi ad Ecclesiam non exemptam, Hostl. n. 1. in ver. In ipso monasterio, & n. 2 Butr. n. 2. vbi ait [Nota quod priuilegium exemptionis personalem concedens exemptionem respectu certi loci, personae subtrahit à iurisdictione diœcesani illius loci inquantum delinquunt, vel aliquid agunt in loco, cui concessa est exemptio: inquantum autem delinquunt extra locum, nõ subtrahit eos]

4 Abb. & Mar. Socin. in vlt. not. Io. Andr. & omnes in summ. tex. Confert Concilium Tridentinum in c 4 sess. 25. de Regular. vbi statuitur, vt Regulares, qui qui studiorum causa ad vniuersitates mittuntur, in conuentibus tãtùm habitent, alioquin ab Ordinariis contra eos procedatur: & adde quod scripsi in cap. Graue, n. 47. supra de offic. Ordinar & ibi vide 45. casus, in quibus Regulares exempti non gaudent priuilegio exemptionis, à n. 37. vsque ad n. 80.

5 Ex facto quæsitum est. Posita Bulla Martini V. qua Lectores publici Vniuersitatis Viēnæ Austriç, cuiuscumque ordinis, gradus, & conditionis subijciuntur Rectori eiusdem Vniuersitatis, itaut ab ipso carceribus mancipari, excommunicari, & ab excommunicatione absolui possint.

Item posito iuramento fidelitatis, & reuerentiæ, quod ijdem Lectores Rectori prædicto dum admittuntur præstare soliti sunt: Ac decreto Concilij Tridentini sess. 25. cap. 4. de Regul.

An Regularis, qui de licentia suorum Superiorum publicè profitetur in dicta Vniuersitate, si delinquat aduersus instituta sui Ordinis, ac decreta Superiorum Regularium, puniendus sit ab ijsdem Superioribus, vel potius à Rectore Vniuersitatis, adeout possit Rector ipsum Regularem in carcerē detrudere, excommunicare, & ab excommunicatione suorum Superiorum, quatenus ab eis excõmunicetur, absoluere, atque Superiores eum punire tentantes, vti iudex competens impedire, & coercere.

6 Videtur respondendum huiusmodi Regularem aduersus instituta sui Ordinis, ac Superiorum decreta delinquentem esse à suis Superioribus puniendum, non autem à Rectore Vniuersitatis. Quia iurisdictio Rectoris in eos, qui legendi, vel studendi causa in Vniuersitate commorantur, non complectitur alias causas, quàm eas, quæ oriuntur occasione studiorum, ac professionis, vt deducitur ex l. fin. C. de iurisd. omn. iud. vbi glos. in verb. Publicis notat dispositionem illius textus, quæ professionem, vel negociationem exercentes subijciuntur Rectori, ad quem illarum professionum, seu negociationum cura pertinet, procedere in his, quæ professionem, vel negociationem ipsam respiciunt, aut illius occasione oriuntur: eamque ibi sequuntur Cyn in 2. qu. Bart. nu. 5. Bald. num. 4. Paul. de Castr. n. 2. & Innoc. in cap. Cum ad Ecclesiarum, de off. ord. vbi & alij. Quam l. fin. procedere etiam in Vniuersitate Doctorum, vel Scholarium, notat ibidem Bart. in fin. dicens ita vsu receptum esse, & Paul. de Castr. nu. 7. vnde cum in dubio proposito agatur de crimine commisso contra statuta Ordinis, ac Superioris Regularium decreta, & sic de his, quæ ad Lectoriæ professionem non pertinent; apertè constat Regularem esse à suis Superioribus, non ab Vniuersitatis Rectore puniendum.

Et cum Bulla Martini V. simpliciter subijciat Lectores Rectori Vniuersitatis, intelligenda est iuxta dispositionem iuris communis, cui Pontifex præsumitur se voluisse conformare, arg. l. 2. C. de noxal. & in Authen. de non alienand. §. final. circa finem collat. 2. l. Filius familias, §. 1. ff. de legat. 1. cap. Ecclesia vestra, il secondo, vers. Neque enim credendum est Summum Pontificem, &c. de elect. & ius alterius noluisse lædere, cap. Licet, de offic. Ordin. cap. Cum dicat Apostolus, de Eccles. ædific. & cap. Pastoralis, cum concord. de quibus ibi per glos. in verb. Contineatur expressum, supra eod.

7 Nec iuramentum fidelitatis, & reuerētiæ, quidquam operatur, quia est intelligendum quoad ea, in quibus Rectori iurisdictio legitimè competit; iuramentum enim habet vim roboratiuam, non extensiuam, l. fin. C. de non num. pec. vbi Bald. Præ-

8 terea hoc iuramentum non operatur in præiudicium Superioris Regularis iurantis, quia in eo Superioris auctoritas semper censetur excepta, c. Venientes, de iureiur. cap. Imperialē, §. fin. de prohib.

K 2 alien.

9 alien. per Frider. in vsib. feud. & in terminis Clericum in vniuersitate studijs incumbentem non subesse Rectori, Nisi quoad ea, quæ respiciunt professionem, tradit expresse Abb. quæst. 6. num. 8. & 9.

De Priuilegijs.

Cap. Vt priuilegia.

SVMMARIVM.

1 *Oblati alicuius Religionis an sint iudicandi personæ Ecclesiasticæ, adeout a foro sæculari, & vectigalibus tam quoad personas, quàm quoad bona debeant esse immunes, & n. seq. vsque in finem, & præsertim num. 26. vers. Ex his sequitur.*
Et quatenus sint immunes, an eorum exemptio extendatur etiam ad coniugatos, n. 27.
Et an exemptio à foro sæculari suffragetur pro delictis ante oblationem commissis, n. 33.
Et an Oblati carentes requisitis Concilij Tridentini in cap. 11. sess. 24. subsint Episcopo tam in spiritualibus, quàm in temporalibus, n. 34.
Et an subsint cumulatiuè, vel priuatiuè ad Superiores Religionis, cui sunt oblati, n. 36.
2 *Oblati assumunt priuilegia Religionis, cui oblati sunt.*
Declaratur, n. 4. & seqq.
3 *Christianorum duo sunt genera.*
4 *Oblati quales esse debeant vt priuilegijs potiantur, & n. 11.*
5 *Serui Ecclesiarum gaudent ecclesiasticis priuilegijs.*
6 *Oblati sunt serui monasterij.*
Oblati acquirunt monasterio, non sibi, ibidem.
7 *Oblatus plenè non dicitur, qui sibi vsumfructum retinuit, licèt gaudeat priuilegio sepulturæ tempore interdicti.*
8 *Oblatus plenè non dicitur offerens se, ac bona præsentia.*
9 *Oblatio plena quid requirat.*
10 *Oblati promittunt obedientiam, licèt non Monachalem.*
Oblatus renunciat proprio, & amittit testamenti factionem ibidem.
12 *Bona oblata etiam sine persona efficiuntur ecclesiastica.*
13 *Offerens bona sine persona non efficitur de foro ecclesiastico.*
Confrater dici non potest, qui bona sua dat Religioni, ibidem.
14 *Offerens se, aut simpliciter, aut sine bonis, aut cum reseruatione bonorum, non est persona ecclesiastica.*
15 *Oblatio censetur celebrata iuxta Ecclesiæ statutum vel consuetudinem.*
16 *Conuersus Ecclesiæ Regularis cum persona censetur etiam bona obtulisse.*
Secus in Conuerso Ecclesiæ sæcularis, ibidem.
17 *Offerens se simpliciter non censetur obtulisse bona.*
18 *Offerens se, & maiorem partem bonorum non dicitur persona ecclesiastica.*
19 *Exemptiones vt duobus, aut tribus denarijs Religiosi oblatis acquirantur indignum est.*
20 *Oblatus non dicitur is, cui pars bonorum oblatorum in emphyteusim conceditur.*
Laicus tenetur ad onera laicalia pro emphyteusi Ecclesiæ, ibidem.
21 *Conclusiones circa oblatos.*
22 *Oblatio non excluditur ex detentione, vel vsufructu rei oblatæ permittente Superiore.*
23 *Oblatio an habitus mutationem requirat, & qualem, & n. 25.*
24 *Conuersi, & oblati in quibus differant.*
25 *Oblatio an requirat vt sæculum relinquatur.*
26 *Miles commeatu accepto remanens in domo sua non habet Militis priuilegia.*
27 *Concilij Tridentini requisita in cap. 11. sess. 24. sunt necessaria ad vitandum forum Ordinarij, non autem iudicis laici.*
28 *Oblati plenè an gaudeant priuilegiis, si ante, vel post oblationem matrimonium contraxerint.*
29 *Coniugalis status non est incompatibilis cum statu oblati.*
30 *Votum solemnizatur per susceptionem sacri Ordinis, vel per professionem.*
31 *Clericus coniugatus non gaudet nisi priuilegio fori, & Canonis.*
32 *Oblatus coniugatus gaudet omnibus priuilegijs personæ ecclesiasticæ.*
33 *Oblati post delictum commissum an, & quando subsint foro sæculari.*
34 *Concilium Tridentinum cap. 11. sess. 24. non habet locum in ciuilibus, sed tantùm in criminalibus.*
35 *Episcopi iurisdictio in oblatos respicit spiritualia tantùm.*
36 *Oblati non habentes requisita an eximantur etiam à iurisdictione diœcesani.*
37 *Concilium Tridentinum quid statuerit circa oblatos præter ius commune.*
38 *Episcopi iurisdictio in oblatos an sit cumulatiua.*
39 *Iurisdictio concessa Episcopo in scholares an sit priuatiua ad Rectorem Vniuersitatis.*
40 *Iurisdictio Episcopi quibus casibus sit cumulatiua cum inferioribus Prælatis.*

VT PRIVILEGIA. Priuilegium Religiosis concessum vt possint sepelire Confratres suos tempore interdicti, intelligitur de illis Confratribus, qui licèt maneant in sæculo, tamen se Ordini obtulerunt mutato habitu sæculari; vel de illis, qui bona sua eis dederunt vsufructo retento. Hoc primo.

Priuilegium Religiosis concessum, quo eius venientibus ad locum interdictum semel in anno aperiantur Ecclesiæ, vt celebrentur in eis diuina, intelligitur quod vna sola aperiatur in loco. Hoc dicit. Et secunda ibi, *Illud*, Io. Andr. diuidit in tres partes. Prima præmittit exordium. Secunda duas declarationes, quarum posterior incipit ibi, *Illud*. Tertia pœnam addit. Secunda ibi, *Sanè*. Tertia ibi, *Qui verò*. Et secunda pars textus locum habet tantummodò in priuilegijs obtentis post cap. Alma Mater, de senten. excomm lib. 6. Non autem in obtentis ante, quia sunt reuocata per illam Decretalem, vt in specie de hoc priuilegio Templariorum, & Hospitalariorum, quo in eorum iucūdo aduentu semel in anno aperiebatur vna Ecclesia in loco tempore interdicti, & celebrabantur diuina, declarat glossa ibi, in ver. Concessis, & Abb. hic in vit. notab.

1 Circa 1. partem textus generaliter QVAERO, primò an Oblati alicuius Religionis iudicādi sint personæ ecclesiasticæ, adeout à foro sæculari, & vecti-

vectigalibus tã quoad personas, quàm quoad bo-
na debeant esse immunes, siue personam, & vni-
uersa bona obtulerint, siue personam tantùm, siue
personam cum minima parte bonorum; præser-
tim si huiusmodi pars bonorum illis postea à Su-
periore Religionis fuerit in emphyteusim con-
cessa.

Et quamuis sint immunes, an talis exẽptio ex-
tendatur ad coniugatos siue ante, siue post obla-
tionem matrimonium contraxerint. Et an eadem
exemptio à foro sæculari illis etiam prosit, qui
ante oblationem delictum commiserunt, cuius
vindicta ad iudicem sæcularem pertinebat.

Item an iurisdictio, quæ vigore Trident. Conc.
c. 11. sess. 24. Competit Ordinario in Oblatos ca-
rẽtea requisitis expressis ibidem in vers. Exceptis.
Complectatur tam spiritualia, quàm tempora-
lia.

Et an talis iurisdictio ex decreto Concilij intel-
ligatur tributa Ordinarij in Oblatos cumulatiuè,
vel priuatiuè quoad Superiores eius Religionis, cui
oblati sunt.

Vt in hac materia, in qua maxima est opinionũ
varietas, quantum fieri potest clarè procedatur,
primum constituendæ sunt conclusiones, in qui-
bus Doctores conueniunt; & deinde ad eas de-
scendendum, in quibus discrepant sententiæ.

2 Primum illud certi iuris est, Oblatos esse eccle-
siasticas personas, & priuilegia Religionis, cui ob-
lati sunt, assumere, atque à foro sæculari, & sæcu-
laribus exactionibus esse exemptos: quod proba-
tur hic, & in cap. Cum & plantare, §. De Confra-
tribus, supra eodem, cap. Non dubium, de senten.
excomm. & in c. Per exemptum, de priuileg. in 6.
3 Clem. 1. de decim. vbi DD. cum concord. Tam-
etsi enim duo sunt genera Christianorum, alterum
laicorum, alterum eorum, qui diuinis sunt man-
cipati obsequijs, cap. Duo sunt, 12. q. 1. æquum est
tamen omnes quoque Oblatos vtcumque laicos,
qui se Religioni dedicarunt, eius assumere priui-
legia, glos. in d. cap. Non dubium, in verb. Reli-
gionis.

4 Hi autem oblati quales esse debeant pluribus
modis explicant, DD. aliquando enim requirunt
vt sint propriè oblati cum effectu; aliquando vt
sint plenè oblati, siue plenè translati, vt dicta pri-
uilegijs potiantur, vt hic notant Henr. & Abb n. 3.
& idem Abb. cons. 54. in 1 par. num. 3. & probatur
in d. cap. Cum & plantare, § De Confratribus, ibi
Si non sepredictis fratribus omnino reddiderint:
5 & in d. Clem. de decim. in vltimis verbis. Et ra-
tio est, quia per hanc propriam oblationem siue
plenam, siue cum effectu, Oblati efficiuntur simi-
les serui Ecclesiarum, qui Ecclesiasticis gaudent
priuilegiis, cap. Ecclesiarum seruos, 12. q. 2. Qua
ratione vtitur Archid. in d. cap. Duo sunt, Abb. in
d. cons. 54. num. 3. Syluest. in ver. Ecclesia, primo,
nu. 6. vers. Quintum, & passim alii Doctores. Imò
eos esse propriè seruos monasterij dicit glos. in c.
Vt lex continentiæ, in ver. Professi, 27. q. 1. & Card.
in Clem. 1. de decim. num. 22. Subdens eos pro-
pterea acquirere monasterio, non sibi. Ac proin-
7 de excluditur qui obtulit se, & bona omnia vsu-
fructu retento; id enim nõ sufficit ad plenam ob-
lationem, quamuis sufficiat vt sit priuilegiatus
quoad priuilegium Religionis, vt eius Regulares
sepeliri in Ecclesia possint tempore interdicti, vt
tradit glos. fin. in Clem. 1. de decim, quæ optimè
hanc materiam distinguit, Henric. Boich. in hoc
cap. Franc. Marc decis. 24. num. 2. Straccha in re-
pet. Auth. Ingressi, cap. 10. num. 22. Butr. in cap. In
8 præsentia, de probat. in fine. Præterea excluditur
qui obtulit bona omnia præsentia, sed non futura,
quæ non veniunt in simplici oblatione, vt per
Strach d. Authen. Ingressi, in verb. Suum, cap. 8.
num. 14. Tametsi Ant. de Butr. d. cap. In pręsentia,
in fine tenuerit offerentem se, & sua Ecclesiæ Re-
gulari censeri etiam offerre futura; quia sic est de
de natura Ecclesię.

9 Ad hanc verò effectualem, seu propriam, & ple-
nam oblationem inducendam quę requirantur,
magnam habet dubitationem. De duobus planè
requisitis nemo dubitat, videlicet opus esse vt Ob-
latus perpetuò, & efficaciter obtulerit tam se, quã
10 bona sua; ea nimirum ratione, quia deuouendo
se, promittit obedientiam, licèt nõ Monachalem,
Anchar. in d. Clem. 1. de decim. num. 26. & offe-
rendo bona, renunciat proprio, & amittit testa-
menti factionem, glos. in cap. Vt lex continentiæ,
in ver. Professi, 27. quęst. 1. Dec. in cap. In pręsentia,
11 num. 26. de probat. Quę duo efficiunt offerentem
personam Ecclesiasticam, vt per DD. in cap. Cum
12 ad monasterium, de stat. Monach Et quamuis pos-
sit offerens offerre se sine bonis, & bona sine per-
sona sua, & possit etiam offerre se cum patre bo-
norum, vt per Socin. in tract. de oblat. in 7 libello,
in pluribus quęstionibus: tamen in hoc casu vt
persona sit ecclesiastica, requiritur vt oblatio per-
petua, & efficax tam personę, quàm bonorum:
ita vtrumque requirunt per textum d. Clem. 1. de
decim. Laud. ibidem, Imol. num. 28. Ancbar. n. 16.
Zabarell. num. 20. Hostien. hic num. 6 & Io. Andr.
In glos. 3. Henric. & Abb. eod. loco Dec in cap. 1. In
præsentia, num. 23. de probat. Archid. quem cæ-
teri sequuntur in d cap. Duo sunt, num. 6 Abb. in
d. cons. 54. num. 2. Syluest. in ver. Ecclesia, 1. num. 6.
vers. Quintum. Remig. de Charit. subsid. quæst. 61.
num. 33. & passim DD. de hac materia tractan-
tes. Et in specie talem oblationem debere esse
perpetuam, tradit post alios Couarr. in loco infe-
riùs citando num. 8. & ante eum Io. Andr. d. cap.
Per exemptionem, vbi Gemin. & Franc. in secun-
do notab.

13 Et hæc duorum requisitorum necessitas exclu-
dit primò à numero personarum ecclesiasticarum
Oblatos illos, qui offerunt bona, & non se; quam-
uis enim ea bona ob talem oblationem ecclesia-
stica efficiantur, vt per Abb. d. cons. 54. num. 2. &
sint immunia ab exactionibus sæcularibus, vt ibi
per eum; non tamen illa offerens absque persona
efficitur de foro Ecclesiæ, vt per DD. supracitatos
pręsertim Abb. hic num. 3. vbi ait Confratrem dici
non posse qui bona sua dat Religioni, quia illa est
donatio, & non fraternitas.

14 Secundò excludit offerentes personam absque
bonis, siue personam obtulerint cum reseruatione
expressa bonorum, siue simpliciter personam ob-
tulerint, nulla de bonis mentione facta: nam in
eiusmodi oblatione bona nõ veniunt, nisi expres-
sè offerantur, Butr. in cap. In pręsentia, de probat.
in fine, Io. Andr. & alij, quos refert, & sequitur So-
cin. d. tract. & Libell. in 22. quęst. Quod tamen li-
mitat, nisi aliud haberet statutum, vel consuetudo
15 Ecclesię, cui fit oblatio, quia tali casu oblatio in-
telligeretur celebrata iuxta illius Ecclesiæ statutũ,
vel consuetudinem.

Nu

16 Nec obstat, quod bona sunt accessoria ad personam, ac propterea quod offerens se censeatur etiam bona obtulisse, etiamsi non exprimantur, vt de conuerso Ecclesiæ sæcularis tenuit Odoffr. relatus à Bart. in Authen. Ingressi, num. 52. C. de Sacros. Eccles. Et de conuerso Ecclesiæ Regularis, Bald. ibid num. 4. vers. Secundò oppono, & Franc. Marc. decis. 24. num. 52 Belliam. in cap. Religioso, de senten. excomm. lib. 6. Respondetur enim in conuerso Ecclesiæ Regularis non dubium quin oblata persona, etiã bona oblata censeantur, cùm illa retinere non possit, quia efficitur Religiosus, vt per Bartol. & Bald. vbi supra. At in Conuerso Ecclesiæ sæcularis secus est; is enim cùm possit retinere bona, per oblationem personæ non censetur bona obtulisse, vt per Bald. in d. Authen. Ingressi, num. 5. Nos autem agimus de Oblato Regulari Ecclesię, qui cùm non efficiatur Monachus, & possit bona retinere; à cessante ratione, quam in Conuerso Regularis Ecclesiæ reddunt Bartol.
17 & Bald. quod oblata persona censeatur obtulisse etiam bona, quia ea retineri non possunt: sequitur vt cùm Oblati retinere bona possint, ea obtulisse non intelligantur. Et id est, quod etiam tradit Bald. in d. Authen. Ingressi, n. 8. vbi ait Oblatum Regulari Ecclesiæ bona non amittere, nisi totaliter renunciet sæculo, illudq; mutet, quo casu Monacho æquiparatur.

18 Tertiò his duobus requisitis excluditur etiam his, qui obtulit personam cum parte bonorum tãtùm, quamuis maiorem: cùm enim Doctores requirant simpliciter oblationẽ bonorum; hoc verbum, *bonorum*, in hac materia simpliciter prolatum includit omnia bona, Socin. d. tract. de oblat. in 8. libell. qu. 5 & oblationem maioris partis in hac materia non æquipollere oblationi omnium, docuit glos. hic in ver. Pro parte, vbi Henric id in specie adnotauit. Quod cùm verum sit, à fortiori procedit in eo, qui obtulit Ecclesiæ minimam partem bonorum, in quo propriè quadrat quod ha-
19 betur hic, Indignum esse vt pro duobus, aut tribus denarijs acquirantur huiusmodi exemptiones.
20 Præsertim si postea talis bonorum pars Oblato in emphyteusim concederetur; quo casu nedum offerens non est plenè oblatus, sed etiam bona ipsa ad onera laicalia tenentur: Tum quia hoc casu videtur subesse fraus propter actuum vicinitatem, Oldrad. cons. 324. Factum tale est. Dominus noster, sub num. 6. vers. Et quod fuerit fraudolenta; Tum quia laicus tenetur ad onera laicalia pro re emphyteutica quàm obtinet ab Ecclesia; quia dominium vtile est quid laicale, Alex. cons. 103. in 1. vol. vbi dicit eum teneri ad solutionem vectigaliũ ratione fructuum: & post Bart. & alios tradit Remig. de Charit. subsid. q. 61. n. 32. & 33.

21 Ex prædictis satis tutò eliciuntur aliquæ conclusiones negatiuę, videlicet offerentes se, & non bona siue ea expressè retinendo, siue de eis mentionem in oblatione non faciendo, nõ debent censeri personæ Ecclesiasticę, nec gaudere immunitatibus, nisi ex statuto, vel consuetudine Ecclesię cui fit oblatio in oblatione personę bonorum oblatio includeretur, vt dictum est. Item nec sunt personę Ecclesiasticę offerentes se, & bona, sed non vniuersa; & multò minus si minimam tantùm eorũ partem obtulerint; præsertim si ea postea in em-
22 phyteusim ab Ecclesia obtinuerint: nõ tamen videtur excludendus, quominus sit persona Ecclesiastica, qui sibi non reseruauit aliquam partem suorum bonorum neque in proprietatem, neque in possessionem, nec in vsumfructum, nec in ius vtendi, sed tantùm in quandam detentionem, & vsum facti, permittente Superiore regulari, & donec ipse Superior voluerit, itaut Superior possit pro libito auferre, licèt de honestate permittere possit, vt de Regular. declarat Bald. in d. Authen. Ingressi, n. 6.

Verùm an sit constituenda conclusio affirmatiua vt qui se, & bona obtulerint, personæ ecclesiasticę censeantur, & immunitatibus gaudeant, etiãsi nihil aliud pręterea concurrat: in hoc est maxima difficultas propter alia duo requisita, quę vna cum oblatione personę, & bonorum nonnulli Doctores coniunctim exigunt, & nonnulli prętermittunt, itaut non videantur illa habere pro necessarijs ad gaudendum immunitate.

23 Ex his alterum est mutatio habitus, an videlicet vt offerens bona, & personam sit persona ecclesiastica, oporteat vt habitum mutet.

Alterum est an ita offerens vt sit persona ecclesiastica, necesse sit vt sęculum relinquat, & ad Ecclesiam se transferat.

Quoad primum, verior, & communior videtur opinio, vt etiam habitus mutatio requiratur. Hęc est doctrina Hostien. hic n. 6. quo loco ait: [Vbi aliqui, vel aliquę offerunt se, & sua Ecclesijs Cathedralibus, vel Conuentualibus, vel alijs sęcularibus, & signum accipiunt, ecclesiasticę personę censentur,] Hostien. totidem verbis referunt, & sequuntur Io. Andr. in glos. 3. Ant. de Butr. Henric. & alij. Archid. in d. cap. Duo sunt, num. 6. Syluest. d. ver. Ecclesia, 1. num. 6. vers. Limitare, & in verb. Oblatos, prope finem Idem Hostien. in Summa tit. de Regular. §. 1. supracit. In fin. S. Antonin. in 3. part. tit. 23. cap. 5. §. 1. Et in terminis ita decidit Capell. Tolosana decis. 8. vbi habetur, laicum qui se, & bona obtulit Ecclesię, habitu non mutato, nõ esse restituendum iudici ecclesiastico. Nec nouum est in iure Canonico ad consequenda priuilegia ecclesiasticę personę necessariam esse declarationem habitus ecclesiastici, vt in cap. 1. de Cler. coniug. in 6.

24 Huic opinioni non obstat primò quod Doctores constituentes differentiam inter Conuersos, & Oblatos, dicant eos esse Conuersos qui se, & sua dant Religioni, habitu mutato; Oblatos verò qui se, & sua offerunt absq; habitus mutatione, Laud. quem referunt, & sequuntur in Clemen. 1. de decim. supracit. Zabarell. num. 50. Anchar. n. 16. Imol. num. 28. Dec. in d. c. In pręsentia, num. 22. Couarr. in cap. Alma Mater, in 2. part. relect. §. 3. num. 8.
25 Id enim ita accipiendum, vt in Oblato non sit necessaria totalis mutatio habitus, nec assumptio habitus Religionis, cui se offert, sed sufficiet aliqualis mutatio, itaut non sit habitus Religiosus, quẽadmodum debet esse habitus Conuersi, sed differens tamen à laicali Ita declarat hic glossa in ver. Mutato, vbi in specie Henric. hanc rem luculenter explicat, Syluest. in d. ver. Ecclesia, 1. num. 6. d. vers. Limitare, & hoc est quod dicebat hic Host. quem cæteri sequuntur, videlicet signum aliquod accipere debere Ecclesiasticas personas.

Non obstat secundò, quod aliqui Doctores, & pręsertim Abb. in d. cons. 54. scripserint Oblatos, qui se, & bona obtulerũt censeri Ecclesiasticas personas, & sic duo requisita recenseat, & mutationem

nem habitus tamquam non necessariam omittat: quia tam Abbas, quàm cęteri Doctores ita loquentes, vel non excludant hoc requisitum, licèt nec includant; vel si excludere intendunt, aduersantur communiori opinioni Doctorum illud quoque requirentium, vt supra dictum est.

Quoad alterum de sæculo relinquendo an sit necessarium in offerēte, maior est difficultas: nam plures ex Doctoribus hanc materiam pertractantibus requirunt oblationem personæ, & bonorum: plurimi verò adijciunt tertium requisitum mutationis habitus non totalis. At verè nemo in locis supracit. aut certè paucissimi exprimunt necessarium esse vltra supradicta etiam sæculum derelinquere, vt sit locus priuilegio exemptionis; & tamen valde probabilis est opinio id quoque requisitum debere cum cæteris concurrere: quod certè apertissimè sentire videtur Host. in cap. Non dubium, de sentent. excomm. dum loquens de conuerso Ecclesiæ sæcularis, qui tradidit se, & sua, & idem est cum oblato, ait: Si est conuersus remanens in domo propria, & tamquam laicus viuens, non gaudet immunitate: si verò est conuersus, qui tradidit se, & sua, & est tonsuratus, et vadit ad horas suas audiendas, vt viuit honestè, sicut Clericus viuere debet, talis in forum Ecclesiæ in totum intelligitur esse translatus, & immunitate ecclesiastica gaudet, Host. ibi sequuntur Io. Andr. Ant. de Butr. Hentic. Collecta, & Petr. de Vbald. in tract. de quarta Episc. & Parochial. in 17. qu nu. 11. & quamuis Hostien. in 2. membro suę distinctionis non expressetit an debeat suam domum, siue sæculum relinquere; cùm tamen in priori membro id expresserit dicens illum non gaudere immunitate: in secundo, in quo sentit gaudere, satis exprimit oppositum, idest eum à domo sua recessisse, & ad Ecclesias esse translatum, vt exprimit ibi Collect. ita intelligens Hostiensis doctrinam.

Præterea id videtur probari per text. in cap. penult. infra eod. vbi habetur tales Confratres, seu Oblatos quoad manserint in domo sua non assumere priuilegia Religionis: & ita illum textum intelligunt Innoc. Host. & Io. Andr. notantes mutationem habitus sufficere quoad priuilegia circa interdictum, de quo in textu nostro; sed quoad cętera non sufficere, sed necessariam esse plenam translationem, iuxta illum textum, qui loquitur de propria domo relinquenda: & hunc intellectum esse communem ostendit ibi Ant. de Butr. dicens ita esse tenendum secundum Doctores; quod etiam sentire videtur Abb. dum notat eum, de quo textus loquitur, idest qui in domo propria manebat, non esse plenè Oblatum: & ita in eo textu hunc casum esse clarum itaut non sit locus cauillationi, tradidit Zabarell. cons. 21. n. 5. & 6. cui potest addi Abb. hic n. 3. vbi ait non esse plenè oblatos stantes in sæculo.

26 Rationes huius opinionis sumi possunt ex glos. in d. cap. penult. vbi adducit plura circa militem armatæ militiæ, qui si commeatu accepto remanet in domo sua, non habet militis priuilegium, l. Miles, ff. Ex quib. caus. maior.

Nec videtur obesse, quod plerique ex Doctoribus de hoc requisito non meminerint, quia non propterea dicunt illud non esse necessarium, & sic est locus ab auctoritate negatiua desumptus, qui non probat, nec destruit opinionem Host. Zabarell. & aliorum, præsertim ex textu desumptum, qui apertè sentiunt id requisitum derelicti sæculi cum cæteris debere concurrere.

Ex his sequitur oblatis ita demum priuilegio fori, & sæcularium exactionum gaudere, si se, & bona perpetuò, & in forma valida in manibus Episcopi, vel Regularis superioris Religioni obtulerint nulla re sibi reseruata, atque habitum mutauerint, & sæculum reliquerint. Nec est quod
27 adijciamus alia requisita ex decreto c. 11. sess. 24. quia illa sunt necessaria ad vitandum forum Ordinarij, non autem iudicis laici, in quo Concilium nihil noui statuit.

28 Ad secundum de plenè oblatis, qui post oblationem matrimonium contraxerunt, videtur respondendum si id permissu superiorum faciant, & viuant de mandato eorumdem superiorum in domibus, vel prædijs Ecclesiarum, seu monasteriorū pro eorum seruitio, debere gaudere priuilegijs, sicuti etiam qui ante contraxerunt, dummodo seruent supradicta. Cum enim huic oblationi cum
29 requisitis supradictis non insit obligatio continentiæ, consequens est vt status coniugalis non sit incompatibilis cum statu oblati. Antecedens probatur ex doctrina glossæ in cap. Vt lex, 27. qu. 1. in vet. Atque conuersi, Archid. in d. cap. Duo sunt, n. 6. Syluest. in loco supracit. Host. Ioan. Andr. Henric. & aliorum hic, Franc. Marc. decis. 24. nu. 14. Ita videmus de coniugatis oblatis extare consilium Abb. 53. par 1. Cald. cons. vltimo de Regular. & Zabar. d. cons. 21. & Bald. cons. 240. in 5. vol. qui loquuntur de coniugatis ante oblationem. Sed post oblationem licere matrimonium contrahere, nec propter oblationem vllum insurgere impedimentum, sentiunt Doctores omnes supracitati, & in specie Imol in d. Clem. 1. n. 10. vbi reddit rationem:
30 quod votum impediens, & dirimens matrimoniū solemnizatur vel per susceptionem Ordinis sacri, vel per professionem tacitam, vel expressam, iuxta textum in cap. Vnico, de Voto in 6. quorum, inquit, neutrum hic fuit. Imò cùm nullus in plus obligetur monasterio, quàm pateat de eius intentione, talis non se obligauit ad castitatem, sed tātùm ad obedientiam, & reuerentiam: ex quo sequitur vt matrimonium postea contractum teneat, & contrahens oblatus non propterea desinat esse persona ecclesiastica.

31 Quod si obijciatur Clericum coniugatum incedentem in habitu gaudere priuilegio fori, & Canonis, sed non alijs, & in specie non esse exemptū à sæcularibus exactionibus, vt habetur in c. Vnico, de Cler. coniug. in 6. vbi glos. & Couarr. Practicar. quæst. cap. 31. nu 9. Et propterea à fortiori id videtur procedere in oblato, de cuius exemptione non adeo constat inter Doctores, sicuti de exemptione Clerici.

32 Respondetur d. cap. vnicum restringens exemptionem, tamquam odiosam, vt ibi per Doctores, non debere extendi ad alias personas ecclesiasticas, & solum habere locum in Clericis, de quibus loquitur; alias verò remanere in dispositione iuris communis.

33 Ad tertium de his qui ante oblationem delictū commiserunt, cuius punitio ad iudices laicos pertinebat, distinguendum est. Aut delinquens obtulit se, & sua post delictum sine fraude; & tunc liberatur à iurisdictione iudicis laici, debetque tātùm puniri ab ecclesiastico. Aut in fraudem obtulit se, & sua vt se eximeret à iurisdictione iudi-

eis

cis laici; & tunc ab eo puniri poteft, non tamen corporaliter, fed alia pœna confiscationis bonorũ, vel pecuniaria, itaut remaneat fubditus refpectu caufæ, & bonorum, non autem refpectu perfonæ. Ita relatis pluribus Doctoribus de communi opinione afferentibus docuit Conarr. lib. præcit. Practic quæft. cap. 32. & Clar. §. fin. verf. Sæpenumero, qui tametfi loquatur de delinquente, qui poft delictum effectus eft Clericus, vel Religiofus; eft etiã intelligendus quoad oblatos, qui habentea requifita, funt & ipfi ecclefiafticæ perfonæ, vt fupra eft demonftratum.

34 Ad quartum, iam Sacra Congregatio declarauit decretum d. cap. 11. non procedere in ciuilibus, fed tantùm in criminalibus, mota præcipuè caufa finali dicti decreti, quæ habetur in procœmio ipfius, ibi, *exemptis occafionem laxioris vitæ*. Qua ratione videtur etiam refpondendum iurifdictio-
35 nem Epifcopo tributam refpicere fpiritualia tantùm, videlicet correctionem, & punitionem delictorum, & alia, de quibus in cap. Dudum, il fecondo, de elect.

36 Ad quintum repetendum quod fupra dictum fuit; oblatos non habentes requifita non effe ecclefiafticas perfonas, nec affumere priuilegia Religionis, cui offeruntur, & propterea non eximi etiam à iurifdictione Diœcefani, Ant. de Butr. in d. cap. Cum & plantare, in vlt. not. Henr. hic, & probatur in d. cap. penult. infra eod. Ideoque Concilium quoad non plenè oblatos nihil noui induxit, cùm iam effent fub iurifdictione Epifcoporum, fed obftacula tantùm fubmouit, itaut fi ex confuetudine, quam omnes Doctores, præfertim in cap. 2. de foro compet. clamant in hac materia effe attendendam, vel ex aliquo fpeciali Religionis priuilegio tales non plenè oblati effent exempti à dicta iurifdictione Epifcoporum: illam eis Concilium reftituit. Quo verò ad eos, qui plenè oblati priuilegia Religionum erant affecuti, hoc tantùm noui ftatuit, quod actuale feruitiũ requifiuit, quod non erat cautum iure veteri, adeout abfque illo feruitio actuali remaneant fub iurifdictione Diœcefani. Alia autem duo requifita quod intra fepta degant, & fub obedientia viuant, iam concurrere debebant de iure communi in plenè tranflato, vt fupra dictum eft, vt priuilegia Religionis affumeret.

37 Ex quo fequitur quoad oblatos duo tantùm vltra ius commune ftatuiffe Concilium. Alterum vt non plenè oblati non obftante priuilegio, aut confuetudine, fubfint Diœcefano; alterum vt plenè oblati etiam ipfi Ordinario fubiecti fint, fi vl-
38 tra alia non concurrant in eis actuale feruitium Religionis. Vtroque autem cafu huiufmodi iurifdictio videtur conceffa Ordinarijs cumulatiuè, & non priuatiuè cum Superioribus Regularibus in illis cafibus, in quibus ipfi eam habent in oblatos: nam iurifdictio tributa per legem cenfetur conceffa cumulatiuè cum alijs illam habentibus, DD. in l. fin. C. de iurifd. omn. iudic. Roman. in conf. 393. nu. 2. & fequitur Felin. in cap. Paftoralis, nu. 2. de offic. Ordin. & de communi teftatur Iafon in l. Quod in rerum, §. Si quis poft, ff. de leg. 1. & benè facit doctrina Bart. in l. Viros, in primo notab. C. de
39 diuerf. offic. lib. 12. vbi fentit ftatuto difponente vt fcholares coram Epifcopo conueniantur non effe ademptam iurifdictionem Rectori illam habenti vigore legis, aut confuetudinis, nifi ftatutum vteretur dictione taxatiua, videlicet *vt Epifcopus tantùm cognofceretur*: quo cafu tantùm putat auferri iurifdictionem Rectori competentem ei de iure communi, non autem fi ei competat ex confuetudine: Bartolum refert, & fequitur Felin. in d. cap. Paftoralis, nu. 2. in 3. limit. Et quamuis talis iurifdictio cenfeatur tributa priuatiuè vbi de mente concedentis apparet, vt ibidem per Felin. in 1. limit. & de communi teftatur Io. Baptifta Ferret. conf. 141. nu. 25. tamen in cafu noftro tantum abeft vt appareat de mente Concilij, quod voluerit tribuere Epifcopo iurifdictionem priuatiuè, vt potius conftet eam voluiffe concedere cumulatiuè: nam Concilium vbi voluit tribuere talem iurifdictionem priuatiuè ad inferiores, id expreffit,
40 vt in cap. 20. §. Ad hæc, feff. 24. & in cap. 3. feff. 25. ergo in hoc cafu, in quo non expreffit, voluiffe credendum eft, vulg. l. Vnica, § Sin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen. & aliàs in fimili Sacra Congregatio declarauit iurifdictionem tributam Epifcopo vigore cap. 7. feff. 7. cap. 11. feff. 25. de Regular. & cap. 8. feff. 7. intelligi cumulatiuè cum inferioribus.

De Priuilegijs.

Cap. Quod nonnullis.

SVMMARIVM.

1 *INterdicti generalis tempore clam celebrare poffunt Epifcopi non prohibiti, qui non fuerunt interdicti culpabiles.*
Idem in Cardinalibus, n. 4.
2 *Priuilegium Religiofis conceffum non extenditur ad Epifcopos, & n. 28.*
Priuilegia non extenduntur de perfona ad perfonã, etiam ex identitate, vel maioritate rationis, ibidem, & n. 25.
Declaratur n. 16. & 28.
3 *Priuilegium celebrandi clam tempore interdicti nõ fuffragatur eis, quorum culpa, vel fraude interdictum fuit propofitum.*
5 *Altaris viatici priuilegium an competat Cardinalibus, & num. feqq. vfque in fin.*
6 *Altaris viatici priuilegium quod habent Epifcopi, & eorum fuperiores ex cap. fin. de priuileg. lib. 6. non fuit fublatum à Concilio Tridentino.*
7 *Et Epifcopi eo vti poffunt ex rationabili caufa etiã extra cafum abfentiæ.*
8 *Oratoria ad vfum Epifcopi etiam extra illius diœcefim conftructa non comprehenduntur in decreto de non celebrando in priuatis oratorijs.*
9 *Altaris viatici priuilegio vti poteft Epifcopus in aliena diœcefi, etiam contradicente Epifcopo Diœcefano.*
10 *Cardinales, & Epifcopi an Romæ vtantur priuilegio altaris portatilis abfque indulto Papæ, & n. 31.*
11 *Cardinales funt maiores Epifcopis dignitate, & officio, fed minores Ordine, & n. 13.*
12 *Cardinalatu nulla eft maior dignitas in Ecclefia Dei, & in Cardinalibus refidet tota maieftas Chriftianæ Reipublicæ, & n. 21.*
14 *Dignitas, & officium præponderat Ordini in prælationibus.*

Altaris

15 *Altaris portatilis priuilegio vti potest Episcopus electus, & confirmatus, licet non consecratus, & n. 23.*
16 *Altaris viatici priuilegium fauore cultus diuini est latè interpretandum, quatenus patitur verborum latitudo, & n. 30.*
17 *Cardinales, sicut Episcopi possunt sibi eligere confessorem qui tamen vel parochiale beneficium habeat, vel sit approbatus ab Ordinario ad confessiones audiendas.*
18 *Priuilegium Principis latissimè interpretandum est.*
19 *Priuilegia Episcopis concessa ratione Pontificalis officij competunt etiam Cardinalibus.*
20 *Episcoporum appellatione veniunt etiam eorum Superiores, & n. 30.*
21 *Ratio vbi est eadem, lex non dicitur extendi, sed enucleari, & n. 28.*
23 *Episcopi appellatione venit etiam nondum consecratus in materia proportionabili, tam confirmato, quàm consecrato.*
24 *Cardinales an gaudeant priuilegio cap. Quia periculosum, de sentent. excom. lib. 6. vt pœnam suspensionis, vel interdicti non incurrant nisi in sententia sint expressi.*
26 *Interpretatio in dubio sit pro iure communi quando concurrit cum priuilegio.*
27 *Altari portatilis priuilegium concessum Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus non extenditur ad Episcopos.*
28 *Priuilegium extenditur ex identitate rationis, si id patiatur lata verbi significatio, vel alias esset elusorium.*
29 *Priuilegium celebrandi Missas in Capella, ad quam confluit fidelium multitudo, extenditur etiam ad Missas cantatas, & ad oblationes voluntarias.*

1 QVOD NONNVLLIS. Tempore generalis interdicti clam celebrare possunt Episcopi non prohibiti, qui non fuerunt interdicti culpabiles. Hoc dicit Ioan. Andr. Butr. Cardin. Anchar. & Abb. Primò ponit priuilegium. Secundò exceptionem, ibi, *nisi*. Tertiò determinationem, ibi, *verè*. Hodie hoc non est priuilegium Episcoporum, sed ius commune, vt in cap. Alma mater, de sent. excom. lib. 6. & ideo in hac Decretali non est multum insistendum: simile in cap. Communis filius, 23. distinct.

2 Nota primò ibi, *ad Episcopos extendentes*: priuilegium Religiosis concessum non extendi ad Episcopos, quia priuilegium non patitur extensionem de persona ad personam ex identitate rationis, vt est casus in cap. Sanè supra eodem, & hic notat Abb. in 1. notab. sed hoc intellige vt dicam infra n. 28.

3 Secundò nota ibi, *qui causam aliquam præstiterit interdicto*. Priuilegium aliquibus concessum, vt tempore interdicti ianuis clausis, suppressa voce, & non pulsatis campanis possint celebrare diuina, non suffragari eis, qui causam dederunt, vel fraudem commiserunt in eo, propter quod positum est interdictum, vt quia interdictum fuit latum ob eorum culpam, vel ipsi præstiterunt fauorem illis, qui causam dederunt interdicto, secundum Innoc. hic n. 3. & n. 4. in verb. Aliquam, & Abb. in 2. not. Hodie hoc est expressum in d. cap. Alma Mater, de sent. excomm. lib. 6. vbi plenè videas de his, quæ

Prosp. Fagn. in 2. par. 5. lib. Decretal.

hic tanguntur, & alijs ad hanc materiam spectantibus.

4 Sed hic occurrit dubium an priuilegium celebrandi diuina tempore interdicti aliquibus Religiosis concessum, dum hic extenditur ad Episcopos, censeatur etiam extensum ad Cardinales, Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de legat. §. Sequitur in fin. addit. vers. item per hoc dico, tenet Cardinalibus etiam sine legatione competere sex priuilegia, quæ recensentur à gloss. penult. in cap. fin. de priuileg. lib. 6. inter quæ numeratur etiam priuilegium, de quo in hac Decretali.

5 Ex hoc infero ad notabilem quæstionem an priuilegium altaris viatici competebat S. R. E. Cardinalibus.

6 Bonifacius VIII. in cap. fin. de priuileg. lib. 6. disposuit vt infra [Quoniam Episcopi, eorumque superiores se habent diuersis ex causis à suis Ecclesijs, & diœcesibus absentare frequenter, nec semper possunt commodè ad ecclesias accedere pro Missa celebranda, vel audienda in ipsis, sine qua eos transire non decet absque causa rationabili vllam diem præsenti cõstitutione indulgemus eisdem, vt altare possint habere viaticum, & in eo celebrare, ac facere celebrari] Quod quidem priuilegium Sacra Congregatio alias censuit non fuisse sublatum decreto Tridentini Concilij cap.
7 vnico sess. 22. de obseruan. & euitan. in celebration. Miss. & Episcopos posse eodem priuilegio vti, etiã extra casum absentiæ ex rationabili causa, veluti magni incommodi, & ingruentis periculi: quod etiam Nauarr. senserat cons. 5. n. 2. de priuileg. & in manual cap. 25 nu. 83. Quinimo quicquid contra
8 scripserit idem Nauarr. d. cons. 5. sæpius respondit oratoria ad vsum Episcopi etiam extra illius diœcesim constructa non comprehendi in dispositione dicti cap. vnici, nec in declaratione ab ipsa Cõgregatione edita de nõ celebrando in priuatis oratorijs. Circumscripto autem Concilio, & declaratione prædicta, manifestum est priuilegium hoc non restringi ad limites alicuius territorij, vt satis clarè colligitur ex d. cap. fin. ibi, *à suis Ecclesijs, ac diœcesibus absentare*; & infra in verb. Vbicumque, quod ab Archidiacono propè fin. exponitur, idest quocumque loco siue in sua diœcesi, siue extra, & à Io. Andr. & Lapo in tota Christianitate. Idque
9 procedit etiam contradicentibus Episcopis diœcesanis, quia hac Decretalis, secundum quam Episcopus poterat quidem in aliena diœcesi extra Ecclesiam celebrare, sed tamen prohiberi poterat ab Episcopo loci, fuit in hoc ampliata prædict. cap. final. de priuileg. lib. 6. vbi ibi notat gloss. in verb. Indulgemus, Io. Andr. Gemin. & cæteri omnes: quod quidem priuilegium secundum Archidiac. satis concordat cum eo, quod habetur in cap. Concedimus, de consecrat. dist. 1. vbi Conciliũ Triburiense generaliter indulget, vt in itinere positis, si Ecclesia defuerit, sub dio, siue in tentorijs, ita tamen si tabula altaris consecrata, & altare portatile fuerit, Missarum solemnia licet celebrare. Item concordat cum simili indulto, quod Honorius III. tribuit Prædicatoribus, & Minoribus vt possint in altari viatico celebrare liberè, idest sine diœcesanorum licentia, vt legitur in cap. In his, infra eod. Itaque competit hoc priuilegium Episcopis ad eum modum, quo competebat ante Concilium, à quo ex sententia S. Congregationis sublatum, aut restrictum non fuit.

L His

10 His præhabitis, consulitur sacra Congregatio an eodem modo hoc priuilegium cōpetat S. R E. Cardinalibus.

Et quidem Romæ secundum Nauarr. locis citatis ex consuetudine nec Episcopi, nec Cardinales hoc priuilegio vtuntur absque indulto speciali Summi Pontificis : verba Nauarri hæc sunt : [Seruatur Romæ quod Episcopus non vtitur illo priuilegio Episcopali, cap. final. post Concil. Tridentin. adeò quidem, quod neque Cardinales vtuntur eo nisi de concessione expressa Papæ, quàm Papa concedit quidem illis, sed rarissimè alijs Episcopis.] Hęc Nauarr.

11 Sed quicquid sit in Curia, in qua Prælati consueuerunt abstinere etiam ab vsu facultatum, & priuilegiorum suorum siue ob reuerentiam Summi Pontificis, iuxta notata in cap. Qua fronte, de appellat. & in cap. Volentes, de off. Delegat. glos. r. in cap. Priuilegium, de reg. iur. lib. 6. glos. penult. in cap Antiqua, supra eodem, siue ob facultatem recursus ad Sanctitatem suam pro gratia obtinenda, ex traditis per Felin. post Imol. in cap. Quod super his, num. 12. vers. Sed quod dixi, de fide instrum. Ad dubium videtur respondendum simpliciter priuilegium altaris viatici competere Cardinalibus ad eum modum, quo competit Episcopis in vim dicti cap. final. Nam verba illa textus, *eorumque Superiores*, etsi exponantur à glos. in cap. Quia periculosum, in verb. Superioribus, de senten. excomm. lib. 6 pro Archiepiscopis, Patriarchis, & Primatibus : tamen in sui latitudine apta sunt comprehendere etiam Cardinales, qui dignitate, & officio sunt maiores Episcopis, cap. Constantinus, 96. distinct. c. Per venerabilem; §. Rationibus, Qui fil. sint legit. Ancbar. cons. 295. Pro clariori, vers. Præcedunt enim Episcopos dignitate, & prærogatiuis multis, Io. Monach. P. Io Andr. Gemin. & alij in cap. 1. de Schismat. lib 6. Bald. in l. Ad similitudinem, C. de Episc. & Cleric. & in l. 1.
12 ff. de offic. Præfect. Prætor. & latissimè probat Andreas Barbatia in tract. de præst. Cardin. à nu. 42. vsque ad num. 52. vbi paulò ante num. 43. ait rectè loquutum fuisse Hostien. Io Andr Io. de Lignan. & omnes Iurisprudentes modernos in cap. Dilectus, il primo, de præben. dum dixerunt nullam dignitatem esse hodie maiorem Cardinalatu; Et idem tenet Cardin. in Clem. Ne Romani, de elect. vbi ait Cardinalatum hodie esse summum gradum post Papam. Et quicquid sit de Doctorum opinionibus, clarè id cōstat ex Epistola Decretali Eugenij IV. de Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinaliū dignitate cæteris ecclesiasticis dignitatibus præstantiori : quæ incipit, Non mediocri, Data Florentiæ vbi Eugenius tunc residebat in Concilio Florentino, anno sui Pontificatus 8. ad Archiepiscopum Cantuariensem in Anglia, qui quæstionem mouerat super præcedentia cum Ioanne tit. S. Balbinæ Presbytero Cardinali. In ea enim validissimis rationibus diffinitur post Caput Ecclesię, quod est Papa, contigua sui corporis membra, qui sunt fratres eius Cardinales, præ cæteris Ecclesiæ membris, ac partibus honorari debere. Et Cardinalatus dignitatem esse maiorem, ac sublimiorem Episcopali, Archiepiscopali, & Patriarchali, & ita semper in Ecclesia habitam, & reputatam fuisse. Idemque habetur in Constitutione Leonis X. in Concil. Lateranensi edita tertiò nonas Maij 1514. quæ incipit Supremæ, ibi: [Et cum S. R. E. Cardinales cæteros omnes in ipsa Ecclesia post Summū Pontificem honorem, ac dignitate præcedant.] Quod colligitur etiam ex Tridentina Synodo c. 1. sess. 24. & ex Constitutione Sixti V. de Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium præstantia, edita tertiò nonas Decembris 1586.

13 Neque obstat quod Cardinalis ordine sit minor Episcopo, cap. Ante omnia, 40. dist. cap De his, de consecrat. dist. 5. Clem. Si quis suadente, §. Nec super hæc, de pœnis, glos. vltim. in c. Quanquam, 2 q. 7 Hostien. Abb. & alij in cap. Ecclesia, il secondo, de election. fusè Barbar loco supracitato;
14 Nam respondetur in eiusmodi prærogatiuis, & priuilegijs potius habendam esse rationem dignitatis, quàm Ordinis, vt declarat idem Eugenius in prædicta Decretali, his verbis: [Nec causetur quispiam quod Ordo Episcopalis Presbyterio maior sit, quoniam in eiusmodi prelationibus officium, ac dignitas præponderat Ordini; quemadmodum iure cautum est, vt Archidiaconus non Presbyter suæ iurisdictionis obtentu Archipres-
15 bytero præferatur.] Hæc ibi. In specie autem in priuilegio altaris viatici potiùs spectari prærogatiuam dignitatis, quàm Ordinis, ex hoc licet intelligere, quod idem priuilegium competit etiā Episcopo electo, & confirmato, quamuis non consecrato, secundum Gemin. & Franc in d. cap. fin. de priuileg. lib 6. vt latiùs dicetur inferiùs. Quemadmodum ergo Cardinales honoris prerogatiua latantur, sic priuilegijs potiri debent amplioribus, vt legitur in cap. Officijs, de off. Leg. lib. 6.

16 Nec refragatur quod Archidiaconus in d. c. fin. in verb Indulgemus, dicat: Cum ista sit Episcoporum indulgentia, eam non extendam; quandoquidem cum verba illa Decretalis, *eorumque Superiores*, congruè conueniant Cardinalibus, vt ostensum est supra, hæc non dicitur extensio priuilegij, sed comprehensio, cap. Porrò, supra eodem.
17 Ideoque videmus priuilegium eligendi Confessorem, quod similiter conceditur Episcopis, & alijs Superioribus in cap. final. de pœnit. & remiss. eodem modo competere Cardinalibus sicut Episcopis, secundum Ioan Andr. in addit. ad Speculator. titul. de legat. §. Sequitur, in fin. addit. & Gondisaluus de Villadiego in tractat. de Cardinalib. quęst. 13. Licèt tam Cardinales, quàm Episcopi teneantur eligere Sacerdotem, vel Parochiale beneficium habentem, vel aliàs ab Ordinario approbatum ad Confessiones audiendas ad prescriptum cap. 15. sess 23. Concil. Tridentin. vt Sac. Congregatio declarauit, & scripsi latissimè in d. cap. fin. in Episcopis, à num. 5. vsque ad n. 31. & in Cardinalibus à d n. 31. vsque ad n. 68.

18 Pręterea contra Archidiacon. videtur sentire glos in cap. In his, infra eodem, vbi cum Honorius III. declaret priuilegium à se concessum Fratribus Prędicatoribus, & Minoribus, vt vbique possint cum Altari viatico celebrare, non esse ita intelligendum, vt facere hoc non possint absq; Prælatorum licentia, vt quidam asserebant, qui nimis strictè interpretabantur huiusmodi indulgentiam; glos. in verb. Nimis strictè dicit, quod esse nō debet: quia Principis priuilegium latissimè interpretandum est, infra de verb significat. cap. Olim, ff. de Constit. Princip. l. vltim. & 2. quęst. 3. cap. Si quem, §. Notandum, in fine.

19 Et hinc fit vt illa quoque priuilegia, quæ tribuuntur Episcopis sine illis verbis, *eorumque Superiores*

perioribus, & ob specialem rationem Pontificalis officij in cap. 2. de off. Deleg. lib. 6. in cap. fin. de iuram. calumn. & in hoc c. etiam Cardinalib. competant, secundum Ioan. Andr. & Villadieg. in lo-
20 cis proximè citatis num. 17. Et ratio est, quia appellatione Episcoporum veniunt etiam Superiores secundum glos. penult. in cap. Quia periculosum, de sent. excomm. quam ibi sequuntur Io. Monach. & Ioann. Andr. & dicit esse benè notandum Geminian. in fin.

21 Sed & ratio illa, quæ in d. c. fin. adducitur nempe quod sine Missa non deceat Episcopos, eorumquu Superiores transire absq; rationabili causa vllam diem, maximè congruit Cardinalibus propter eminentiam dignitatis, qua post Papatum nulla est maior in Ecclesia Dei, vt inquit Rom. cons. 498. num. 11. Paul. de Castr. cons. 420. nu. 4. & cons. 421. num. 2. lib. 1. & dictum est supra n. 12. In eis enim, vt dicit Iul. Clar. in praxi criminal. §. final. quæst. 98. num. 5. in fin. vers. Ego nunquam, residet tota maiestas Christianæ Reipublicæ: vnde in primis decet eos in his, quę ad Dei cultum spectant, ita alijs pręfulgere, vt meritò omnium in se oculos conuertant, vt legitur in cap. 1. in fin. sess. 25. Concil. Trident. & in Constitutione Sixti V. de S. R. E. Cardinalium præstantia: quę incipit, Postquam verus, ibi: *Luceant omnibus qui in domo Domini habitant*, & ibi: *In quos ob celsitudinem gradus omnium*
22 *oculi, omnium ora conuertuntur*. Et cum ratio illa decentiæ sit expressa in Canone, illius dispositio habet locum in Cardinalibus non ex vi extensiua, sed comprehensiua, l. His solis, vers. Satis tamen, C. de reuocan. donat. Bald. in rubr. C. de naut. fœnor glos. Ias. & alij in Auth. Quas actiones, C. de sacros. Eccl. Neque enim dicitur lex extendi, vbi eadem est ratio, sed enucleari, l. Si postulauerit, §. Sed si negauit, ff. de adulter. quem tex. ad hoc propositum allegat Oldr. cons. 185 Thema tale est, in fin. Calder. cons. 1. Vt lite penden. cum alijs adductis per Crauett. cons. 184 Regula, n. 5.

23 Et hinc fit, vt quamuis appellatione Episcopi regulariter non veniat non consecratus, secundum glos. in cap. 1. de religios. dom. & glos. in Clem. 1. de pœn. in princ. Tamen priuilegium altaris portatilis competit etiam Episcopo electo, & confirmato nondum consecrato, vt per Gemin. in d. cap. fin. in vltim. quæst. quia secundum eum materia est proportionabilis confirmato, sicut consecrato, & sequitur Franc. ibid. n. 3.

24 Neque obstat quod in cap. Quia periculosum, de senten. excomm. lib 6. per eadem met verba, *Episcopis, eorumque Superioribus* indulgeatur, vt nullam interdicti, vel suspensionis pœnam incurrant, nisi in sententia sint expressi, & tamen priuilegium illud non competat Cardinalibus, vt tenet Io. Monach ibi num. 4. dicens: *In hoc tamen Cardinales non includo*: vbi etiam Philipp. Prob. in addic. num 1. Ioann. de Anan. in rubr. de Cler. excomm. in vltim. col. Idque fortè veriùs putet Felin. in cap. Quod super his, num. 12. vers. Secundò quia, de fide instrum.

Primò enim respondetur hoc ideo contingere, quia secundum præallegat. DD. in Cardinalibus cessat ratio illius Decretalis, scilicet impediendi officium Episcopale; Ministerium enim quod ex debito officij sui impendunt Cardinales Romano Pontifici in Consilijs exhibendis pro administratione vniuersalis Ecclesiæ iuxta text. in cap. Per venerabilem, §. Rationibus, Qui fil. sint legit. & decret. Trid Concil. d. cap. 1. sess 25. Non est officium Episcopale, quod impediatur per sententiam suspensionis, vel interdicti; vnde non mirum si verba illa, *eorumque Superioribus*, vtcumque generalia restringantur ad limites specialis rationis, iuxta tex. in l. Cum pater, §. Dulcissimis, vbi Bart. & DD. notant, ff. de leg. cum similib. At in casu nostro ratio quod non deceat transire vllam diem, sine Missa celebranda, vel audienda, non cessat; Imo maximè viget in Cardinalibus: ac proinde dispositio etiam si esset specialis, deberet tamen extendi iuxta latitudinē rationis generalis, l. Regula, §. fin. vbi Bart. & Bald. notant, ff. de iuris, & fact. ignor. Abb. in cap. Sicut, in fin. de Testam.

Deinde respondetur contra Io Monach stare auctoritatem Io Andr. in d cap. Quia periculosum, circa princip. de senten. excomm. lib. 6. & ibidem Gemin. vers. Quarto an Cardinales, & Anchar. n. 1. vbi tenent priuilegium prædictæ Decretalis etiam Cardinalibus competere. Dicunt etiam ita tenere Hostien. in cap. 2. de Cler. non resident. idque intelligendum esse etiam in Cardinalibus non Episcopis.

25 Sed obijcies: In priuilegijs non fit extensio de persona ad personam, etiam ex identitate, vel maioritate rationis, cap. Ne alioqui, vbi Gemin. in 4. notab. de priuileg. lib. 6. Ant. de Butr. in cap. Sanè, supra eodem, & est communis opinio, vt testatur incertus Auctor post regulas Socin. regul. 8. priuilegia debent strictè interpretari in prima
26 ampliat. Et ratio est, quia in dubio fit interpretatio pro iure communi, quando conuertit cum priuileg. cap. 1. de rescript. cap. 1. vbi Anton. de Butr. de donat. cap 1. §. Numquid, de priuileg. lib. 6. vbi Gemin. in 1. notab. Feder. de Senis, cons. 156.
27 circa med. vers. Item quando ius commune; Ideoque priuilegium Altaris viatici concessum Prædicatoribus, & Minoribus, iuxta cap. In his; infra eod. non extenditur ad Episcopos, licèt in eis militet eadem, aut maior ratio, vt ex eo text. deducit Abb. in 2. notab. Ergo eodem modo hoc priuilegium concessum Episcopis non videtur extendendum ad Cardinales ex identitate, vel maioritate rationis.

28 Cæterum respondetur obiectum procedere quādo verba priuilegij ita sunt restricta ad certas personas, vt etiam secundum latam vocabuli significationem nequeant ad aliās ampliari; tunc enim verissimum est non admitti extensionem de persona ad personam, nisi cum priuilegium aliàs esset elusoriū, & nihil operaretur, iuxta terminos, cap. Licèt, de priuileg. lib. 6. Et ita procedit hæc Decretalis, vbi priuilegium clam celebrandi tempore generalis interdicti concessum Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, ideirco ab Innocentio III. extenditur ad Episcopos, quia eorumdem Fratrum appellatione etiam secundum latiorem vocabuli significationem non veniunt Episcopi; vnde benè ex eo textu, deducit Abbas priuilegiū Altaris viatici prædictis Fratribus concessum ad Episcopos non extendi, vt dixi supra in 1. notab. At secus est si verba priuilegijs secundum sui latitudinem, ac generalitatem sint apta comprehēdere: etiam alias personas, quàm nominatim expressas, quia tunc si priuilegium sit fauorabile, fit lata interpretatio, vt habeat locum in omnibus qui sub verborum ampliori significatione conti-

nentur, & in quibus eadem ratio concurrit: idque non per extensionem, sed per comprehensionem, & declarationem, secundum Bald. & alios superiùs citatos num. 22. Nam & in priuileg. fit lata interpretatio quatenus patitur verborum proprietas, vt post Ang. Calder & Anton. de Butr. tradit Dec. cons. 113. Viso tenore, num. 6. vers. Et ideo cum multis.

In priuilegio autem altaris viatici fauore cultus Diuini benigna est interpretatio facienda, vt dicit
29 textus in d. c. In his, infra eod. Idcoque videmus priuilegium celebrandi Missas in Capella, & Oratorio absque auctoritate Episcopi constructo, ad quod confluit multitudo fidelium, extendi etiam ad Missas cantatas alta voce; & in ea recipi etiam posse oblationes voluntarias propter ministros, vt ex facto responderunt Petr. de Ancharan. & Gasp. Calder. inter cons. Io. Cald. cons. 421. aliàs 6. de
30 relig. domib. Verba autem illa, *eorumque Superioribus*: quæ habentur in d. cap. fin. de priuileg. lib. 6. in sui latitudine sunt apta comprehendere etiam Cardinales; & ratio decentiæ ibi considerata æquè viget in Cardinalibus, ac in Episcopis. Ergo ex his omnibus priuilegium accipi debet in latiori significatione, itaut etiam Cardinales comprehendat: & hoc intelligit glos. & DD. in d. cap. In his, dum dicunt illud priuilegium esse latissimè interpretandum. Et hac ratione conciliatur etiam glos. cum Archidiacono in d. cap. fin. de priuileg. lib. 6. nam Archid. dicit prædictam Decretalem non esse extendendam, idest de casu ad casum, vel de persona ad personam in priuilegio etiam secùdum amplitudinem verborum non comprehensam. Glos. verò dicit hoc priuilegium esse latissimè interpretandum, idest, vt habeat locum in omnibus, qui sub latiori verborum significatione continentur.

Ad extremum priuilegium altaris viatici competere etiam S.R.E. Cardinalibus censet, licèt articulum non examinet, Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de legat. §. Sequitur, in fin. addit. Gondisaluus de Villadieg. in tract. de Cardin. qu. 13. Manfred. in eod. tract. decis. 214. & Cardinal Iaco-
31 bac. de Concil. lib. 1. art. 1. num. 206. Quæ opinio satis videtur approbata in prædicta Constitutione Leonis X. edita super reformat. Prælat. Eccles. 3. nonas Maij 1514. qua inter cætera statuitur, vt [Cardinales sint omnes vigiles, ac diuinis officijs, Missarumque celebrationibus intenti, habeantque Capellas suas in loco honesto, prout facere consueuerunt.] Hæc ibi: vnde etiam patet verum non esse quod ait Nauarr. Cardinales Romæ non vti hoc priuilegio absque speciali licentia Papæ; Imo enim statim atque creati sunt Cardinales, celebrant, & audiunt Missam in suis Capellis ad præscriptum eiusdem Constitutionis, nec super hoc vllę expediuntur litteræ à Secretaria Breuium: & sanè cum Cardinales in Romana Curia iugiter residere teneantur, d. cap. Per venerabilem, §. Rationibus, Qui fil. sint legit. & cap. 2. de Cler. non resident. Idq; districtè illis præcipiatur a Leone X. in antedicta Constitutione, Si Romæ non haberent vsum altaris portatilis, priuilegium d. cap. final. nihil eis conferret, & esset omnino elusorium, contra litteram textus in d. cap. In his, infra eod, & cap. Licèt, eod. tit. lib. 6.

De Priuilegijs.

Cap. Quanto.

SVMMARIVM.

1 *PRiuilegiati quod excommunicari non possint ab Ordinarijs, non debent excommunicari etiam indirectè.*

2 *Priuilegia non sunt violanda etiam indirectè.*

3 *Statutum Episcopi excommunicans accedentes ad monasterium Monialium exemptum sine eius licentia an valeat, & n. seqq.*

4 Excommunicatio *lata ab* Episcopis *in subditos suos, qui molunt in molendinis, vel coquunt panem in furnis Regularium exemptorum, non tenet.*

4 *Terminus,* ad quem, *non* in quo, *dispositio celebratur, debet considerari.*

6 *Finis, cui conceditur, videntur concessa omnia, quæ ad illum finem tendunt.*

7 *Indulgentia an possit ab Episcopo concedi subditis pro opere construendo in alterius diœcesi absque Diœcesani consensu, remissiuè.*

8 *Regularis accedens ad monasterium Monialium Regularibus subiectarum, & ibi colloquens cum Moniali, an possit puniri ab Episcopo, & numeris sequen. vsque in finem.*

9 *Regulares accedentes ad Monialium monasteria etiam exempta incidunt in excommunicationem contra accedentes Episcopi edicto propositam.*

10 *Clausura monasterij Monialium qualiter ab Episcopo conseruanda, & vbi collapsa fuerit, restituenda.*

11 *Clausura custodiam habentes habent etiam concomitantia.*

12 *Collocutiones clandestinæ cum Monialibus suspectæ sunt sacris Canonibus.*

13 *Episcopus tamquam Sedis Apostolicæ Delegatus potest corrigere abusus circa clausuram Monialiũ Regularibus subiectarum.*

14 *Bulla Gregorij XV. subijcit iurisdictioni Episcopi Regulares delinquentes circa clausuram monasteriorum Monialium, vel circa personas in eis degentes.*
Et verba Bullæ expenduntur num. 16. & seqq.

15 *Regularis colloquens cum Moniali sine legitima licentia est priuatus voce actiua, & passiua, & mortaliter peccat.*

17 *Dictio, circa, quid importet.*

18 Clausura *nomen genus est tam ad interiorem, quàm ad exteriorem.*

19 *Verba vniuersalia, & geminata extendunt dispositionem ad ea, quæ aliàs non comprehenderentur.*

20 *Prohibitio facta vni ex correlatiuis censetur etiam alteri facta.*

21 *Regulares mittentes Epistolas ad Moniales an possint puniri ab Episcopo.*

22 *Iniuria quot modis inferatur.*

23 *Bulla Gregorij XV. per quam fit reditus ad ius cõmune, est fauorabilis, & latè interpretanda.*

24 *Lex etiam pœnalis latè interpretanda est quatenus patitur verborum proprietas.*

QVAN-

1 QVANTO . Prinilegiati quod excom-
municari non possint ab Ordinarijs,non
debent excommunicari etiam indirectè
2 Hoc dicit, secundum Io.Andr. & om-
nes . Vel generaliùs secundum Car-
din. & Abb Priuilegia non sunt violanda etiam
3 indirectè : & per hanc litteram Petr. de Anchar.in
cap. Periculoso, num.5.col.3.circa finem, vers. Se-
cundò quæro, de stat.Regular. lib.6.contra Lapnm
Abbatem determinat non valere statutum Episco-
pi excommunicantis accedentes ad monasterium
4 Monialium exemptum sine eius licentia : nam per
hoc videtur contra priuilegium exemptionis face-
re impediendo liberum accessum in subditis suis,
argum. huius c vbi declaratur irrita excommu-
nicatio lata ab Episcopis in subditos suos,qui mo-
lunt in molendinis, vel panem coqnunt in furnis
Monachorum Clnniacensium habentium priuile-
gium, vt ab Episcopis excommnnicari , vel inter-
5 dici non possint : nam secundum Anchar. in sub-
ditis non potest fieri talis prohibitio , si tendat ad
præiudicium , siue damnum sic priuilegiati , ar-
gumen. cap. final. de immnnitat. Eccles. lib. 6.
Item considerato effectu , tale statutum videtur
principaliter cõcernere ipsos exemptos, licèt ver-
ba ad aliud referantur ; & terminns *ad quem*, non
in quo dispositio celebratur, debet considerari, vt
l.Quod sponsa, C. de donation. ante nupt. & sicut
6 monasterium eximitur ab Episcopi potestate , ita
accessus ad illud debet intelligi liber: nam cui cõ-
ceditur finis, videntur concessa omnia , quæ ad il-
lum finem tendunt , l. Ad rem mobilem , & l. Ad
legatum,ff de procurator. & cui cõceditur haustus
ad fontem, conceditur similiter & iter ad ipsum,
l.3.§.final. ff.de seruit.rustic. prædior. & cui relictũ
est horreum , ad quod erat transitus per domum ,
videtur etiam relictus esse transitus, l.Olimpico,ff.
de seruit.vrban prædior. ex quibus concludit sta-
tutum tale non valere , vtpote tenens , & princi-
paliter disponens super re non subdita statuenti.
Sed vt respondent Geminian & Franc. proximè ci-
tandi,tale statutum nec directè,nec indirectè pre-
iudicat monasterio,vel exemptioni cùm ad mona-
sterinm prohibentur accessiones , sed præiudica-
tur ipsis accedentibus; & sic non obstat iste text.
7 Ad prædictam quæstionem vide plurimas , & pul-
cherrimas rationes,quas ex Oldradn in vtramque
partem recitat ipse Petr. de Anchar.in cap. Postu-
lasti, à n.18.vsq; ad n.23. de foro compet in quæst.
An Episcopus possit concedere subditis indulgen-
tiam pro opere construendo in alterius diœcesi
absque illius consensu .
8 QVAERO , An, posita Constitutione Gregorij
XV. de exemptorum priuilegijs,Regularis absque
legitima licentia accedens ad monasterium Mo-
nialium Regularibus subiectatum ,ibique in loco
colloquijs destinato cum Moniali colloquens, a
Diœcesano Episcopo tamquam Sedis Apostolicæ
delegato coerceri, & puniri possit.
9 Mouet hanc quæstionem in indiuiduo Gemi-
nianus in cap.Periculoso, §.Et quoniam,col.2.post
princ. vers. Sed pone , de stat. Reg. lib.6. vbi post
Lapum Abbatem nn.2. quærit si monasterium sit
exemptum , & Episcopus faciat Constitutionem ,
ne quis ad illud accedat sine sui licentia , aliàs eo
ipso sit excommunicatus : An exemptus absque
licentia ad illud accedens , incidat in excommu-
nicationem, necne ? & ex pluribus resoluit incide-
re si transeat per diœcesim Episcopi, & probabili-
ter Constitutionem non ignoret : Nam ex quo, In-
quit, Episcopus imponit pœnam eunti ad mona-
sterium, & illud ire est delinquere , & sic est deli-
ctum factum in loco non exempto , licèt sit con-
summatum in loco exempto , ex hoc sequitur , vt
Episcopus punire possit, cap. 1. de priuileg. lib.6. &
idem censet in d.cap. Periculoso, Franc. n.6. & Ias.
cons.83.vol.1 vbi in fine sic ait [Et verè cum ha-
beamus apertam decisionem Lapi Abbatis , &
Gemin.in indiuiduo firmãtium quæstionem no-
stram , nescio quis iustus iudex volens iura admi-
nistrare, possit ab eorum decisione recedere] Quã
sententiam iamdiu approbauit S Congregatio,dũ
declarauit Regulares accedentes ad monasteria
Monialium , etiam exempta ab Episcopi iurisdi-
ctione incidere in pœnam excõmunicationis con-
tra accedentes Episcopi edicto propositam , nisi
habeant nominatim priuilegium , vt non possint
excommunicari : & tamen eo etiam casu censuit
eos alijs pœnis esse puniendos .
10 Quod videtur etiam probari posse , quia ex di-
cto cap.Periculoso, & decreto Concilij Tridenti-
ni cap. 5.sess.25.de Regular.Episcopi tamquam Se-
dis Apostolicæ delegati sub obtestatione diuini
iudicij, & interminationis maledictionis æternæ
iubentur procurare,vt clausura Monialium exem-
ptarum vbi violata fuerit , restituatur , & vbi in-
uiolata est, conseruetur : inobedientes, atq; con-
tradictores per censuras ecclesiasticas , aliasque
11 pœnas compescentes . In hoc autem auctoritate
conseruandi clausuram, vtique comprehenduntur
ea omnia , quæ ad eiusmodi conseruationem spe-
stant, & sine quibus clausura nullo modo, aut dif-
ficilè conseruari potest , vt in hac specie tradit Io.
Monach.in d.cap.Periculoso, n.2. vbi ait habentes
custodiam clausuræ, habere etiam illa omnia,quæ
clausuram comitantur per regulam l. 2 ff. de iuris-
dict omn.iud.cap.Præterea,de off deleg.& cap.de
prudentia,de dote post diuor. restituen. At expe-
rientia docuit ad clausuræ conseruationem ma-
gnoperè pertinere , vt Regulares ad illa non acce-
dant, nec cum Monialibus colloquantur absque
legitima licentia : idcirco enim tot prohibitio-
nes sub grauibus pœnis hac in re à Sede Aposto-
lica emanarunt . Ergo Episcopus potest illos arce-
re, & contrafacientes punire . Et reuera maximè
absurdum videtur vt Episcopi grauissimo illo de-
creto præcipiantur clausuram inuiolatam custodi-
re ; & tamen nequeant ab illa arcere quos expe-
dire iudicauerint: huiusmodi enim prohibitæ , &
12 clandestinæ collocutiones sunt valde sacris Cano-
nibus suspectæ,vt paret ex septima Synodo,cap.20
cuius verba consultò omittimus: & propterea Cõ-
cilium Hispalen.2. cap.11.dum subijcit monaste-
ria prouinciæ Bethicæ Monachorum Regimini ,
subdit ea tamen circa Moniales cautela seruata ,
vt remoti ab earum peculiaritate , nec vsque ad
vestibulum habeant accedendi familiare permis-
sum .
13 Ideoque cum Episcopus Bellunen.olim retulis-
set S.Congregationi Concilij nõnullos abusus cir-
ca facultatem alloquendi Moniales Regularibus
subiectas,S.Congregatio respõdit hoc caput,quod
clausuram, eius conseruationem,ac restitutionem
respicit ad iurisdictionem Episcopi tamquam Se-
dis Apostolicæ delegati pertinere.
14 Quæ tamen quamuis fortè non transitent absq;
dubi-

difficultate ex dispositione iuris, & Concilij, certè satis clarè videntur procedere post Gregorianam Constitutionem, quæ disertis verbis tribuit Episcopo tamquam Sedis Apostolicæ delegato facultatem puniendi quoscumque exemptos tam sæculares, quàm Regulares, qui delinquunt circa clausuram, aut circa personas degentes infra septa monasteriorum Monialium Regularibus subiecta-
15 rum: certum est enim Regularem absque legitima licentia loquentem cum Moniali graniter delinquere, & ex decreto Sixti V. esse ipso iure priuatũ voce actiua, & passiua, & ex declaratione S. Congregationis Episcoporum, & Regularium mortaliter peccare. Delictum enim clausuræ in d. Constitutione non videtur materialiter, & physicè accipiendum pro sola murorum fractura, sed moraliter, itaut comprehendat quemcumque modum, per quem Monialium custodia violari possit, qualis videtur esse prohibita allocutio.

16 Idque eo magis, quia Constitutio non restringit se ad violantes clausuram, nec loquitur de delinquentibus in clausura; sed vtitur dictione illa
17 *circa*, quæ magis latè patet; aliud est enim aliquid fieri circa solum, aliud in solo, vt notatur in l. 1. §. Hoc autem edictum non omnia, ff. de noui operis nunciat. & circa prouinciam dicitur esse qui abest per duas dietas tantùm, Archid. in cap. 1. de offic. Ordinar. lib. 6.

Itaque quatenus Regularis accedens contra prohibitionem Papæ ad clausuram Monialiũ propriè non delinqueret in clausura, negari tamen non potest, quin delinquat circa clausuram: præ-
18 sertim quia *clausura* nomen genus est ad clausuram tam interiorem, quàm exteriorem: & cùm Constitutio simpliciter loquatur de delinquentibus circa clausuram, æquè videtur intelligenda de clausura exteriori, ac de interiori: sub genere enim propriè vtraque species comprehenditur, vt notatur in l Si quis sic stipuletur, in glo. in vet. Omnes hi, ff. solut. matr. & tam delictum est Regulari sine licentia ingredi exteriorem clausuram, quàm interiorem, licèt hoc sit grauius.

19 Præterea ponderanda est clausula Constitutionis inferius posita, quæ videtur ampliatiua præcedentium his verbis [Itaut Episcopus in supradictis casibus, & in prænominatas personas in præmissis omnibus, & singulis, aut circa ea quoquomodo delinquentes, per censuras ecclesiasticas, aliasque pœnas procedere, omnemque iurisdictionem exercere liberè, & licitè valeat. Verba enim illa, *in præmissis*, & *circa ea*, extendunt dispositionem præcedentem etiam ad connexa, & comitantia: & illa dictio, *quoquomodo delinquentes*, similiter ampliat præcedentia ad omne delictum cuiuscumque sit qualitatis, itaut propterea quatenus delictũ collocutionis cum Moniali non cõprehenderetur in priori parte Constitutionis, satis tamen videatur comprehendi in secunda, quæ latiùs patet. Verba enim sic vniuersalia, & geminata extendunt dispositionem, & comprehendunt etiam casus, qui aliàs in illa non comprehenderentur, vt pluribus exemplis probat Romanus cons. 38. Visis ijs, in princ. n. 2. & Alex. cons. 102. Viso themate, lib 6 & in specie verba, *in præmissis*, & *circa ea*, indicare Pontificem voluisse ampliare præmissa etiam ad casus non expressos. Patet ex ijs, quæ de hac dictione, *circa*, superiùs dicta sunt: & de dictionibus, *omnia*, & *singula*, tradit Paulus de Castro cons. 418. col 2. in princ. vers. In contrariũ, lib. 1 & Ant. de Butr. cons. 19 n. 3. vers. In priuilegio autẽ, & n. 5. vbi etiam de verbis, plenè in omnibus, seu pleno iure; & de dictione, *quoquo modo*, seu, *quocumque modo*, Bart. cons. 21. lib 2. n. 5.

Et confirmatur: nam Gregorius in prooemio Constitutionis recenset tres casus, in quibus ex decretis Concilij Regulares delinquentes ab Episcopo puniri non poterant: & declarat se velle prædictis decretis aliquid adiungere, idque re ipsa obseruat in corpore Constitutionis in duobus casibus, idest cùm Regulares non curati delinquunt in administratione alicuius Sacramenti. Item cum delinquunt prædicando in Ecclesijs sui, vel alterius Ordinis sine Episcopi benedictione, vel licentia, aut Episcopo contradicente: in his enim duobus casibus persistendo in terminis Concilij, Regulares ab Episcopo puniri non poterant, sed à suis superioribus Regularibus dumtaxat, vt prius declarauerat S. Congregatio. Ergo idem censetur Gregorius fecisse in 3. casu, nempe cum delinquunt circa clausuram Sanctimonialium, vel personas in ea degentes: nam si hunc 3 casum intellexisset de formali violatione clausuræ, nihil Concilio addidisset, quia Regulares eam violantes iam subetant iurisdictioni Episcopi ex decreto d. cap. 5. sess. 25. de Regular. vnde in hoc quoque 3. casu Constitutio, aliquid addat decreto Concilij, ita intelligĩ debet, vt Regulares circa clausuram puniri possint pro delicto, pro quo ex præscripto Concilij puniri non poterant, & sic pro delicto vltra formalem clausuræ violationem.

20 Cæterum si hoc casu Regularis non videretur aliquibus delinquere circa clausuram, dubium tamen non videtur, quin delinquat circa personam intra septa degentem, & propterea ex hoc cap. ab Episcopo puniri possit ad præscriptum Cõstitutionis: inducit enim Sanctimonialem ad secum colloquendum contra prohibitionem Apostolicam; atque ita delictum est reciprocum ex parte vtriusque: nam respectu vnius, & eiusdem actus indiuidui, sicuti est collocutio, prohibitio facta vni ex correlatiuis, censetur etiam facta alteri; idque verum est indistinctè, & in omni materia etiam odiosa, & pœnali, vt optimè declarat Crauetta de Antiq. tempor. in 4 p. §. Videamus, n. 29. & 30. & Sociu. cons. 74. n. 5. & seq. lib. 3. Curt. Iun. cons. 6. nn. 15. & seq. & Dec. in l. 1. C. de in ius voc. n. 7. vers. Primus.

Neque verò ea verba, *circa personas*, salua ratione recti sermonis restringi possunt ad solos tactus corporis, sed cùm sint generalia, referri debeat ad quodcumque delictum personas Monialium concernens; præsertim quia, vt dicit text. in cap. Nec solo, 32. qu. 5. sæpe in tactis ab immunda violatione corporis fugit castitas ipsa de moribus.

21 Et hanc ob causam Gregorius legis conditor oretenus dixit suæ intentionis esse, vt in Constitutione comprehenderentur etiam mittentes epistolas ad Moniales, quasi & hi dicerentur aliquo modo circa illarum personas delinquere, considerata latitudine illius dictionis, *circa*: & quamuis de hac Gregorij declaratione nihil hodie appareat authenticè, notitia tamen vtcumque habita mentis legislatoris promptiorẽ reddere debet S. Congregationem ad declarandum illos esse in Constitutione comprehensos, qui non per litteras tantũ,

sed

fed perfonaliter accedunt ad colloquendum cum Monialibus.

22 Et eo magis quia littera Conftitutionis propriè hanc interpretationem admittit: iniuria enim aduerfus perfonam dicitur fieri non folum te, quoties manus inferuntur, fed etiam verbis, vt cum conuicium fit; nec tantùm in corpus inferetur, vt cum quis pulfatur, fed aliquando etiam ad dignitatem, aut infamiam pertinet, vt cùm pudicitia attentatur, quæ funt verba textus in L.1.ff.de iniur. & eodem modo actio in perfonam inferri dicitur, & tamen corpus non tangitur, l. Actionum genera, & l. Actio in perfonam, ff.de act.& oblig. at quod clarius procedit hoc cafu, in quo Conftitutio non vtitur verbis, *in perfonam*, fed *circa perfonam*, quæ latius patent, vt fuperius diximus.

23 His non obftat, quod Conftitutio tamquam pœnalis fit ftrictè intelligenda; quia hoc cafu non agitur de pœna Regularibus imponenda, abfolutum eft enim accedentes ad monafteria fine licentia effe puniendos, fed folùm agitur à quo hæc pœna fit irroganda, an fcilicet à Superiore Regulari, an ab Epifcopo; vnde Conftitutio non debet propterea ftrictè intelligi, fed potius latè in fauorem iurifdictionis ordinariæ: nam quamuis reftringantur Religioforum priuilegia, fit tamen reditus ad ius commune antiquum, fecundum quod Monachi, & eorum Abbates fuberant diœcefano Epifcopo, cap. Abbates, & cap. Monafteria, 18.qu.2.& tradit Nauarr.conf.8.fub n.3. de refcript. Planú eft autem, Conftitutionem, per quam fit reditus ad ius commune, fauorabilem effe, & latè interpretandam, cap. Cum dilectus, §. Cæterum, & ibi gloff. communis, in ver. Iuri communi, & Abb.nu.11. do confuetud.

24 Et nihilominus etiam lex pœnalis eft latè interpretanda quatenus patitur verborum proprietas, l.Cum lege, vbi Arect.ff.de teftam.Rolan.à Valle conf.54.n.39.verf. Nam dictiones, lib.3. & plenius Crauetta conf.194.nu.2. verf. Amplius, & eo magis, quia per Conftitutionem Gregorij tribuitur Epifcopo ius procedendi contra Regulares exemptos auctoritate delegata; vnde per hoc exemptionum priuilegia non violantur, vt notat Abbas in cap. Graue, n.1. de off. Ordin. & dixi in cap. Tuarum, n.31. fupra eod.

De Priuilegijs.

Cap. Ex parte il terzo.

S V M M A R I V M.

1 *Qui in habitu, & tonfura, & cæteris vt laici conuerfantur, deprehenfi in maleficijs puniri poffunt à iudice fæculari.*

1 EX PARTE, il terzo. Io. Andr.& communiter Scribentes fic fummant hanc Decretalem: Qui in habitu, & tonfura, & cæteris vt laici conuerfantur, deprehenfi in maleficijs fe pro Clericis non defendunt: fed quia per alia iura Clerici fiue in Minoribus, fiue in Sacris Ordinibus conftituti, & in maleficijs deprehenfi fine habitu, & tonfura, fori priuilegium non perdunt, nifi ter moniti non defiftant, vt cap. Contingit, il fecondo, infra de fent.excomm.cum fuis concordant. propterea hoc cap. quod videtur oppofitum innuere, multipliciter à Doctoribus intelligitur: verior tamen, & communior videtur intellectus gloffæ penultimæ hic. Tu in propofito vide Aleam an. qui concordat cum gloffa noftra in conf.8 Videtur fuper primo, n.2.lib. 1. & quod fcripfi in d.cap. Contingit, n.6. 11. & 25.

De Priuilegijs.

Cap. In his;

S V M M A R I V M.

1 *FRatres Prædicatores, & Minores, an poffint in clauftro monafterij fui Ordinis in altari portatili Miffam celebrare etiam inuito Epifcopo. Et quid de illius licentia, & num. feqq. vfq; in finem.*

2 *Miffa de iure communi an, & quando poffit celebrari extra Ecclefiam de licentia Epifcopi.*

3 *Epifcopus poteft de iure concedere priuilegium altaris viatici in fua diœcefi tantùm, & folus Papa in vniuerfo Orbe.*

4 *Fratres Prædicatores, & Minores ex indulto Honorij III vti poterant altari viatico etiam Epifcopo non permittente.*

Priuilegia fic debent interpretari, vt non fint inania, fed aliquid conferant præter ius commune. ibidem.

5 *Fratres Prædicatores, & Minores etiam ante Concilium Tridentinum vti non poterant altari viatici priuilegio poftea quam habuerunt Ecclefias confecratas.*

6 *Altaris viatici priuilegium fuit innouatum à Sixto IV & Alexandro VI quoad Minores tantum, non autem quoad Prædicatores.*

7 *Societatis Iefu Presbyteris altaris viatici priuilegium à Concilio Tridentino ademptum reftituitur à Gregorio XIII.*

8 *Fratrum Prædicatorum, & Minorum priuilegium in altari viatico celebrandi fuit fublatum à Concilio Tridentino.*

9 *Priuilegia etiam in corpore iuris claufa non definunt effe priuilegia, & ideo comprehenduntur in generali priuilegiorum derogatione, n.9.*

10 *Altaris viatici priuilegium Epifcopis conceffum cur non ademptum à Concilio.*

11 *Iuri communi non eft opus derogare, fed fatis eft, vt Princeps ftatuat contrarium eius, quod ius commune difponit.*

12 *Priuilegijs in corpore iuris claufis ex ftylo Concilij Tridentini non confueuit exprefsè derogari.*

13 *Epifcopus poft Concilium Tridentinum non poteft concedere licentiam domi celebrandi, vt infirmus pro viatico communicetur.*

14 *Fratres Prædicatores, & Minores non poffunt in clauftris fuorum monafteriorum celebrare in altari portatili etiam de Epifcopi licentia, & num.19.*

Secus fi altare fit fixum in Oratorio ad diuinum cultum dedicato, ibid. & n.22.

15 *Tridentini Concilij decretum in cap. vnico, §. Neue patiantur, feff.22. de obferu. & euitan. in celebr. Miffar. expenditur, & explicatur.*

16 *Principis domus, arces, & palatia, in quibus Barones*

rores iurisdictionem exercent, comprehenduntur in prohibitione Tridentini Conc. de Missa in priuatis domibus non celebranda.

17 *Missa in priuatis domibus celebrari non potest etiā in Oratorio ad Diuinum cultum dedicato, sed celebrandi licentia petenda est à Sede Apostolica.*

18 *Oratoria publica, & priuata quæ censeantur.*

19 *Episcopus non potest permittere, vt à Sacerdotibus sæcularibus, aut Regularibus Missa celebretur extra Ecclesiam, & extra Oratoria ad diuinum tantùm cultum dedicata.*

20 *Altaris portatilis vsum Episcopus post Tridentinū Concilium concedere non potest etiam in locis publicis.*

20 *Episcopus potest concedere ex Tridentini Concilij præscripto, vt Missa celebretur in Oratorio ad diuinum tantùm cultum dedicato, dummodo illud non sit in priuatis domibus.*

23 *Missa in Oratorijs constructis pro vsu Carceratorum, Confraternitatum, Hospitalium, & Monasteriorum celebrari potest prauia licentia, & approbatione Episcopi diœcesani, & n.23.*

1 IN HIS. Priuilegiati vt vbique possint cum altari viatico celebrare, hoc possunt sine licentia Prælatorum. Hoc dicit, & sunt duæ partes. Prima ponit exordium, & factum narrat. Secunda prouidet, & rationem reddit; ibi, *Cum autem*.

Nota priuilegium Principis ita esse interpretandum, vt aliquid conferat vltra ius commune, nam alioquin sit elusorium, vt hic, & in l.t. C. de thesaur. lib. 10 cum concord. de quibus hic in glos. fin. Priuilegium enim est priuata lex, nec esset priuata, nisi aliquid specialiter indulgeret, dicit tex. in cap. Abbate, vers. Hic autem sensus, de verbor. signif. De hoc infra n. 4.

2 QVAERO, An Fratres Prædicatores, & Minores, vt hic dicitur priuilegiati possint hodie in Claustro monasterij sui Ordinis in altari portatili Missam celebrare etiam inuito Episcopo diœcesano, non obstante decreto Concilij Trident. in cap. vn. sess. 22. de obseruan. & euit. in celebr. Missar. Et quid de illius licentia, & approbatione.

2 Quamuis ex antiquorum Canonum præscripto Sacrosanctum Missę Sacrificium celebrari non debeat nisi in Ecclesia consecrata, cap. 1. in fin. cap. Sicut non alij, cap. Vnicuique, cum concord. de consecr. dist. 1. & pluribus confirmat Duran. de ritib. lib. 2. cap. 2. adeout non liceat in priuatis domibus celebrare etiam ex permissione Episcopi, vt in d. cap. Sicut non alij, in fin. & in Auth. Vt in priuatis domibus sacra Mysteria non fiant, collat 5. Sed opus sit priuilegio Apostolico, secundum Archid in cap. fin. in ver. Ad Ecclesias, de priuil. lib. 6. Tamen ex Concilio Triburiensi relato in c. Concedimus, de consecr. dist. 1. Generaliter permittitur vt si Ecclesię consecratę fuerint ab infidelibus, vel malis Christianis combustę, in capellis non consecratis cum tabula consecrata Missæ interim celebrentur donec consecratæ Ecclesiæ valeant restaurari: In itinere verò positis si Ecclesia defuerit, subdio, seu in tentorijs, si tabula altaris consecrata ibi affuerit, liceat Missarum solemnia celebrare. Item ex Concilio Agathensi, cap. 21. Permittitur ijs, qui sunt valde remoti ab Ecclesia Parochiali, propter fatigationem familię suę, vt audiant Missas in minoribus festiuitatibus in Oratorijs suis; sed in præcipuis festiuitatibus Missam audiant in suis Parochialibus Ecclesijs: refertur in cap. Si quis etiam, de consecr. dist. 1. Verum hos duos textus communiter DD. intelligunt nō habere locum nisi de cōsensu Episcopi diœcesani, quod satis constat ex cap. Missarum, de consecrat. distinct. 1. quod est eiusdem Concilij Triburiensis: [Missarum, inquit, solemnia non vbique, sed in locis ab Episcopo consecratis, vel vbi ipse permiserit, celebranda esse censemus.] Idem colligitur ex sexta Synodo cap. 31. relata in c. Clericos, ead. dist. & tradit glos. in d. cap. Concedimus, in verb. Celebrari permittimus, & in c. Vnicuique, in ver.

3 Licèt, ead. dist. Et propterea Io Andr. in cap. fin. de priuil. lib. 6. in ver. Celebrare, dicit posse vnumquemque Episcopum in sua diœcesi concedere hoc priuilegium altaris viatici iuxta tex. in d. cap. Concedimus, cap. Missarum, cap. Clericos, & cap. Si quis extra, de consect. dist. 1. & solum Papam in vniuerso Orbe, vt hic, & in d. cap. fin. eodem tit. lib 6. io. Andr. sequuntur ibi Anton. de Butr. Anch. & alii: & ita communiter teneri testatur Abb hic num. 2. vers. Sed quæro, & Nauarr. conf. 1. qu. 37. de Constit.

4 Post hæc Honorius III. concessit Fratribus Prędicatoribus, & Minoribus priuilegium altaris viatici; sed quia nonnulli asserebant illud non habere locum absque consensu Episcopi diœcesani; idem Honor. in hac Decretali declarauit prædictos Fratres vti posse hoc priuilegio etiam Episcopo non permittente: nam cùm de licentia Episcopi vnicuique liceret in altari viatico celebrare absque alio Papę priuilegio ex indulgentia Concilii Triburiensis, vt in d. cap. Concedimus indultu Honorii nihil illis contulisset pręter ius commune si necessaria fuisset Episcopi licentia, & priuilegium fuisset omnino elusorium, quod esse non debet, vt hic patet, & notat glos. in ver. Ex indulgentia, & Abb. in princ. qui ait hunc textum ad hoc quotidie à Doctoribus allegari.

Demum superuenit decretum Tridentini Concilij in cap. vnico, Neue patiantur, sess. 22. de Obseru. & euit. in celebrat. Missar. de quo inferiùs dicetur.

5 His ita constitutis ad primam partem dubii videtur respondendum fratribus Prędicatoribus, & Minoribus nequaquam licere in claustro vt supra, Missam celebrare, præsertim Episcopo contradicente. Siquidem, vt inquit Ioann. Andr. hic num. 8. post Hostien. num. 12. in ver. Consecuti; hac gratia vtebantur isti fratres in nouitate sua quando carebant propriis Ecclesiis, & habebant Oratoria simplicia: hodie verò & habent cœmeteria, & consecrantur ipsorum Ecclesiæ. Vnde nec in locis suis egent hoc priuilegio, ex quo habent alia altaria consecrata. Sed & Ant. de Butr. hic num. 8. Similiter dicit Fratres Prædicatores, & Minores habuisse hoc priuilegium in prima nouitate quando celebrabant in propriis habitaculis; sed hodie habere proprias Ecclesias, & consecratas, & ideo vti non posse hoc priuilegio, quod in subsidium fuit datum. Et sequitur Abb. num. 3. dicens Doctores tacitè innuere hos fratres non habere amplius hoc priuilegium: nam olim fuit eis concessum, quia non habebat ita Ecclesias cōsecratas, sicut hodie habent, sed habebant quædā Oratoria non consecrata. Et quamuis Abb. subdat

dat quod si hodie etiam de facto accideret vt haberet aliqua loca non consecrata, fratres ad illa accedentes vti possent hoc priuilegio, quia subesset ratio priuilegii: tamen quidquid sit de veritate huius limitationis, certè illa non applicatur casui nostro in quo agitur de Missa celebranda in claustro, in quo absolutum est nullam subesse necessitatem celebrandi, cum sit in promptu Ecclesia, cui adiacet. Cessante igitur causa, ob quem priuilegium fuit concessum, cessat priuilegium, argum. cap. Et si Christus, supra de iureiur. & cap. Cum cessante, de appellat. & ideo videmus induitum Concilii Triburiensis celebrandi cum tabula consecrata, cum fuerit concessum in defectum Ecclesiarum, non habere locum in locis, vbi Ecclesiæ non desunt, vt probat littera d. cap. Concedimus, de consecrat. dist. 1. ibi, *donec consecratæ Ecclesiæ valeant restaurari*: & ibi, *si Ecclesia defuerit*. Videtur enim inferri iniuria Ecclesiæ, & loco sacro, cùm extra eum nulla necessitate eogente Missæ sacrificium celebratur, vt in cap. 1. & c. Sicut non alii, de consecr. dist. 1.

6 Neque obstat quod ait Augustinus Barbosa in ver. Duximus indulgendum, num. 3. Priuilegium hoc fratribus Prædicatoribus, & Minoribus concessum celebrandi in altari viatico postea fuisse renouatum, & ampliatum à Sixto IV. Alexandro VI. ac Gregorio XIII. vt asserit explicari, & comprobari per fratrem Emanuelem quæst. reg. tom. 1. quæst. 43. art. 4. Verè enim Sixtus IV. & Alexander VI. hoc priuilegiũ non innouarunt nisi quoad fratres Minores, vt refert Rodrig in loc. à Barbos. alleg. Vnde quoad fratres Prædicatores priuilegiũ remansit in eodem statu, in quo erat ante illius in-
7 nouationem. Gregorius autem simile priuilegium concessit tantũ Presbyteris Societatis Iesu: quoad alios verò tantùm abest, vt illud innouauerit, vt potiùs declarauerit vniuersis ademptum fuisse à Tridentina Synodo: ait enim in litteris directis Præposito Generali, & Presbyteris dictæ Societatis: [Vsum altaris viatici Societati vestræ à fel. record. Paulo Papa III. concessum, deinde à Concilio Tridentino vniuersè sublatum vobis eatenus restituimus, vt inter Missiones, &c.]

8 Sed quatenus adhuc vigeret ratio induiti Honorij III. itaut fratres Prædicatores non prohiberẽtur illo vti ex hoc capite rationis cessantis à Doctoribus vt supra consideratæ; obstaret tamen illis Tridentini Concilij decretũ d. c. vnico, sess. 22. de obseru. & euit. in celebr. Missar. quod sustulit priuilegia omnia celebrandi etiam quoad Presbyteros Regulares extra Ecclesias, & publica Oratoria; atque ita etiam in altari portatili: vt constat clarissimè ex prædictis litteris Gregorij XIII. & infra explicabitur. Et in indiuiduo hoc priuilegium fratrum Prædicatorũ, & Minorum à Concilio sublatum fuisse, tenet Nauarr. in Manual. cap. 25. num. 82. in fin. & post eum Suarez, tom. 3. disp. 81. sect. 3. in fin. & Henriq. in summ. lib 9. c. 27. num. 2. in glos. Littera S. Quidquid contra leuissimo ductus fundamento scripserit Emanuel Rodrig de Regul. tom. 1. q. 43. art. 5. & Io. Præp. in 3. p. quæst. 83. art. 3 num. 152. Hoc enim decreto etiam Regulares disertis verbis cõprehenduntur; Ideoque Congregationi Peregrinorum Ordinis Prædicatorum olim supplicanti S. Congregatio censuit concedendam esse priuilegij Apostolici confirmationem, celebrandi in Oratorijs, & altaribus portatilibus in illis locis, in quibus nulla suppetit cõmoditas Ecclesiarum consecratarum.

Prosp. Fagn. in 2. par. 5. lib. Decretal.

9 Nec obstat quod priuilegium huius cap. In his, tamquam in corpore iuris clausum non videatur à Concilio sublatũ, ad instar similis priuilegij altaris viatici Episcopis, eorumque Superioribus concessi in cap. fin. de priuileg. lib. 6. quod ex sententia S. Congregationis à Concilio sublatum non fuit.

Id, inquam, non obstat primò, quia ex eo quod priuilegium Honorij III. fuerit insertum in corpore iuris, non propterea desiuit esse priuilegium. Ideoque glos. & DD. in cap. Quod nonnullis, supra eod. dicunt priuilegium illud concessum Episcopis celebrandi etiam tempore generalis interdicti hodie non esse priuilegium, sed ius commune propter cap. Alma mater, de sent. excomm. lib. 6. innuentes ante promulgationem d. cap. Alma mater, illud fuisse priuilegium, licèt clausum esset in
10 corpore iuris. Ratio autem cur Concilium non abstulerit Episcopis priuilegium altaris viatici non est, quia in corpore iuris sit insertum, sed quia Episcopos, cæterosque maiores Prælatos, qui in sublimiori gradu Hierarchiæ Ecclesiasticæ constituti reliquis omnibus ædificationi, & exemplo esse debent, non decet sine missa transire absque rationabili causa vllam diem, vt legitur in d. cap. fin. de priuileg. lib. 6. Esset enim scandalosum vt Episcopi in sua diœcesi, vel extra eam iter facerent absque eo quod Missam celebrarent, vel audirent. Vnde hoc indultum quod in præcipua honestate, & decẽtia Pontificalis officij in diuini cultus augmentum, populique ædificationem fundatur, non sunt censendi Patres Concilij voluisse vulnerare, cum hoc semper præcipuum habuerint, vt Episcopi in his, quæ ad religionem, & Dei cultum spectant, cæteris præluceant, cap. 1. sess. 24. c. 1. sess. 25. & passim alibi. Lex enim respicit semper quid deceat secundum honestatem, cap. Magnæ, de voto, cap. Erit autem les, 4 dist cap. Cum non de-
11 ceat, de elect. lib. 6. cum suis concord. At hæc ratio minimè viget in inferioribus Sacerdotibus: imò vix esset sine scandalo, vt quilibet simplex regularis dictorum Ordinum haberet vsum altaris portatilis: præsertim quia fortè in vim communicationis idem priuilegium prætenderent etiam Regulares aliorum Ordinum. Hoc igitur casu propriè verificantur verba, cap. Sicut non alij, de consecr. dist. 1. quod satiùs sit Missã non cantare, aut non audire, quàm in illis locis, vbi fieri non oportet.

Respondetur secundò hoc argumentum posse in contrarium retorqueri: nam quamuis priuilegium insertum in corpore iuris faciat ius commune inter nominatos tantùm, vt notat Io. Andr. post Hostien. in cap. Ex parte, il primo, super ver. Cęteris, de decim. & tenet glos. 2. in cap. Constitutionem, de Regul. lib 6. & in reg. Quæ à iure, in fin. eod. lib. & in Clemen. Dudum, in ver. De iure, de sepultur. tamen iuri communi non est opus expressè derogare, quia constitutio posterior tollit priorem contrariam licèt de illa mentionem non faciat, cap. 1. & ibi DD. de Constit. lib. 6. cap. Vasa, de Consecr. dist. 1. cap. 1. supra de cognat. spiritual. ergo ex eo quod priuilegium in iure clausum faciat ius commune, potius sequitur, vt eidem priuilegio non sit opus derogare. Et ita per hanc rationem concludit Felin. in cap. 1. num. 11. vers. Tutius est tenere cõmunem, supra de rescript.

vers. Totius est tenere commune, supta de rescript.

22 Respondetur tertiò, Concilium Tridentinum quotiescumque sustulit priuilegia, sustulisse etiam inserta in corpore iuris: nullibi enim ex stylo Cōcilij in derogationibus generalibus consueuit fieri mentio talis insertionis: ideoque in cap 2 sess. 5. & in cap. 15 sess. 23. sustulit priuilegia Regularium inserta in Clem. Dudum, de sepult. Item in cap. 8. sess. 7. & in c 9 sess. 24. derogauit priuilegijs exemptorum, de quibus in cap. Luminoso, 18. q. 2. & cap. Cum Episcopus, de off. Ordin. lib. 6. Item in cap. 5. sess 24. quoad durationem conseruatorum sustolit dispositionem, cap. fin. de off. deleg. lib. 6 Item in cap. 8. & 10. sess. 23. quoad Ordines, & dimissorias, sustulit priuilegia inferiorum, de quibus in cap. Cum ullus, de tempor. ordin lib. 6. & in cap. Abbates, de priuilegijs, eodē lib. Item in cap. 18. sess. 24. ex sententia S. Congregationis sustulit indultum studentium insertum in cap. Cum ex eo, de electione, lib. 6. & alibi sæpè: & tamen insertiones huiusmodi in iure communi nullam mentionem fecit, & in multis alijs casibus, quas retuli in cap. Nonnulli, à n. 42. supra de rescript. & in specie quicquid in contrarium scripserit Suar. tom. 3. disp 81 sect. 2 vol 2. & Rodriquez de reg. tom. 3. qu. 4 art. 6. decretum d. cap. Vnici, sess. 22. de obseru. & euit. in celebratione Miss. abstulit Episcopis facultatem concedendi etiam ex legitima causa vsum altaris portatilis in sua diœcesi, quam habebant ex dispositione iuris communis, iuxta tex. in d. cap. Concedimus, & cap. Missarum, de consecr. dist 1. vt solidè probat Nauarrus cons. 1. q. 37 de constitut. Et pro-
23 pterea cùm Cardinalis Paleottus olim petijsset, an posset concedere licentiam domi celebrandi, cùm infirmus deberet pro viatico communicari: Sacra Congregatio respondit non posse. Quinimo cum Cardinalis Legatus Portugalliæ petijsset vt posset concedere licentiam celebrandi Missam in domo priuata decenter accommodata, cùm infirmus aliquis debet pro viatico communicari, & hoc quia in illis regionibus sunt multa loca adeo dispersa, & remota a Parochijs, vt non sine maximo incommodo possit Eucharistiæ Sacramentū circumferri: Sacra Congregatio respondit non esse concedendum; ergo non est ambigendum, quin Conc. sustulerit priuilegium Prædicatorum, & Minorum vtcumque clausum in corpore iuris, præsertim quia in d. cap. Vnico, §. Neue patiantur, dū prohibet ne in priuatis territorijs Missæ sacrificiū celebretur, vtitur dictione illa vniuersali, *quibuscumque*, de cuius natura est, vt omnia includat, cap. Solitæ, vers. Quandocumque ligaueris, supra de maior. & obed. cap. Si tibi absenti, vbi Archid. n. 4. in verb. Quicumque, de præben. lib. 6. & comprehendere etiam ea, quæ alias in simplici dispositione non comprehenderentur, gloss. in Clem. 2. §. Dignitatem, in ver. Quodcumque, de vit. & honest Cleric. cum alijs allegatis per Sarnen. in reg. de trien. qu. 2. n. 3. & 4.

24 Quoad secundam partem dubij, an scilicet Fratres Prædicatores, & Minores possint in claustro monasterij sui Ordinis Missam celebrare saltem prævia licentia, & approbatione Episcopi diœcesani, videtur sic distinguendum. Aut intendunt celebrare in altari portatili: & hodie non possunt etiam de Episcopi licentia; Aut in altari fixo in aliqua capella ad diuinum cultum dedicata: & possunt, si Episcopus locum prius visitauerit, & ap-
25 probauerit. Vtriusque propositionis veritas dilucidè apparebit, si expendantur verba Concilij in d. cap. Vnico, sess 22. de obseru. & euit. in celebrat. Miss. quæ sic se habent [Neue patiantur priuatis in domibus, atque omnino extra Ecclesiam, & ad diuinum tantùm cultum dedicata oratoria ab eisdem Ordinarijs, designanda, & visitanda sanctum hoc sacrificium à sæcularibus, aut Regularibus quibuscumque peragi.]

His verbis Concilium primò prohibet, ne Episcopi permittant, vt Missa celebretur in priuatis domibus. Deinde prohibet ne id fieri permittant in locis, quæ sunt omnino extra oratoria ad diuinum tantùm cultum dedicata. Tertiò præcipit vt huiusmodi oratoria prius designentur, & visitentur ab Ordinario: ex quo contextu colliguntur conclusiones infrascriptæ.

Prima conclusio est. In priuatis domibus nullo casu potest Episcopus permittere, aut indulgere, vt à Sacerdotibus siue sæcularibus, siue regularibus Missæ sacrificium celebretur. Et in hoc sub-
26 lata est facultas, quam Episcopi habebant ex dispositione cap. Missarum, de consecr. dist. 1. vt dictum est supra nu. 8. Vnde cum olim dubitatum fuerit An in domo Principis possit Missa celebrari quasi non veniat appellatione domus priuatæ: & quid de arcibus, & palatijs Baronum, vbi exercent iurisdictionem: S. Congregatio censuit comprehendi dicto decreto Concilij huiusmodi loca.
27 Quæ conclusio procedit etiamsi in priuatis domibus constructum esset oratorium dedicatum ad diuinum cultum: nam nihilominus non liceret Episcopo impertiri licentiam illhic celebrandi. Ratio est quia cùm in secunda prohibitione Concilium statuat ne Episcopi permittant, vt celebretur extra Ecclesiam, & extra oratoria ad diuinum cultum dicata: superuacanea fuisset prohibitio de non celebrando in priuatis domibus si liceret in eis celebrare in oratorio dedicato ad cultum diuinum; satis enim fuisset simpliciter prohibere ne celebraretur in locis extra Ecclesiam, & extra oratoria vt supra dedicata: nam per hoc satis clarè fuisset prohibita celebratio in priuatis domibus, in quibus non extarent huiusmodi oratoria. Vt ergo verba illa aliquid operentur, dicendum est Concilium nullo casu voluisse vt Missæ sacrificiū fieret in priuatis domibus; atque ita etiamsi in eis esset oratorium ad diuinum cultum dedicatū.
28 Quam interpretationem sæpius secuta est S. Congregatio; censuit enim oratoria intra domesticos parietes, aut in priuato solo constructa, aut priuatis ædibus adiacentia, vtcumque sint dedicata ad diuinum cultum, censeri tamen priuata, nec posse Episcopum indulgere, vt in eis sanctū Missæ sacrificium fiat, nisi habeant ostium, quod immediatè respondeat in viam publicam, & in ipsa nullus aditus, aut prospectus ex priuatis ædibus pateat. Quinimò sæpè declarauit oratoria ædificata in agro, aut solo priuato licèt à domibus distincta, adhuc priuata censeri si ostium respondeat in aream priuatam vtcumque omnibus patentem; quamuis his casibus aliquādo rescripserit ad Episcopos, vt postquam Dominus soli per publicum instrumentum sit///ui ante oratorium existenti efficaciter, & cum effectu renunciauerit, declarent oratorium illud esse publicum, ita vt sit in ipsorum facultate licentiam tribuere illic celebrandi, vbi

tamen

tamen illud prius visitauerint, ac diuino cultui peragendo aptum, ac decens esse compererint. In oratorijs autem, quæ omnino sunt extra ædes priuatas, respondit celebrandi licentias etiam ex causa Episcopos concedere non posse, sed petendas esse à Sede Apostolica, proot postea obseruatum est. Olim huiusmodi licentiæ concedebantur à S.Congregatione Concilij. Hodie expediuntur per litteras in forma Breuis.

19 Secunda conclusio, quæ desumitur ex verbis Concilij in locis, quæ sunt omnino extra Ecclesias, & extra oratoria ad diuinum tantùm cultum dedicata, Episcopus permittere non potest, vt Missa celebretur à presbyteris sæcularibus, aut regularibus quibuscumque. Patet hæc conclusio ex littera textus, & ex ea satis clarè infertur, vt Diœcetanus Episcopus minimè possit tribuere licentiã Fratribus Prædicatoribus, vel Minoribus celebrandi in claustro super altari portatili: nam etsi claustrum non sit domus priuata; ideoque non cadat sub primam prohibitionem Concilij de non celebrando in priuatis domibus, cadit tamen sub secundam de non celebrando in locis extra Ecclesiam, & extra oratoria ad diuinum cultum dedicata; verè enim claustrum nec est in Ecclesia, nec altare portatile potest dici oratorium ad diuinum cultum dedicatum: ideoque Paris. cons. 34. circa resolutionem nu. 14. & 15. vol. 4. respondit domum Confraternitatis non esse locum sacrum, aut religiosum, etiamsi in ea sit campanella, & altare portatile, & quandoque celebretur ibidem diebus festiuis, sed adhuc remanere priuatum, & profanũ, allegat Feder. de Sen. cons. 130 Pactum tale est, & Abbatem in cap. Parentibus, supra eod. Felin. in cap. De quarta, nu. 13. de prescript. & alios quamplures. Et olim S.Congregatio consulta, Vtrum Episcopus si in loco à domo priuata distincto adsit altare, non tamen oratorij formam habente possit licentiam celebrãdi concedere; respondit oportere oratorij formam habere, & visitari, & approbari ab Ordinario. Aliquando etiam fuit habitus recursus ad S.Congregationem pro licentia celebrandi Missam in altari posito in Ecclesia nondum consecrata: & Congregatio concessit, dummodo cum petra consecrata. Vnde ex verbis Concilij

20 apertè colligitur Episcopũ non habere amplius facultatem concedẽdi vsum altaris portatilis etiam in locis publicis, sicuti olim habebat ex indulgẽtia Concilij Triburiensis, & Agathensis.

Et confirmatur, quia quamuis oratoria authoritate Episcopi fundata aliquando veniant appellatione beneficij, vt notat Abb. in cap. fin. in fin. de censib. & ideo possint comprehendi sub regula de infirmis, secundum Sarnen. in ead. reg. q. 23. tamen in altaribus portatilibus regulæ Cancellariæ, & iura de beneficijs loquentia locum habere non possunt, vt tradit Quintil. Mandos. in reg. de Annal. q. 17. n. 6. vers. In altaribus viaticis.

21 Tertia conclusio, quæ ex Concilio deducitur. Episcopus potest concedere licentiam vt Missæ sacrificium celebretur in oratorijs publicis, seu ad diuinum tantùm cultum dedicatis, dummodo illa non sint in priuatis domibus, quia tunc non essent publica, vt ostensum est supra in prima conclusione. Probatur hæc conclusio, quia dum Conciliũ prohibet ne Episcopi permittant vt celebretur in locis extra Ecclesiam, & extra oratoria ad diuinũ cultum tantùm dicata: ergo permittit vt hoc fieri possit in Ecclesia, & in oratorijs prædictis à contrario sensu, & ex reg. cap. Nonne, de præsumpt. & l. Cum Prætor, ff. de iud. cum simil. nam prohibitũ in vno casu, in alio censetur permissum, l. Cum lex & ibi glos. ff. de legib. Præsertim verò quia Concilium iubet vt oratoria ipsa prius designentur, & visitentur ab Ordinario: ergo clarè admittit vt idẽ Ordinarius dare possit licentiam in eis celebrandi: aliàs enim inania essent illa verba ab Ordinarijs designanda, & visitanda.

22 Ex hac tertia conclusione infertur, vt si Fratres Prædicatores, vel Minores intendant Missam celebrare in claustro non super altari portatili, sed super fixo, & in capella, seu oratorio occluso, & intersecto, sicuti aliqua cernuntur in claustris nonnullorum monasteriorum Vrbis, hoc eis non prohibeatur de consensu Episcopi diœcesani. Ratio est, quia tunc oratorium illud cùm non sit in priuatis domibus, sed in loco religioso cum altari fixo, & auctoritate Episcopi designatum, dicitur publicum, cap. Auctoritate, de priuil. lib. 6 Mandos. in reg. de annal. qu. 17. n. 9. & lusius ostensum est supra in principio. Vnde succedit facultas Episcopis per Concilium attributa, aut saltem non adempta concedendi licentiam vt in eo Missæ sacrificium celebrari valeat. Talia fuer. oratoria Societatis Sanctissimi Sacramenti Beati Rocchi, Battentium, & aliarum consimilium, quæ repetiuntur erectæ auctoritate Episcopi, de quibus loquitur Bald. cons. 162. Quidam Franciscus, num. 4 vol. 5. Bart. in l. Sodales, n. 6. C. de colleg. illicit. Cardin. cons. 11. Quædam Societas, n. 1. & seqq. Item oratoria hospitalium, de quibus per Lap. alleg. 41. Calder. cons. 352. An Episcopus, aliàs 23. de testam. Rom. cons. 477. In casu propositæ, num. 13. Paul. de Castr. cons. 167. Præsupposita, lib. 2 nec non oratoria Fraticellorum, seu Eremitarum. Item Pœnitentium, seu leuatorum, super quibus consuluit, Anton. de Butr. d. cons. 19. n. 19. Quippe in his, & alijs consimilibus tamquam in publicis oratorijs etiam hodie celebrari potest præuia visitatione, & approbatione Ordinarij, & super altari lapideo in forma sicut habent Ecclesiæ, iuxta tex. in cap. Clericos, cap. Nullus, & cap. Altaria, de consecr. dist. 1. & declarat Rom. d. cons. 477. n. 13.

23 Quem sensum similiter sæpiùs admisit S. Congregatio: nam olim consulta quæ ratio tenenda sit Nolæ, vbi in custodia tenentur delinquentes in domo officialis ad hoc vt detenti possint Missam audire, stante decreto Concilij in d. cap. Vnico cẽsuit scribendum, etsi in priuatis domibus non licet celebrare Missas: tamen si erigatur ad hunc vsum, & in loco decenti oratorium ab Ordinario visitandum, & approbandum, tunc posse. Item Confraternitas Vallis-Oleti Palentinæ diœcesis olim transmisit suas Constitutiones, in quibus illud reperitur adnotatum, quod cùm velint celebrare in quodã cœnaculo dictæ Societatis, S.Congregatio respondit oratorium tale debere ab Ordinario visitari, & approbari.

Ac demum respondit oratoria existẽtia in monasterijs, vel hospitalibus ordinaria, vel Apostolica auctoritate fundatis, non comprehendi in prohibitione Concilij in dicto vers. Neue patiantur.

Ex quibus omnibus ad propositam quęstionem respondendum videtur Fratres Prædicatores, & Minores nequaquam posse in claustro monasterij

in altari portatili Missas celebrare etiam de Episcopi consensu. Cæterum si super altari fixo in oratorio ad diuinum tantùm cultum dedicato celebrare voluerint, posse id eis permitti ab Ordinario, vbi tamen locum prius visitauerit, ac diuino cultui aptum, ac decentem esse comperecrit.

An autem altaris viatici priuilegium competat S.R.E. Cardinalibus, dixi in cap. Quod nonnullis, à n.5. vsque ad n.31. supra eod.

De Pœnis.

Cap. Licet.

SVMMARIVM.

1 *PRalati, qui in criminibus dispensare non possunt pœnam à iure statutam nequeunt in pecuniariam commutare.*

Pralati nec pro criminosis sustinendis, nec correctionis causa ex cupiditate debent pecuniam exigere. ibid.

2 *Archidiaconi plures esse possunt in eadem Ecclesia.*

Et an omnes debeant esse Doctores, ita ut optari non possint à Canonicis non Doctoribus, ibid.

3 *Pralatus, qui crebrò, & facilè pœnas pecuniarias infligit est vehementer suspectus de auaritia.*

4 *Idem si huiusmodi pœnae sibi applicet, & num. seq.*

5 *Pœna illa infligenda est, qua magis timetur, & num. 11.*

6 *Pralatus, qui mediante pecunia sustinet criminosos, iustitiam vendit.*

7 *Iudex ecclesiasticus pro criminibus ad eius forum spectantibus potest punire laicum, etiam sibi in temporalibus non subiectum.*

8 *Aromatarius, qui fabarum farinam miscuit in cera candelarum, puniri potest à Pralato habente in loco iurisdictionem episcopalem.*

9 *Iudex ecclesiasticus in causis criminalibus an possit pœnas pecuniaria infligere.*

10 *Quid si pro crimine ius statuas pœnam pecuniariam esse imponendam.*

11 *Et quid si ius statuat certam pœnam spiritualem, vel corporalem, non autem pecuniariam.*

12 *Et quid si de pœna imponenda nihil sit iure cautum.*

13 *Iudex, qui super crimine dispensare non potest, an possit pœnam à iure statutam in pecuniariam commutare.*

14 *Episcopus, vel alius iudex ecclesiasticus in causis spiritualibus, vel mixti fori an possit contra laicos sibi in temporalibus non subditos pœnis pecuniarijs procedere, & num. seq. vsque in fin.*

15 *Quid in terminis iuris communis, & n. 18.*

16 *Iudex ecclesiasticus in criminibus sui fori non potest laicos carceribus mancipare.*

Contrarium, num. 20.

17 *Iudex delegatus, vel Ordinarius an possit mittere in possessionem bonorum laicalium, super quibus sententiam tulit, & num. 20 in fin.*

18 *Intellectus cap 2. de maled. & cap. Postulasti de Iudæis.*

19 *Pœna pecuniaria debetur iudici sæculari etiam quando punit laicum ad requisitionem iudicis ecclesiastici.*

20 *Personam distringere magis est, quàm bona.*

21 *Episcopus ex Concilio Tridentino an possit procedere contra laicos in causis ad eius forum pertinentibus etiam pœnis pecuniarijs, & nu. seq. vsq; in finem.*

22 *Episcopus de iure communi prius debebat vti censura pro executione sua sententia, & in subsidium inuocare brachium sæcularem. Contra post Concilium.*

23 *Iudices ecclesiastici abstinere debent à censuris etiã contra laicos, vbi executio realis, vel personalis fieri potest.*

24 *Iudex ecclesiasticus in causa restitutionis dotis an possit sententiam exequi in bonis laicalibus.*

25 *Ad iudicem ecclesiasticum spectat tam cognitio, quã executio in causis ciuilibus, vel criminalibus, in quibus laici forum Ecclesia sortiuntur.*

26 *Concilium Tridentinum in cap. 3. sess. 25. expeditur.*

27 *Brachij sæcularis inuocatio est arbitraria Episcopo etiam contra laicos.*

1 LICET. Archidiaconi, & alij Prælati, qui in criminibus dispensare non possunt, vbi alia pœna à iure statuitur, pecuniariam non possunt imponere. Hoc dicit secundum Io. Andr. Butr. Cardin. & Ancharan. vel aliter seruandũ Abb. & Marian. Socin. Non debent. Prælati pro criminosis sustinendis pecuniam exigere, nec etiam correctionis causa ex cupiditate pœnã pecuniariam imponere. Sunt duæ partes. Prima ponit Archidiaconorum actus reprehensibiles. Secunda mandat illos inhiberi, & compesci, ibi, *Mandamus*.

2 Nota primò ex textu secundum Abb. in vno Episcopatu esse posse plures Archidiaconatus; & sic eamdem dignitatem esse multiplicabilem in eadẽ diœcesi, de quo in cap. Ex parte, il primo, & cap. Quoniam, Abbas, de offic. deleg. Adde inferiorem dignitatem multiplicari posse etiam in eadem Ecclesia, sicuti sunt plures Archidiaconi in Ecclesia Calagur. de quorum potestate, & iurisdictione refert se consuluisse Marian. Socin. hic in 8. notab. Idem pater in Ecclesia Tarraconen. cuius Capitulum alias dubitauit An quod disponitur c. 12. sess. 24 in ver. Archidiaconi, videlicet vt Archidiaconi sint Doctores, Magistri in Theologia, vel Licentiati in iure canonico, habeat locum dumtaxat in maiori Archidiacono vbi in Ecclesia sunt tres, vel quatuor Archidiaconi, sicuti sunt in Ecclesia Tarraconen. adeout ex consuetudine Ecclesiæ, secundum quam antiquior Canonicus consueuit optare dignitatem vacantem, possit, etsi Doctor non sit, nec licentiatus optare Archidiaconatum, si casus vacationis euenerit: S. Congregatio Concilij considerauit, cùm Concilium indefinitè loquatur de Archidiaconis, esse intelligendum de omnibus. Tamen propter illa Concilij verba, vbi fieri poterit, dictum fuit cùm agatur de optione, quæ competit tantùm Canonicis antiquioribus, & non est sublata à Concilio; si inter omnes Canonicos adsit aliquis Doctor, illi dandum esse Archidiaconatum vacantem, & non antiquiori: si autem nullus adsit Doctor, admittendum esse antiquiorem Canonicum, licèt non Doctorem.

3 Secundò nota ibi, *de radice cupiditatis, & auaritia prodire videntur*, aduersus Prælatos, qui crebrò, & facilè pœnas pecuniarias infligunt, oriri vehementem præsumptionem auaritiæ, cuius suspicio

spicio omnis ab ecclesiastico ordine abesse debet, vt in Concil. Trid. cap. 1. sess. 21. Ad hoc cap Ea quæ supra, de cens. & quod notatur in cap. 1. de decim.
4 Vnde Host. in cap. Vt Clericorum nu. 7. in ver. Pecuniæ, de vit. & honest. Cleric. [delinquentes, inquit, non sunt in pecunia puniendi] vt hic, & supra, de off. Ordin. cap. Irrefragabili, in fine, in Auth. Vt iud. sine quoquo suffrag. § Cogitatio, vers. Ad horum forum meritò latam, vsque ad § seq. in Authen. de mandat. Princip. § Oportet, vbi dicitur quod persona delinquant, & non res, vbi in Auth. Vt nullus iudex, § Quoniam verò, sed in talibus reprehenditur pecunia ex auaritiæ fonte leuata, quod semper præsumitur, si imbursetur: secus si causa correctionis, & ex fomite charitatis hoc fiat; quod præsumam vbi iudex ipsam sibi non retinet, nec imbursat, sed pauperibus erogat; & secundum hoc intellige supra de offic. Ordin. cap. Dilectus, de delict. puer. cap. 2. & de raptor. cap. In Archiepiscopatu, 32. q. 5. cap. Si vos, 18. qu. vult. §.
5 vlt. Sic enim locum habebit quod illa pœna infligenda est, quæ magis timetur, supra vt lit. non contest. cap. Quoniam, § fin. & secundum August. siue plectendo, siue ignoscendo hoc solum benè agitur vt vita hominum corrigatur, vt 23. qu. 5. cap. Prodest seueritas: ita formaliter Host. quem eisdem verbis sequuntur ibi Io. And. Anchar. & alij, & Marian Socin. hic n. 53. facit optimus text. in cap. Cognouimus, 16. q. 6. vbi secundum Archidiac. acriter reprehenduntur illi, qui prætextu correctionis gerebant curam Marsupij contra l. 2. C. de secund. nupt. ibi, *Ne fisci videamur habere rationem*.
6 Tertiò nota ibi, *pro corrigendis excessibus*, Prælatum qui mediante pœna pecuniaria sustinet, & tolerat criminosos, iustitiam vendere, vt hic notat Hostien. in princip. in vet. Pro corrigendis, Io. Andr. n. 1. in eod. ver. & Marian. Socin. num. 7. in septimo notab. quod inter grauiora crimina computatur, cap. fin. § fin. de purgat. Canon. Vnde hos meritò appellat iudices simoniacos Bald. in c. Irrefragabili, n. 3. in fin. de off. Ordin. & ibi dixi in § Cæterum, ad hoc cap. Vt Clericorum, ibi [Prælati verò, qui tales præsumpserint in suis iniquitatibus sustinere, maximè obtentu pecuniæ] supra de vit. & honest. Cleric.
7 Vltimò nota ex textu iuncta glossa, Prælatum non posse procedere contra laicos criminosos, nisi sint subiecti in temporalibus, vel de consuetudine hoc illis competat: nam cùm textus dicat hos Archidiaconos exegisse pœnas pecuniarias à Clericis, & laicis, glossa quærit cur dixerit de laicis, & soluit, quia fortè sunt de sua iurisdictione temporali, vel de consuetudine hoc habent. Sed tu dic glossam hoc dixisse per modum exempli: sed tamen etiam extra illos casus iudex ecclesiasticus procedit contra laicos in causis ad illius forum pertinentibus, vt est casus in cap. 1. & 2. supra, de adulter. & not. in cap. Dilectus, de offic. Ordin. in cap. Nemo, & cap. Ad aures, de simon. & per Host. hic n. 5. in ver. A Clericis, & laicis, & Abb. Antiq. qui n. 1. in ver. Laicis [Illis, inquit, poterit imponere pœnas pro criminibus ecclesiasticis, vt vsura, sacrilegio, & huiusmodi] & in cap. 1. de empt. & vendit. vbi tenet Archidiaconum habentem in loco iurisdictionem Episcopalem punire laicũ aromatarium, qui fabarum farinam cera cãdelarum venalium immiscebat: & sequuntur ibi alij Scribentes post Io. Andr. Roman. singul. 139. Fui aliàs interrogatus, & Felin. in cap. Irrefragabili, § Cæterũ n. 5. supra, de offic. Ordinar. & dicam latissimè infra à n. 14. vsque in finem.
9 QVAERO, An iudex ecclesiasticus possit in causis criminalibus pœnas pecuniarias infligere.

Quæstio duas habet inspectiones. Prima est an iudex ecclesiasticus his pœnis procedere possit cõtra Clericos. Secunda an possit sic procedere contra laicos in causis spectantibus ad forum ecclesiasticum.
10 Quoad primam inspectionem Doctores quotidie in hac materia remittunt ad glossam hic positam in ver Pœnam, quæ distinguit tria membra. Primum est, cùm ius statuit pro crimine pœnam pecuniariam esse infligendam: & quicumque iudex cognoscit de illa causa, absque dubio potest eam pœnam imponere; iura sunt clara in cap. In Archiepiscopatu, supra de raptor. in cap. Cum deuotissimam, 12 q. 2. & in cap. Quoniam, 18 distin. &
11 in l. 2. § vlt. ff. de iudic. Secundum est cùm ius super crimine statuit certam pœnam spiritualem, vel corporalem, non autem pecuniariam: & in hoc secundo membro glossa distinguit: nam aut iudex potest super crimine dispensare, & potest illam in pecuniariam commutare: & in hoc casu secundum glossam habet locum opinio Hugonis, qui dixit eam pœnam esse infligendam, quæ magis timetur, arg. c. Ea vindicta, 23. q. 4. & cap. Prodest, q. 5. & cap. Quoniam, supra, vt lite non contestata. Aut iudex dispensare non potest super crimine; & tunc pœnam à iure statutam non potest in pecuniariam commutare: & in hoc casu secundum glo. loquitur hæc Decretalis, quia Archidiaconi, de quibus hic, super crimine dispensare non poterant: vnde non debebant pœnam pecuniariã infligere, sed spiritualem, prout qualitas criminis exigebat, arg. cap. At si Clerici, supra de iudic. Ter-
12 tium est cùm de pœna imponenda nihil iure cautum reperitur; & tunc relinquitur iudicis arbitrio an pecuniariam, vel aliam infligat, vt in cap. de causis, supra de offic. deleg. In primo, & tertio
13 membro consentiunt omnes; sed in secundo maxima est Doctorum controuersia: nam Innoc. Ab. Antiq. Hostien. Io. Andr. & alij communiter vsque ad Abbatem Siculum sequuti sunt distinctionem glossæ: sed ipse Abbas, & post eum Marian. Socin. illam impugnant existimantes quemlibet iudicẽ, qui potest de causa cognoscere, posse pœnam vtcumque à iure statutam, & determinatam in pecuniariam commutare, dummodo id faciat in sententia prolatione, & causa cognita: & hanc opinionem dicit esse communem idem Marian. hic n. 21. sed tu in hac materia distingue plenius, vt dixi latissimè in cap. Irrefragabili, § Cæterũ, à n. 3. vsque in fin. supra de offic. Ordin.
14 Quoad secundam inspectionem de laicis quæro an Episcopus, vel alius iudex ecclesiasticus in causis criminalibus ad eius forum pertinentibus contra laicos sibi alias in temporalibus non subditos, pœnis pecuniarijs procedere possit, præsertim ex decreto Concilij Tridentini in cap. 3. sess. 25. de reform.
15 In hac quæstione de iure communi maxima erat Doctorum dissensio nam Episcopum nõ posse huiusmodi pœnis animaduertere in laicos sibi aliàs in temporalibus non subditos pro delictis,
16 quæ sunt de foro Ecclesiæ, scripserunt Host. & Io. Andr.

Andr. in cap. 1. de homicid. lib. 6. à quibus non videntur dissentire Doctores, qui tenent iudicem ecclesiasticum in criminibus sui fori non posse laicos carceribus mancipare, & punire: Inter quos recensentur idem Io. Andr. in addit. ad Specular. l. 4. part. 1. rub. de off. Ordin. & de maiorit. & obed. Oldrad. cons. 86. qui licèt subobscurè loquatur, rectè tamen perpensus pro hac parte debet adduci Anchar. in reg. Ea quæ, quæst. 11. n. 17. Vbi quæstione diligenter examinata, sequitur opinionem Ioan. Andr. Rom. sing. 703 Bonifac. de Vitalin. post Zenzel. in Clemen. 1. de off. Ord. in fin. Alciat. in cap. 1. num. 22. de off. Ord. Massuer. in prax. tit. de Iudic. & eorum iurisd. nu. 20. Socin. cons. 119. n. 17. & seq. lib. 4. August. de Arimin. in addit. ad Angel. in tract. de malef. super verb. Fama publica, n. 88. Boer qui testatur varijs Parlamēti Parisiensis Arrestis ita esse declaratum, quæst. 237. num. 11. Capella Tholosan. qu. 378. incip. Item fuit quæsitum Clar. in §. fin. qu. 37. vers. Vnum scio, Franc. Marc. quæst. 449. num. 1. & 2. Ioannes Lupus in repetit. cap. Per vestras, in 2. notab. §. Sed est pulchra dubitatio, nu. 18 de donat. inter vir. & vxor. vbi prolixa disputatione pro hac parte, & ipse concludit.

17 His addi possunt alii authores, qui existimarunt Delegatum Papę non posse mittere in possessionē bonorum laicalium, super quibus sententiam tulit; sed executionem huiusmodi obtinendam esse à iudice sæculari: atq; omnes alij, qui scripserunt in causis inter laicos ad forum ecclesiasticum spectantibus, Episcopum, tametsi ferre possit sententiam; non posse tamen mittere in possessionem bonorum laicalium: nam hæ quoque opiniones iisdē nituntur rationibus, quibus nititur hoc casu negatiua opinio, vt Episcopus aliis pœnis, quàm censuris astringere, vel cohibere, non possit laicos delinquentes. Plurimi autem & graues sunt qui prædictas duas opiniones sequuntur, videlicet Innoc. in cap. Significasti, prope fin. de off. Delegat. Hostien. ibidem, & Bald. Cardin. in Clem. 1. q. 10. de off. Deleg. Rebuff. in Comment. ad concordat. Franc super rubr. De regia, ad Prælat. nominat. facien. super verb. Manibus nostris. Quapropter ex his authoritatibus simul iunctis euidenter cōstare videtur negatiuam opinionem esse communem; cùm de ea testes habeamus tam antiquos Doctores, quàm etiam recentiores; & tam eos qui illam sequuntur quàm illos, qui discrepant ab ea; videlicet Io. Andr. in d. rubr. Bald. in d. cap. Significasti, Clar. d. q. 37. Io. Lup. in loco supracitato Michael Graf lib. 2. com. opin. cap. 8. nu. 4. Iacob. Beret. qui contrariæ opinionis fundamenta copiosè refellit, cons. 5. per tot.

18 Non desunt tamen graues Doctores, qui contrariam sententiam amplectuntur, videlicet Abb. hic num. 8. vbi reprobata opinione Io. Andr. tenet Episcopum posse imponere pœnam pecuniariam laico temporaliter sibi non subiecto, quia, inquit, ex quo est casus, in quo etiam iudex ecclesiasticus vendicat sibi iurisdictionem in laicos, non apparet ratio quare in casibus prædictis non possit imponere pœnam pecuniariam: & pro hac opinione inducit textum in cap. Statuimus, 16. q. 1. & in c. Quisquis, 17. qu. 4. Licèt pro faciliori expeditione iudex ecclesiasticus possit hoc committere iudici sæculari: & ita secundum eum procedunt iura in cap. 2. de maled. & in c. Postulasti, de Iudæis: quæ pro contraria sententia allegat Io. Andr. & sequitur totidem verbis Marian. Socin. hic in fine, &
Felin. in cap. Irrefragabili, §. Cæterum, num. 5. su-
19 pra de off. Ordin. Nec dissentit Io. de Anan. in d.
cap. 2. col. 8. de maledic. relatus à Felin. vbi supra
dum tenet pœnam pecuniariam deberi iudici sæculari
etiam quando ipse punit laicum ad requisitionem
ecclesiastici; secus si ipse iudex ecclesia-
20 sticus puniat. Quibus adscribi possunt etiam illi,
qui censent iudicem ecclesiasticum in causis ecclesiasticis
posse contra laicos procedere etiam ad
capturam, & corporalem punitionem. Hi enim
proculdubio sentiunt posse procedere etiam ad
pœnam pecuniariam, quia secundum Io. Andr.
& DD. in cap. Vnico, supra, de oblig. ad ratiocin.
magis est personam distringere, quam bona. Inter
hos autem in primis numerantur glossa vnica
in cap. Contra idolorum, 26. q. 5. Oldrad. cons. 86.
Gemin. & Franc. in cap. Cum Episcopus, de offic.
Ordin. lib. 6. Io. de Anan. in cap. Qualiter, & quando,
il secondo, §. Ad corrigendos, num. 20. de accusat.
Foller. in praxi crim. canon. par. 2. iudiciali
super ver. Aut inquisitione formata, num. 37. & alij
plures quos retuli in cap. Peruenit, num. 22. supra
de adulter. vbi etiam à num. 10. de harum opinionum
veritate latè disserui, & num. 28. vbi egi de
opinione Innocentij superiùs relata num 2.

21 Cùm igitur vtraque opinio graues habeat authores, & pluribus etiam rationibus muniatur,
quæ recensentur à Doctoribus in locis superiùs
citatis, valdè esset difficile tantæ concertationi ex
iure communi finem ponere. Cæterum inspecto
iure nouissimo Tridentini Concilij d. cap. 3. sess. 25.
ad quod principaliter restrictum est dubium, hæc
quæstio videtur ferè indubitabilis; & quod Patres
Concilij secuti videntur opinionem affirmatiuam
22 tanquam veriorem. Quod, vt magis appareat,
perpendendum est sacrum Cōcilium longè diuersam
habuisse rationem, quam eam, quæ à sacris
Canonibus, & Doctoribus ante ipsum Concilium
considerabatur.

Nam ipsi eo spectabant, vt Episcopus pro executione
suæ sententiæ, & pro sua iurisdictione vteretur
censura ecclesiastica, cap. Dilecto, de senten.
excom. in 6. & censura non proficiente, in defectū,
& subsidium brachium sæculare imploraret; iuxta
not. in cap. 1. de off. Ordin. & animaduerterunt
plerique ex DD. supra citatis, & in specie Franc.
Marc. d. decis. 449. num. 2. & 3. At sacrum Concilium,
ne contingeret censuras frequenter fulminatas
magis contemni, quàm formidari, ordine
conuerso, vbi priùs oportebat vti censuris, & in
subsidium alia adhibere remedia, voluit priùs experienda
esse alia remedia, & in subsidium deue-
23 niendum ad censuras. Ac propterea siue approbando
opinionem eorum, qui existimarunt Episcopum
posse has pœnas adhibere etiam quoad
laicos, siue nouum ius statuendo, mandauit iudicibus
ecclesiasticis, vt in causis iudicialibus quæcumque
executio realis, vel personalis propria
auctoritate fieri poterit, abstineant à censuris: sed
liceat eis in causis ciuilibus ad forum ecclesiasticum
quomodolibet pertinentibus contra quoscūque
etiam laicos per mulctas pecuniarias, seu pignorum
captionem, & personarum districtionem
per suos proprios, vel alienos executores faciendam,
aliaque iuris remedia procedere; & si executio
realis, vel personalis hac ratione fieri non poterit,
eos demum excōmunicatione propter alias
pœ-

pœnas, fcire. Idem poftea conftituit ipfum Concilium in caufis criminalibus, ex quo Cõcilii textu ad dubij noftri decifionem plura notanda funt.

24 Primum eft, Concilium apertè vel improbare, vel corrigere opinionem Hoftien. Io. Andr. Bald. & aliorum, quæ habetur in d. cap. Significafti, de offic. deleg. tenentium in caufa reftitutionis dotis, quæ pertinet ad forum Ecclefiæ non poffe iudicem ecclefiafticum, qui fententiam tulit, eam exequi in bonis laicalibus, fed debere requirere brachium fæculare: nam Concilium, quod proculdubio etiam hanc caufam complectitur in illis verbis, *in caufis ad forum ecclefiafticum quomodolibet pertinentibus*, apertè tribuit Epifcopo poteftatem procedendi ad executionem tam realem, quàm perfonalem per fuos, vel alienos executores.

25 Ideoque cùm aliàs dubitatum fuerit, an Epifcopi fuas fententias in quibufcumque caufis criminalibus, & ciuilibus, quarum cognitio ad eofdẽ nofcitur pertinere, exequi poffint; an verò ad illos tantùm fpectet cognofcere, & iudicare de caufis illis; executio verò pertineat circa clericos, ad miniftros ecclefiafticos; circa laicos verò ad fæculares. Sacra Congregatio cenfuit in caufis quibufcumque tam ciuilibus, quàm criminalibus, in quibus laici forum Ecclefiæ fortiuntur, non folùm cognitionem, verum etiam executionem ad iudicem ecclefiafticum pertinere.

Quamobrem correcta illa opinione, quæ eafdẽ habebat rationea, quas habet hæc, de qua agimus, & quæ à DD. promifcuè pertractatur, adeo vt Authores illius opinionis etiam in loco dubio allegentur tamquam vnus, & idem fit articulus; confequens eft, vt etiam in cafu noftro Concilium voluerit licere Epifcopo pœnas pecuniarias, atque alias laici infligere in delictis ad fuum forum pertinentibus.

26 Secundò hoc idem confirmat ratio Concilij: cum enim velit cenfuris parcè vtendum, & in fubfidium ad eas deueniendum, neceffe erat Epifcopis auctoritatem tribuere alia adhibendi remedia: alioquin implicaret contradictionem, vt cenfuris contra laicos vteretur in fubfidium, vtque alijs pœnis eos coercere non poffet, quia tunc cum folæ cenfuræ fuppeterent Epifcopo, fruftra iuberetur eas ad extremum referuare.

Tertiò, quia huic interpretationi congruunt alia verba Concllij, quafi cum myfterio pofita ad hanc difficultatem tollendam: nam quoad ecclefiafticos non erat dubium quin poffet Epifcopus alijs pœnis procedere, quàm cenfuris; & ideo Cõcilium difficultati occurrens exprimit laicos cum illa dictione etiam implicatiua, quia in laicis erat opinionum diuerfitas. Præterea Concilium ad-
27 didit ea verba, *per fuos proprios, aut alienos executores*; vt infinuaret inuocationem brachij fæcularis non effe hoc cafu neceffariam, nifi Epifcopus ad eam confugere vellet: & poft alias pœnas adijcit verba illa, *anathematis mucrone*, vt nulli dubium effe poffet, ad folum anathema reftrictam effe in laicos Epifcopi poteftatem. Quæ omnia etfi dicta fint quoad cafus ciuiles, repetita tamen cenfentur etiam quoad criminales, ex illis verbis: *ubi executio realis, vel perfonalis*, vt fupra.

Hæc omnia maximè confirmantur ex actis ipfius Concilij, quæ in arce S. Angeli affcruantur: ibi enim habetur, decretum d. cap. 3. conditum fuiffe inftantibus præcipuè Regis Catholici Oratoribus, qui Regis nomine conquerebantur Epifcopos faciles effe ad cenfuras laicis infligendas, poftulabantque vt alijs pœnis Epifcopi antea experirentur num iuftitiæ fatisfacere poffent, nec nifi in fubfidium cenfuras fulminarent. Quamobrem fi Concilium hanc viam pœnarum temporalium Epifcopis non aperuiffet, nec cenfuras ad extremum referuaffet, nec inftæ Regis petitioni fatisfeciffet. Et in hanc fententiam fæpius S. Congregatio Concilij, Epifcopis Regni Lufitaniæ quærentibus refpondit; adeout quamuis res tunc examinata non fuerit, pro clara tamen habita fit ab omnibus; & nunc minimè ab ea fit recedendum.

De Pœnis.

Cap. Presbyteri.

S V M M A R I V M.

1 *Poena presbyteri interfecti pars applicatur Ecclefiæ, cui præfuit, alia pars pro eius anima diftribuitur.*
2 *Prælatus agere poteft pro iniuria fuo Clerico illata.*
3 *Pœna pecuniaria non eft vindicta.*
4 *Pœnas pecuniarias an Epifcopus poffit fibi applicare, & num. feq. vfque ad num. 24.*
5 *Epifcopus dicitur habere fifcum.*
Contrarium. *Declaratur, n. 16. & 27.*
6 *Bona Clerici damnati deuoluenda funt in fifcum Ecclefiæ.*
7 *Confifcatio ex delicto Clerici fit Cameræ Epifcopalis, vbicumque ex delicto laici veniunt confifcanda bona ipfius laici.*
8 *Bona Clerici decedentis fine hærede ex teftamento, vel ab inteftato deuoluuntur ad Curiam ecclefiafticam, non autem ad Curiam Principis fæcularis.*
9 *Pœna pecuniaria, quam iudex ecclefiafticus imponit per fententiam arbitrio fuo, conuerti debet in vtilitatem Ecclefiæ, vel in vfum pauperum.*
10 *Mulctas pecuniarias non poteft iudex ecclefiafticus fibi applicare.*
11 *Statuti conditor non poteft fibi applicare pœnam pecuniariam à ftatuto limitatam.*
12 *Epifcopus fi aliunde habeat vnde viuat, non poteft in fuos vfus conuertere poenas pecuniarias à iure. vel ftatuto præfinitas, & n. 21.*
13 *Intellectus huius cap.*
14 *Poena quæ pro facinoribus iam commiffis infliguntur, non ærario Principis, fed publicis operibus funt deputanda.*
15 *Fifci ratio non eft habenda vbi de morum correctione agitur.*
16 *Epifcopus nihil poteft confifcare fuæ Cameræ*
11 *Poena pecuniaria, quæ imponitur pro damnis alteri illatis, cui fit applicanda, & n. 29.*
18 *Epifcopus fi euidenter egeat, an poffit fibi applicare poenas pecuniarias à iure, vel ftatuto limitatas, & num. 21.*
19 *Eleemofynam obftrictus facere nomine alterius poteft eam fibi conferre fi in euidenti neceffitate fit conftitutus.*

Poena

21 *Poena Clericorum non residentium, & concubinariorum indistinctè pijs locis, vel pauperibus sunt eroganda.*

21 *Episcopus quot pœnas pecuniarias possit sibi applicare ex sententia S. Congregationis Concilij, & num. seqq.*

22 *Paupertas Episcoporum in materia applicationis pœnarum qualiter sit æstimanda.*

23 *Pœna pecuniaria pauperibus magis egentibus sunt conferenda.*

24 *Pœna pecuniaria an possint pro aliqua parte applicari ab Episcopo procuratori fiscali.*
Et an executoribus, & ministris Curiæ, num. 30. & 35.
Et an pro expensis tribunalis, num. 37.
Et an in reparationem palatij Episcopalis, aut domus Vicarij, num. 38.

25 *Procuratori fiscali, si ita se habeat consuetudo, assignari potest ex qualibet condemnatione decima pars eius quantitatis, in qua reus cum Camera se composuerit.*

26 *Pœna pecuniariæ locis pijs sunt integrè applicandæ.*

26 *Ecclesia habet fiscum, non tamen ad explendam Episcoporum auaritiam.*

28 *Pœna pecuniaria quibus vsibus erogari debeant ex Concilijs prouincialibus Rauennaten. & Mediolanen. & num. 34.*

29 *Pœna pecuniaria nulla ex parte applicari possunt iudici ab Episcopo deputato super damnis datis Ecclesiæ.*

30 *Ministri Curiæ Episcopalis non obstante consuetudine, & Ecclesiæ paupertate nihil percipere debent ex poenis pecuniarijs, & nu. 35.*

31 *Poena pecuniaria non possunt ab Episcopo applicari fabricæ, vel Sacristiæ Ecclesiæ, si id directè, vel indirectè cedat in alicuius vtilitatem.*

32 *Poena siue ex Constitutionibus synodalibus, siue ex præcepto Ordinarij proueniant, siue ex stipulatione prætoria pijs locis tantùm sunt applicanda.*

33 *Depositarius poenarum ex Capitulo constitui debet qui Episcopo præsente, Capitulo rationem administrationis reddat.*

34 *Poena non obseruantium dies festos pro tertia parte applicari debent accusatori.*

35 *Executoribus pro quarta.*

36 *Vicario episcopali nulla portio ex poenis pecuniarijs assignari potest.*

37 *Expensæ tribunalis ad Episcopum pertinent.*

39 *Poena quanam indistinctè etiam in casu egestatis Episcopi locis pijs sint applicanda.*

1 PRESBYTERI. Legitur dupliciter. Primò exponendo litteram ibi, *eius*, *idest presbyteri interfecti*. Et secundum hanc lecturam, quæ communiter tenetur, hoc dicit: Interficiens presbyterum puniendus est, & pœnæ pars Ecclesiæ, cui præfuit, alia pars pro eius anima distribuitur. Secundò legitur exponendo verbum, *eius*, idest Episcopi: & iuxta hanc lecturam Decretalis hoc intendit. Medietatem pœnæ presbyteri interfecti Ecclesiæ, cui præfuit, applicabit Episcopus; aliam verò medietatem in suas necessitates distribuet. Et huic secundæ lecturæ videtur congruere ratio, quæ ponitur in fine textus, videlicet, &c. Quæ ratio insinuat Episcopum aliquid commodi sentire ex hac distributione, ac proinde non esse nudum executorem. ad l. Sulpicius, vbi glos. & Odofred. ff. de donat. inter vir. & vxor. notant Bart. Florian. & Alber. in l. Si quis Titio, de leg. 2. Roman. cons. 228. n. 2. & dixi plenius in cap. Tua nobis, à n. 51. supra de testam.

Nota primò secundum primam lecturam Episcopum non posse pœnam pecuniariam sibi applicare, sed debere illam distribuere in pios vsus, vt infra in prima, & secunda quæstione.

Secundò nota iuxta vltimam lecturam Episcopum, si verè indigeat, posse pœnas pecuniarias in suas necessitates erogare: quod tamen intellige vt dicam infra n. 21.

2 Tertiò nota Prælatum agere posse pro iniuria suo Clerico illata, vt hic, & in c. In primis, in princip. 2. qu. 1. & in cap. Ex parte, supra de rescr. infertur enim iniuria nedum personæ ipsius Clerici, sed etiam Ecclesiæ vniuersali, & in cap. Cum desideres, infra de senten. excomm. & cap. Parochianos, eodē tit. & hic notant glossa 2. Innoc. Abb. Antiq. & Hostien. omnes in princ. Io. Andr. n. 1. in ver. Pertinet, Butr. nu. 2. Anchar. & Abb. Siculus ambo in primo notab.

3 Vltimò nota pro crimine ad pœnam pecuniariā ciuiliter agi, quia pœna pecuniaria non est vindicta, vt inquit Innoc. hic in ver. Soluatur; cuius dictum notabile reputat Io. Andr. n. 1. in eod. ver. & sequitur Butr. n. 5.

4 QVAERO generaliter An Episcopus possit pœnas pecuniarias sibi applicare.

5 Difficultas inde emergit quia Episcopus dicitur habere fiscum, vt colligitur ex glos. in cap. Quia diuersitatem, in ver. Præter, supra de concess. præb.
6 quæ dicit bona Clerici damnati deuoluenda esse in fiscum Ecclesiæ: quam glos. asserit esse singularem ibi Ant. de Butr. in fine, & Imol. col. 5. nu. 12.
7 vers. Et nota benè, dicentes, vbicumque ex delicto laici veniunt, confiscanda bona ipsius laici, tunc ex delicto Clerici fieri confiscationem Cameræ diœcesani, non autem Cameræ fiscali laicorum: & quamuis illam glossam quidam intelligant de fisco Papæ, tamen Butr. Imol. & Abb. intelligunt eam de fisco Episcopi; & illam approbant etiam Abb. Io. de Anan. & Marian. Socin. in cap. Excommunicamus, il primo, de hæret. idem post alios firmat Cardin. in Clem. Nolentes, §. 1. in 3. quæst. de hæret. vbi latè deducit Episcopum habere fiscum, Nicolaus de Vbald. in tract. de success. ab intest. in fine primi tract. success. Clericor. sæcular. & Alber. de Ros. in Dictionar. in ver. Fiscus, & est communis opinio teste Couarr. variar. resol. lib. 2. cap. 9. nu. 11. Iulio Claro in pract. criminal. in §. fin. q. 80. num. 5. vers. In hac autem materia, & Peregrino de iure fisci lib. 1. tit. 5. nu. 105. vers. Sed contra pro Episcopo: quam etiam dicit veriorem Felin. in cap. Irrefragabili, §. Cæterum, nu. 11. vers. Sed nihilominus ista secunda opinio, supra de off. Ordinar. maximè propter authoritatē Rotæ, quæ decis. 4. de testam. in antiq. incip. Mortuo Titio, decidit Ecclesiam habere fiscum per cap. Quisquis, & c. Si quis deinceps, 17. q. 4. & per textum hic, & per glos. præalleg. in d. cap. Quia diuersitatem: & propterea bo-
8 na Clerici decedentis sine hærede ex testamento, vel ab intestato deuolui ad Curiam ecclesiasticā, non autem ad Curiam Principis sæcularis. Addo Rotam apud Achill. de Grass. decis. 5. in tit. de off. Ordin. sed quidquid sit de iure hodie de consuetudine generali Episcopus habet fiscum, vt testatur

cur Io Franciſcus Paulnus Rotæ in conſilio edito in cauſa Beati Simonis impreſsn poſt conſilia Oldradi in 34.col. verſ. Circa quartum, & Felio. poſt eum in d.cap.Irrefragabili, §. Cæterum, nu.11. ad fin.verſ. Concludendo vtar verbis Franciſci Pauini de off.Ordinar.Io. Bernar. Diaz in pract criminal. cap.13 a alias 134. & latius cap. 134. alias 145. & Couarr.loco citato.

Sed in oppoſitum eſt littera huius textus ſecundum communem intellectum, de quo ſupra in princ.& in primo notab.

9 Pro ſolutione diſtingus, Aut pœna pecuniaria imponitur per ſententiam, eo quod cum non ſit limitata à iure, inſligitur arbitrio iudicantis, vt in cap.De cauſis, de offic. deleg. cum concordan. de quibus per Henr.Boich.in cap.In Archiepiſcopatu col.2.circa med.ſupra de raptor. Aut reperitur impoſita, & limitata à iure, vel ſtatuto.

Primò caſu concludendum eſt Epiſcopum, vel alium iudicem eccleſiaſticum non debere ſuis vſibus applicare pœnam pecuniariam, quam inſligit per ſententiam arbitrio ſuo, ſed debere illam conuertere in vtilitatem Eccleſiæ, vel vſum pauperũ, vt concludit Hoſtien.in cap Irrefragabili,num.11 verſ.Caueat tamen,de offic.Ordin. & poſt eum Io. Andr.Bald.& alij, quos citat ibi Felin. in §. Cæterum,n.9.verſ.Tertia concluſio. Quod præcipuam habet rationem, licèt DD.eam non adducant, videlicet ne propter quæſtum, & auaritiam arbitria in pœnis pecuniarijs inſligendis ſint immoderata, & exceſſiua, arg.cap.Quatuor modis,in ver.Cupiditate, & cap.Pauper,11.q.3.& cap.Auaritiæ, de electíon.lib 6. Et propterea à pœna arbitraria datur appellatio, licèt ſecus ſit à pœna expreſſa in iure, l.antepenult.ff. de verbor. ſignificat. & tenet gloſ.in cap.Super his,in ver. Arbitrium,de accuſat.

10 Quo ſit vt iudex eccleſiaſticus non poſſit ſibi applicare mulctas pecuniarias, quæ inſliguntur ad arcendam contumaciam; tum quia cùm non ſint limitatæ à iure, imponuntur arbitrio iudicantis, d.l. antepenult. ibi [quia certæ pœnæ ſingulorum peccatorum ſunt mulctæ contra, quia eius iudicis poteſtas eſt quantam dicat] & notat Abb. in cap. prox.n.4. infra eod. & conſequenter eodem iure cenſeri debent, quo aliæ pœnæ arbitrariæ, quas Epiſcopus non debet proprijs vſibus deputare, vt ſuperius dictum eſt. Tum quia Concilium Tridentinum in cap.3.ſeſſ.25.eiuſmodi mulctas locis pijs applicari iubet ibi [Per mulctas pecuniarias, quæ locis pijs ibi exiſtentibus eo ipſo quod exactæ fuerint, aſſignentur] licèt ſecus eſſet de iure ciuili, vt l.penult.C.de modo mulct.& notat. Io.Andr. poſt Hoſtien.in d.cap.Irrefragabili,n 18. in ver.Pecuniæ, de offic.Ordin.

11 Inde etiam ſit vt quamuis pœna pecuniaria reperiatur à ſtatuto limitata; tamen ſtatuti conditor non poſſit illam ſibi appropriare, ſeu imburſare, quia pœna eſt arbitraria reſpectu ipſius,qui potuit ſtatutum condere, vel non condere; & ita in eo viget ratio quæſtus, & immoderati arbitrij ſuperius conſiderata: & huius ſententiæ videtur eſſe Felin.in præcit.§.Cæterum,n.9. verſ. Etſi iſta eſt vera ratio.

12 Secundo autem caſu, ideſt tùm pœna pecuniaria reperitur à iure, vel ſtatuto impoſita, & limitata, iterum ſubdiſtingue: nã aut Epiſcopus aliunde habet vnde viuere poſſit, aut non; ſi habet, dicendum eſt eum non poſſe ſibi hanc pœnam reti-

nere, ſed debere illã diſtribuere in pios vſus.Quæ
13 concluſio apertè probatur hic: nam in caſu huius
Decretalis compoſitio, ideſt pœna presbyteri in-
terfecti erat à lege taxata, ſeu determinata, quia
ſecundum legem Longobardam erat ſexcẽtorum
ſolidorum; & eſt canonizata in cap.Qui Subdiaco-
num, 17 qu.4. ſecundum Hoſtien.hic in princip.in
ver.Compoſitio, & tamen illius medietatem tene-
tur Epiſcopus applicare Eccleſiæ, cui præfuit pre-
sbyter interfectus, & aliam medietatem in elee-
moſynam diſtribuere pro anima ipſius presbyteri,
ſecundum communem intellectum, de quo ſupra
in princip.

14 Idem probatur in l.penult C de modo mulct.vbi patet pœnas, quæ pro facinoribus iam commiſſis inſliguntur, non ærario Principis, ſed publicis operibus eſſe deputandas, ſicuti eſt refectio viarũ, pontium, & his ſimilia: non enim habenda eſt ra-
15 tio fiſci vbi de morum correctione agitur, l. 1. C.
de ſecundis nupt. & poſt Goffred. notat hic Ioann.
Andr.n.2.in gloſ.2.ibi, *illud*, & Anchar.in 3. not.
Quod multo magis vendicat ſibi locum in Epi-
ſcopo, qui etiam reditus propriæ menſæ tenetur in
vtilitatem Eccleſiæ conuertere, & egentibus di-
ſpenſare, cap.fin.16.qu.1. cap. Præcipimus, & cap.
ſeq.12.q.1.notatur in cap. Ratio,ſupra de præben.
& conſiderat hic Hoſt. nu.2. & 3. & Henr. Boich.
prope fin.verſ.& in hoc concordat Hoſtienſis.

16 Et confirmatur, quia non deſunt graues auctores, qui tenent Epiſcopum propriè non habere fiſcum, cuius ſententiæ in ſpecie fuit Oldrad.conſ.17 incipien.Thema tale eſt, per totum, & præſertim nu.10.vbi dicit, Epiſcopos non poſſe confiſcare, quia territorium non habent: confiſcatio autem non poteſt fieri niſi ab habente merum imperium ratione territorij,cùm ſit iuriſdictionis, & iuriſdictio cohæreat territorio. Item Bald.in rubr. C. de priuil.fiſci in fine, vbi firmat Epiſcopum nihil poſſe confiſcare ſuæ Cameræ, & idem Bald. in Auth. Bona damnatorum,C.de bon.damnat.vbi ait pœnam pecuniariam eſſe ab Epiſcopo applicandam fiſco Romanæ Eccleſiæ, non autem Cameræ ſuæ, quia eſſet iudex in cauſa propria, Abb.in cap.Tuæ n.6.verſ.Non obſtat, infra eod.vbi dicit oppoſitum iure canonico non probari, & eiuſdem ſententiæ videtur eſſe Alber. in Dictionar.in ver. Fiſcus; & quamuis contraria opinio ſit communis, & fortè verior, & à conſuetudine approbata, vt dixi ſupra n.7.& 8.tamen intelligi,ac temperari debet ſecundum ea, quæ dicam infra n.27.

Concludo igitur cum Henrich.Boich col.1.poſt
medium,verſ.Si quæris vtrum Epiſcopus, has pœ-
nas teneri Epiſcopum conuertere in vtilitatem
Eccleſiæ, vel pauperibus erogare, ſi ſuperſint ſuæ
debitæ ſuſtentationi, vt hic, & in cap. Dicat ali-
quis.23.q.5. cap.Ius militare,1.diſtin.& cap.1.,16.
qu.7. conferendo tamen magis egenti, cap. Non
17 ſatis, 86. diſt. Niſi ſit pœna, quæ imponitur pro
damnis alteri illatis, quia hæc non applicatur iu-
dici, neque pauperibus, ſed damnum paſſo, vt vi-
detur textus hic, quem ad hoc inducit Archid.in
cap.Si vos,propè fin. 23 qu.5. ad idem textus in
cap.Si Canonici,§.Si autem, de offic Ordin. in 6.
& tenet Hoſt.in ſumma eod. tit. §. Quod pertinet,
verſ.Generaliter,& Felin.in d.cap.Irrefragabili, §.
Cæterum,nu.10. Sed tu in hoc articulo latius di-
ſtingue, vt hic per Henric.Boich. in princ.& Petr.
de Anchar. nu.4. & vide infra nu 29. ſubdit tamen

Henr. contrarium hodie facere multos Prælatos, in quibus verificatum est illud Matth. 23. in princ. cap. Secondùm, 19 dist. §. vlt. 3. q. 7. *Super Cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi; Omnia ergo quæcumque dixerint vobis facite; secundùm verò opera eorum nolite facere, dicunt enim, & non faciunt*. Idem notat Io. Andr. post Hostien. in d. cap. Irrefragabili, num. 18. in verb. Pecuniæ, de offic. Ordin.

18 Sin autem Episcopus aliundè non habeat vnde viuere possit, & sic euidenter egeat; tunc tenendum est eum posse has pœnas pecuniarias à iure, vel statuto limitatas suis necessitatibus applicare. Et ita intellige textum in cap. Dilectus, supra de offic. Ordin. & quod notat Archid. in d. cap. Si vos, in glos. antepen. in fine, 23. q. 5. & in cap. Venerabilibus, §. Denique, de senten. excommunic. lib. 6. Et hoc intendunt Hostien. hic, Ioan. Andr. Henric. Boich, & Butr. omnes in fine, dū concludunt Episcopum habere dispensationem pœnæ pecuniariæ, de qua in texto, & teneri illam partiri, & distribuere, sicut facit de reditibus Ecclesiæ, de quibus viuit, vt in cap. Cum nobis olim, supra de elect. & cap. fin. de pecul. Clericor. Atque ita Episcopum posse has pœnas sibi applicare si verè, & euidenter indigeat, firmant idem Hostien. Ioann. Andr. & omnes in cap. Irrefragabili, de off. Ordinar. & ibi testatur Felin. in §. Cæterùm, num. 9 vers. Limita dupliciter, vbi etiam allegat Imolam post Butr. in d. cap. Dilectus, in vlt. col. eod. tit. & Gemin. in cap. Quoniam, ad finem, 18 distin.

19 Ratio est, quia ordinata Charitas, &c. cap. Nisi, supra de author. & vsu pallij. Et qui vult eleemosynam ordinatè dare, à seipso debet incipere, & eam sibi primùm dare, vt dicit textus in cap. Qui vult, de pœniten. dist. 3. Dixi latissimè in cap. fin. à num. 30. supra de pecul. Clericor. Hinc obstrictus facere eleemosynam nomine alterius potest illam conferre sibiipsi si in euidenti necessitate sit constitutus, vt resoluunt Cardin. in Clemen. 1, q. 22. in fine de testamen. Calder. cons. 31. eod. tit. & alij plures, quos refert, & sequitur Felin. in d. cap. Irrefragabili, §. Cæterum, num. 9. in fine.

20 Cæterùm pœnæ Clericorum non residentium; Item pœnæ concubinariorum indistinctè pijs locis applicari debent, vt de illis cautum est in decretis Concilij Tridentini cap. 1. sess. 6. ibi, *Fabricæ Ecclesiæ, & pauperibus loci applicandorum*, & c. 1. sess. 23. ibi, *Fabricæ Ecclesiarum, aut pauperibus loci erogare*. Et de his in cap. 14. sess. 25. ibi, *Fabricæ Ecclesiæ, aut alteri pio loco*.

21 Porrò distinctionem superiùs propositam an pœnæ pecuniariæ sint arbitrariæ, vel à iure, aut statuto limitatæ, & an Episcopus egeat necne, probauit S. Congregatio Concilij. Sepiùs enim declarauit Episcopum, si indigeat, posse pro se retinere eas tantùm pœnas pecuniarias, quæ à sacris Canonibus, vel Synodalibus statutis pro delictis ad certam quantitatem fuerint præfinitæ. Eas autem, quæ vel ab eius arbitrio pendent, vel per sententiam nulla præcedente Canonum, vel statutorum Synodalium determinatione imponuntur, nequaquam alijs, quàm pijs locis, vel vsibus applicare posse. Verum pœnas Clericorum non residentium, item concubinariorum, ac mulctas pecuniarias semper pijs locis esse applicandas, quēadmodum Tridentini Concilij decretis salubriter cautum est.

22 Postea tamen dixit sacra Congregatio consultius fore vt Episcopi egentes pro his pœnis sibi applicandis adeant Sedem Apostolicam; nec immeritò, saltem ad tollendam infamiam facti, & periculum conscientiæ euitandum, vt verbis Hostiensis vtar in cap. vn. num. 17. vers. Consultius tamen, de homicid. lib. 6. Nam cum pendeat à iudicis arbitrio an quis sit pauper necne, vt notat Bartol. in l. Si constante, num. 24. ff. sol. matrim. & alij plures apud Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 1. casu 65. num. 6. non vacat periculo vt Prælati sint iudices suæ paupertatis in causa propria, argum. cap. Qui rectè, & cap. Pauper, 11. qu. 3. Cùm præsertim nō sit tutum in hac materia appropriationis pœnarū metiri paupertatem ex decreto Concilii Tridentini in cap. 13. sess. 24. Nam ibi Cathedrales, quarū fructus non excedunt ducatos mille, æstimantur tenues ad hunc tantùm effectū vt pensionibus, & fructuum reseruationibus grauari non debeant. At nemo, ni fallor, auderet affirmare Episcopum, cuius reditus ascenderent ad nongentos ducatos, posse sibi retinere bona, quæ ex commissione testatoris teneretur distribuere in elee-
23 mosynam pauperum. Itaque hoc casu paupertas Episcopi pressiùs, & strictiùs accipienda est, cùm agatur de præiudicio pauperum, & magis egentiū, quibus pœnæ sunt dispensandæ, vt in d. cap. Non satis, 86. dist. & notat hic Hostien. n. 3.

24 Successiuè QVAERO, An pœnæ pecuniariæ possint ab Episcopo pro aliqua parte applicari procuratori fiscali, executoribus, ac ministris Curiæ pro expensis tribunalis, & palatii Episcopalis, ac domus Vicarii.

Hæc quæstio, quàm meo tempore proposuit sacræ Congregationi Concilii Cardinalis Archiepiscopus Rauennaten. implicat plura dubia.

25 Quoad primum, etsi procuratori fiscali actu inseruienti, si ita se habeat consuetudo, assignari possit ex qualibet condemnatione decima pars eius quantitatis, in qua reus cum Camera se composuerit, quemadmodum præscribitur in taxa fori Ecclesiarum edita à S. Congregatione super negocijs Episcoporum iussu sanctæ memoriæ Cle-
26 mentis VIII. Nihil tamen eidem solui potest ex ipsa pœna pecuniaria, cùm hæc sit locis piis integrè applicanda. Primò, ex dispositione iuris communis, vt hic in textu, vbi id notat glossa Bernardi in princip. & in ver. Vtilitatibus Ecclesiæ, Gemin. in cap. vn. §. Si autem, in 3. notab. de off. Ordin. lib. 6. Hostien. Ioann. Andr. & DD. in cap. Irrefragabili, eod. tit. Dec. in rubr. de Iudic. num 66 vbi dicit opinionem illam, quæ adstruit pœnam pecuniariam deberi fisco, procedere de iure ciuili, non autem de iure Canonico, quo hæc pœna debetur iudici, qui tenetur illam in pios vsus distribuere, & Couarr. variar. resolut. cap. 9. num. 11. vbi post Abb. in cap. 2. de success. ab intest. tradit esse
27 quidem communem opinionem, Ecclesiam, & Prælatum diœcesanum habere fiscum; non tamen id esse temerè permittendum ad explendam auaritiam Episcoporum; sed vt ea, quæ eorum fisco fuerint delata, in vsus pios erogentur. Et hoc, ni fallor, intendit glos. prællegata in cap. Quia diuersitatem, in ver. Preter, de concess. præbend. Cuius authoritati innituntur, DD. affirmantes Episcopum habere fiscum: nam glossa dicit bona Clerici damnati deuoluenda esse in fiscum Ecclesiæ, non autem in Cameram Episcopi, & allegat textum

in

iu cap. penult. de Cler. non resident. vbi deciditur
prouentus baneficiatorum absentium, qui super-
sunt deductis ministrorum expensis, in vtilitatem
Ecclesiæ esse conuertendos; Atque ita Glossa no-
men fisci vsurpauit non ad commodum Episcopi;
sed ad vtilitatem Ecclesiarum. Et ita etiam lo-
quitur textus in decisione Rotæ allegatos in cap.
Si quis deinceps, 17.q.4. vt patet ibi, *& bonatorum
Ecclesiæ ipsius iuris perpetuò tradantur*.

Deinde ea præcitatis Decretis Concilii Tri-
dentini cap. 1. sess. 6. cap. 1. sess. 23 c. 3. & 14. sess. 25.
Quibus pœnæ pecuniariæ, & mulctæ iubentur piis
locis applicari.

Tertiò ea Cōstitutione secundę Synodi prouin-
cialis Rauennaten. à S. Congregatione Concilii
recognitę, & emendatę in tit. de iudiciali foro E-
28 piscopi his verbis: [Sciant Episcopi pœnas, &
mulctas omnes siue illæ Clericorum, siue aliorum
quorumcumque sint, vsibus piis applicandas, &
attribuendas esse, nec licere Vicario, aut alteri
Episcopalis fori iudici illarum partem aliquam
vllo colore, prætextuvè habere.]

29 Ac demum ea declarationibus sæpius editis à
S. Congregatione Concilii. Et in specie cùm Epi-
scopus Tudertinus deputasset quendam Officialē
ad ius reddendum super damnis bonis Ecclesiarū
illaris, eique applicasset pœnas pecuniarias ob eā
causam inflictas sub certa annua responsione, &
consuluisset S. Congregationem, An id fieri po-
tuisset: responsum est minimè potuisse.

30 Rursus in Curia Episcopali Montis Alcini pœ-
nę pecuniariæ inter illius ministros distribui con-
sueuerunt, cùm eis neque salarium ob nimiam
Ecclesiæ paupertatem posset constitui, neq; aliud
perciperent emolumentum. Quas pœnas cùm
Episcopus locis piis applicari iussisset, eaque de
causa via reperiretur qui operam suam dictæ Cu-
riæ præstare vellet; petiit idem Episcopus, vt dicti
ministri saltem medietatem huiusmodi pœnarum
percipere possent. Die 10. Iulii 1610. Sacra Con-
gregatio censuit huiusmodi ministros hac de cau-
sa nihil percipere debere, neque quidquam esse
aduersus iustitiam, quæ aliquid percipi vetat, con-
31 cedendum. Quinimò hæc applicatio non modò
prohibetur fieri procuratori fiscali, sed etiam lo-
cis piis, si id cedat aliquo modo in vtilitatem Epi-
scopi. Vnde cum fuerit quęsitum an Episcopus vi-
gore consuetudinis loci possit tuta conscientia ap-
plicare pœnas, vel mulctas Sacristiæ, vel fabricæ
Ecclesiæ, quæ etsi aliquid habeant, non tamen pos-
sunt absque auxilio impensis necessariis responde-
re: Sacra Congregatio censuit posse Episcopum
huiusmodi pœnas applicare fabricę, vel sacristiæ
Ecclesię, dummodo talis applicatio directè, vel in-
directè non cedat in ipsius Episcopi vtilitatem.

32 Et in casu Archiepiscopi Messanēsis censuit pœ-
nas omnes siue ex Constitutionibus Synodalibus,
siue ex pręcepto Episcopi, vel Vicarii proueniant,
siue ex stipulatione Prætoria descendant, esse
piis locis, non autem fabricę Cathedralis Messa-
nensis, vel sacristię, cuius reditus sunt valdè pin-
gues, applicandas, iniunxitque Archiepiscopo vt
33 pœnas omnes locis pijs tantùm applicaret, pœ-
narumque depositarium aliquem ex Capitulo cō-
stitueret, qui Archiepiscopo quotannis præsente
Capitulo rationem suę administrationis redderet.
Et successioē cum ad Federicum Pōtium Archie-
piscopi Messanensis tunc defuncti Vicarium, atque
Andream Maurum ad id deputatum multa au-
reorum millia pœnarum, ac mulctarum nomine
exacta, & ea sacræ Congregationis decreto pijs
vsibus distribuenda adhuc superessent, ad suppli-
cationem Capituli Messanensis datę fuerunt litte-
ræ ad Archiepiscopum Rheginum, vt eas in pios
vsus distribui faceret, atque distributarom ratio-
nem exigeret.

Et paulò post, conquerentibus Sacerdotibus ci-
uitatis Messanen. quod Visitatores dictæ diœcesis
in suis visitationibus applicarent pœnas spretorū
præceptorum ciuitati Messanensi, non autem lo-
cis pijs prædictæ diœcesis in maximum Ecclesia-
rum, Hospitalium, & pauperum detrimentum
S. Congregatio censuit scribendum ad eundem
Archiepiscopum Rhegin vt se instrueret an decre-
tum aliàs à S. Congregatione factum seruatum
fuisset, & Congregationi referret, mandaretque
Congregationis nomine eidem Archiepiscopo
Messanen. vt decretum ipsum in futurum sub pœ-
na etiam suspensionis ad vnguem obseruaret.

34 Ab hac regula fortè excipi possent pœnæ non
obseruantium dies festos, & aliorum, de quibus
in Constitutione Pij V. quæ incipit, Cum primum,
vers. Cum verò dierum festorum, & inferiùs, vers.
Mulctæ autem pecuniariæ, in Bullar. tom. 1. pag.
179. Ex his enim debetur accusatori tertia pars,
vt ibi statuitur. Et fortè huc respexit Concilium
prouinciale primum Mediolanense in fine in tit. de
pœn. Dum decreuit vt quotiescumq; delicti cau-
sa Clerici mulctandi sunt, quæ ab illis exigenda
erit pecunia, nullo modo ad Episcopum perue-
niat, in eiusue cōmoda quauis ratione conuerta-
tur; sed idem Episcopus parte pecuniæ, quę tertiā
nōsuperet, assignata delatori, reliquā pijs operibus
aut locis, quibus ei videbatur, omnino attribuat.

35 Quoad secundum dubium, alijs ministris, &
executoribus Curiæ similiter nihil videtur solui
posse ex mulctis, & pœnis pecuniarijs; tum ex ra-
tionibus superiùs allatis in casu procuratoris fisca-
lis; tum quia in dicta taxa fori Ecclesiarum iube-
tur dari his ministris certa quantitas ratione exe-
cutionis dumtaxat; Ex condemnationibus verò
nihil eis attribui iubetur, nisi in casu speciali, quo
inuenerint aliquem laborantem in diebus festis;
tunc enim habere debent quartam partem pœnæ
ab ipso reo, quæ deuenerit in manus depositarij
Cameræ; quod innuit regulam esse in contrarium
in alijs casibus. Tum denique quia aliquando
S. Congregatio ex gratia censuit concedendum
alicui Episcopo propter Ecclesiæ paupertatem, vt
pœnas pecuniarias vsque ad pręfinitam summam
in vsum Executorum erogaret.

36 In alijs officialibus longè minor est difficultas,
& præcipuè in Vicario Episcopi: nam S. Congre-
gatio consulta an Vicario Episcopalis Curiæ ex
pœnis, & mulctis aliqua portio assignari possit pro
eius mercede, vt vigilantius criminibus indagan-
dis incumbat iuxta antiquum ritum ipsius Cu-
riæ: respondit non posse.

37 Ex his consequitur resolutio tertij dubij, vt
idem iuris sit de expensis Tribunalis; tum quia
hæc causa non potest dici pia; tum quia cùm ex-
pensæ huiusmodi ad Episcopum spectent, cap. Mi-
litare, 23.q.1. & notatur in cap. Cum ab omni, de
vit. & honest. Cler. hæc applicatio indirectè cede-
ret in Episcopi vtilitatem: quo casu nec ipsi Ec-
clesiæ, vel Sacristiæ fieri potest applicatio, vt iam

diximus in primo dubio S. Congregationem respondisse.

38 Postremò in reparatione palatii Episcopalis, aut domus Vicarij, similiter nihil iusumi posse ex huiusmodi pœnis pecuniarijs sæpius censuit S. Congregatio: nonnunquam etiam ex gratia Sanctissimus fecit Episcopis pauperibus facultatem eas pęnas in certa summa in hunc vsum erogandi, sed plerumque eam denegauit.

39 Hæc omnia multo magis procedunt in illis pęnis pecuniarijs, quæ à sacris Canonibus, vel Synodalibus statutis pro delictis ad certam quantitatē non sunt præfinitæ, sed vel ab Episcopi arbitrio pēdent, vel per sententiam, nulla præcedente Canonum, vel statutorum synodalium determinatione imponuntur. Has enim omnes, sicut & pęnas Clericorum non residentium, & concubinariorum, ac mulctas contumaciales S. Congregatio etiam in casu egestatis Episcopi censuit indistinctè nequaquam alijs, quàm pijs locis, vel vsibus esse applicandas, non obstante contraria consuetudine.

De Pœnis.

Cap. Tuæ.

1 TVAE. Clericos in magno crimine deprehensus, depositus, in monasterium detruditur. Hoc dicit secundum Io. Andr. & alios communiter. Et secunda pars, ibi, *respondemus*.

Pro intelligentia huius textus vide quod scripsi in cap. Cùm non ab homine, n. 100. de iudic.

De Pœnitentijs, & remissionibus.

Cap. Manifesta.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia publica pro manifesto peccato imponi debet, & num. 15. & 17.*
2 *Pœnitentia, alia solemnis, alia publica, alia priuata.*
3 *Pœnitentia solemnis quæ sit.*
In vsum reuocatur à Concilio Mediolanen. II. ibid.
4 *Pœnitentium quinque ordines.*
5 *Pœnitentia solemnis imponitur ab Episcopo tantùm, vel à Sacerdote de illius mandato.*
6 *Et pro peccato grauissimo totam ciuitatem commouente.*
7 *Non iteratur, nisi aliud habeat consuetudo.*
8 *Pœnitentes solemniter sunt infames non ratione pœnitentiæ, sed ratione criminis publicati.*
9 *Non promouentur ad Ordines, nec in susceptis ministrant.*
10 *Episcopus tamen cum eis dispensat ad Minores, sed non ad Sacros.*
11 *Pœnitentia publica quæ sit.*
Et pro quibus delictis sit iniungenda, nu. 12. vers. De iure tamen.
12 *Pœnitentia quæ imponatur laico, qui presbyterum interfecit.*
13 *Pœnitentiam publicam qui possint imponere, & num. 18. 19. & 20.*
14 *Pœnitentia solemnis non est iniungenda Clerico nisi deposito; & quid de pœnitentia publica.*
15 *Pœnitentia publica iniungitur pro manifesto peccato.*
16 *Peccatum eadem qualitate purgatur, qua originatur.*
Qualitas eadem adesse debet in causa extinctiua, quæ adest in causa productiua, ibidem.
17 *Peccantes publicè palàm sunt corrigendi, & numer. seqq.*
18 *Tridentinum Concilium, & Canones iubentes pro manifesto peccato publicam iniungi pœnitentiam, an habeat locum in foro sacramentali, & num. seqq.*
Pœnitentiarij Episcoporum, & Sacerdotes an possint, ac debeant publicè, & scandalosè peccantibus imponere publicas pœnitentias, ibidem & num. seqq.
19 *Pœnitentiam publicam ex Concilio Tridentino potest Episcopus commutare in aliam secretam.*
20 *Prælati Regulares ex Concilio Tridentino non possunt suis subditis pro manifestis peccatis imponere pœnitentiam publicam, sed debent eos corrigere intra septa monasterij.*

1 MANIFESTA. Breue est, communiter non summatur; sed per alia verba sic summari potest, secundum Abb. & Marian Socin. Pro manifesto peccato pœnitentia publica imponi debet. Hoc dicit.

2 Ad intelligentiam textus præmitte triplicem esse pœnitentiam, videlicet, solemnem, publicam, & priuatam, de quibus per Raymundum in summa de pœnit. & remiss. & per Host. in summa eodē tit. §. Verum, vers. His prælibatis, & Marian. Socin. hic n. 4. & omissa pœnitentia priuata, quæ pro peccatis secretis iniungitur à sacerdote in actu sacramentalis cōfessionis, vt §. His auctoritatibus, vers. Secreta namque post, cap. Quis aliquando, de pœnit. dist. 1. & de qua hic non est sermo.

3 Pœnitentia solemnis strictè, & propriè dicitur illa, quæ præscribitur à Concilio Agathensi relato in cap. In capite, 50. dist. secundum Host. vbi supra, Io. Andr. hic in fin. & Marian. Socin. nu. 5. Henric. Boich. in cap. Quæsitum, nu. 4 infra eodem & fit hoc modo. [In capite Quadragesimæ tales pœnitentes præsentant se cum presbyteris suis Episcopo ciuitatis ante fores Ecclesiæ sacco induti, nudis pedibus, vultibus dimissis, coma deposita, & eis in Ecclesiā introductis Episcopus cùm omni Clero septem Psalmos Pœnitentiales dicit, & post modum eis manus imponit, aquam benedictam spargit, & cinerem, capitibus imponit, cilicio colla eorū operit, & denunciat eis lacrymabiliter, quod sicut Adam eiectus est à Paradiso, ita ipsi de Ecclesia eijciuntur; & iubet ministris, vt eos ab Ecclesia pellant, Clero eos prosequente cum hoc responsorio, *In sudore vultus tui, &c.* In Cœna autem Domini quolibet anno à suis presbyteris in Ecclesia reducuntur, & erunt ibi vsque ad octauas Paschæ, ita tamen quod non communicabunt, nec pacem accipient: & sic fiat quolibet anno, quousque aditus Ecclesiæ est eis interdictus] Hæc ibi. & refertur à D. Thom. in 4. sentent. dist. 14. qu. 1. art. 5. q. 3. & in vsum reuocari iubetur a Concilio prouinciali Mediolanen. III. in tit. de ijs, quæ ad pœnit. sacram. pertinent tom. 4. Conc. p. 2. pag. 418. col. 1. littera F. his verbis [Studeat Episcopus ad sacro-

rum

rum Canonum, & Tridentini Concilij præscriptū
pro publicorum delictorum grauitatis ratione,
& publicam, & solemnem pœnitentiam in vsum
reuocare: quos verò ita solemniter pœnitere
oportet, mense ante quadragesimæ initium ad se
per Parochos deferri curet, vt primum incunte
quadragesima illi pœnitentia affici; tum die Cœ-
næ Domini Ecclesiæ reconciliari possint stato so-
lemni ritu.

4 Pœnitentium autem erant quinque ordines.
Primus abiectissimus eorum, qui non non ingre-
diebantur Ecclesiam, sed tantùm veniebant ad fo-
res, & illic proclamabant ad Christianos, qui intra
Ecclesiam erant, vt pro se orarent. Qui locus pro-
pterea à Græcis vocatus est fletus.

Secundus eorum, qui ad Ecclesiam admittebā-
tur non ad aliam rem, nisi vt audirent cōcionem,
quam etiam audire solebant competentes, & au-
dientes; postea eijciebantur post competentes, &
audientes. Hic locus à Græcis vocatus est Audi-
torium.

Tertius eorum, qui admittebantur non modò
ad concionem, sed etiam ad orationem publicam,
quæ fiebat extra sacrificium: nam ad sacrificium,
& preces illius non admittebantur. Locus, in quo
hi consistebant, dicebatur Subiectio, seu Subtra-
ctio.

Quartus eorum, qui admittebantur etiam ad
preces sacrificij, sed non poterant communicare;
propterea eorum locus vocabatur Congregatio,
quia manebant cum tota Congregatione Chri-
stianorum.

Quintus eorum, qui iam expleuerant omnem
suam pœnitentiam, quique non expectabant nisi
reconciliationem, vt accederent ad communio-
nem: quapropter eorum locus in Ecclesia desi-
gnatus dictus est Expletio] Hæc scripsit Gregorius
Neocæsariensis in Epistolà Canonica cap. 11. quæ
coniuncta est Canonibus Photij, & de quibus om-
nibus Pacianus de pœnit. De habitu verò illorum
habetur in d. cap. Quadragesima, 50. dist. & apud
eosdem Auctores, & alios veteres Scriptores, ex
quibus apparet quantum ab illa ecclesiastica poli-
tia nunc distamus.

5 Porrò hanc solemnem pœnitentiam solus Epi-
scopus imponit, vel Sacerdos de illius mandato,
vt notat Host. in summa eod. tit. §. Vtrum, & Ma-
rian. Socin. hic nu. 6. dicens hanc esse communem
6 opinionem. Idque nonnisi pro peccato grauissi-
mo, horrendo, vt pro homicidio, cap. Placuit, 50.
dist. & pro sacrilegio, incestu, & similibus, dummo-
do tamen peccata sint publica, itaut totam ciui-
tatem, castrum, vel villam commoueant, cap. fin.
26. qu. 6. vt per D. Thom. loco citato, Host. vbi su-
pra, Marian. Socin. hic d. n. 6. vers. 4. Quæro, & Abba-
tem in cap. Quæsitum, in 1. notab. infra eodē; nec
7 imponitur nisi semel, quia solemnis hæc pœniten-
tia non iteratur, nisi aliud habeat consuetudo, cap.
Reperiuntur, de pœnit. dist. 3 & docet S. Thom. in
3. par. q. 84. art. 10. ad 2. & in 4. sentent. dist. 14. q. 1.
art. 5. qu. 2. in corp. reddens triplicem rationem:
primam ne ex iteratione vilescat, secundam pro-
pter significationem, quia figura est depulsionis
hominis de Paradiso, d. cap. In capite, 50. distinct.
quæ depulsio semel facta fuit; tertiam, quia huius-
modi solemnizatio est quasi quædam professio
perpetuò conseruandi ipsam pœnitentiam. Effe-
8 ctus autem huius solemnis pœnitentiæ est, quia
tales pœnitentes sunt infames non ratione pœni-
tentiæ, sed ratione criminis per rationem pœniten-
tiæ publicati, cap. Infames, §. Porrò, 3. q. 7. & notat
Host. in cap. 2. n. 7. vers. Sed numquid tales pœni-
tentes sunt infames, supra de offic. Archipresbyter,
Marian. Socin. hic n. 7 & Syluest. in verb. Pœniten-
tia, n. 3. facit tex. in l. Ictus fustium, ff. de ijs, qui no-
9 tan. infam. Et ideo tales non promouentur ad Or-
dines, nec in susceptis ministrant, cap. Illud, 50. dist.
10 Potest tamen Episcopus dispensare ad minores, sed
non ad sacros, cap. Placuit, 50. distinct.

11 Pœnitentia publica est illa, quæ publicè impo-
nitur, & ideo omnis solemnis pœnitentia potest
dici publica, quia publicè imponitur, vt in d. cap.
In capite, 50. dist. & docet S. Thom. in 4. sentent. di-
stinct. 14. qu. 2. art. 5. qu. 3. in corp. Sed propriè pu-
blica pœnitentia ad differentiam solemnis dicitur
illa, quæ fit in facie Ecclesiæ, non tamen cum præ-
fit solemnitate, veluti cùm iniungitur peregri-
natio per mundum cum pera, & baculo benedi-
ctis, D. Thom. vbi supra, Host. d. §. Vtrum, vers.
Publica verò pœnitentia, Marian. Socin. hic nu. 9.
12 Talis quoque est pœnitentia, quam sacra Pœniten-
tiaria imponit laico, qui presbyterum interfecit,
videlicet [Cæterum si delictum sit publicum, vel
detegatur eidem oratori mādari sub debito præ-
stiti iuramenti, vt cùm primùm tutò poterit, per
quinque Ecclesias illius loci, vbi tantùm facinus
perpetrauit (si tot ibi fuerint) nudus, discalcea-
tus, femoralibus dumtaxat retentis virgam in
manibus, & corrigiam circa collum deferendo in-
cedat suum publicè fatendo reatum, & ante fores
dictarum Ecclesiarum à presbyteris eumdem
psalmum pœnitentialem canentibus se faciat ver-
berari, dum maior ibi ad diuina conuenerit po-
puli multitudo] quæ pœnitentia ferè desumpta
est ex cap. Felicis, §. Cum autem, de pœnis, lib. 6. &
facit Clem. Si quis suadēte, eod. tit. De iure tamen
si delictum sit publicum, & scandalizans totā ciui-
tatem, imponitur pœnitentia solemnis, vt dictum
est supra n. 6. si verò sit publicum, sed non scanda-
losum, tunc imponitur pœnitentia publica, sed nō
solemnis, vt cap. Si quis presbyter, de purgat. ca-
nonica, & declarat Abb. in cap. Quæsitum, in 1. no-
tab. infra eodem; de quo tamen dic vt ibi adno-
taui.

13 Porrò pœnitentiam publicam imponit nō mo-
do Episcopus, sed etiam quilibet Sacerdos, & mul-
to fortius Generales Pœnitentiarij Episcoporum,
cùm non reperiatur probibitum, arg. cap. 2. supra
de offic. Archipresbyter, nisi aliud habeat contra-
ria consuetudo, arg. cap. De trina, 4. dist. & cap. Su-
per eo, de cognat. spiritual. secundum Hostien. in
summ. de pœnit. & remiss. d. §. Vtrum in fine, vers.
Publica verò pœnitentia, Mar. Socin. hic nu. 9. vers.
Et hanc potest iniungere, & latiùs dicam infra
14 nu. 19. Sed tamen Clerico nedum solemnis, sed
nec publica hæc pœnitentia est iniungenda nisi
deposito, vt cap. Confirmandum, & cap. Alienum,
50. dist. cap. vltim. 26. qu. 6. & tenent Laurentius,
Raymundus, & Bernardus hic in glos. vnica, Innoc.
in verb. Occulta, Host. n. 2. & Butr. nu. 4. in fin. sed
quia in hoc articulo sunt opiniones diuersæ, tu vi-
de quæ latiùs dicam in d. cap. Quæsitum, infra eo-
dem.

15 His præhabitis nota ex textu quod dictum est
supra in summario, videlicet, Pro manifesto pec-
cato pœnitentiam publicam esse iniungendam, ad
idem

idem cap. Si peccauerit, 2. qu. 1. & cap. Ego Berengarius in fin de consecrat. distinct. 2. & manifestum hic accipitur pro notorio, secundum Holl. in princip. vel secundum Io. Andr. itidem in princip. potest sumi pro notorio, vel pro publico non notorio, de quo dic vt scripsi in cap. Vestra. n. 54. & seqq. de cohabit. Cler. & mulier. & sic eadem qualitate
16 peccatum purgatur, qua originatur: & eadem qualitas adesse debet in causa extinctiua, quæ adest in causa productiua, vt hic per Butr. in 1. not. facit cap. Omnis res, cum ibi notatis infra de reg.
17 iuris, & cum textu nostro concordat Concilium Tridentinum cap. 8. sess. 24. de reform. vbi sic legitur [Apostolus monet publicè peccantes palam esse corrigendos; quando igitur ab aliquo publicè, & in multorum conspectu crimen commissum fuerit, vnde alios scandalo offensos, commotosque fuisse non sit dubitandum, huic condignam pro modo culpæ pœnitentiam publicè iniungi oportet, vt quos exemplo suo ad malos mores prouocauit, suæ emendationis testimonio ad rectam reuocet vitam]

18 Sed hic insurgit dubitatio numquid textus noster, & decretum Concilij d. cap. 8. sess. 24. vendicent sibi locum in foro sacramentali, itaut possint, ac debeant sacerdotes, & maximè Pœnitentiarij Episcoporum publicè, & scandalosè peccantibus imponere publicas pœnitentias. Nauarrus in c. t §. Sacerdos, n. 87. & seqq. de pœnit dist. 1. & in Manual. cap. 8. n. 10. tenet hos canones habere locũ in foro mixto exteriori dumtaxat, qui etiam dicitur forus conscientię, vel quasi pœnitentialis, seu medius, secundum Præposit. in cap. Præterea, il secondo, n. 5. de sponsal. non autem in foro sacramentali, seu pœnitentiali; tum quia non loquuntur de Confessoribus, sed vtuntur verbis impersonalibus; tum quia noluerunt statuere, vt Confessores hoc faciant eo modo, quo percipi possit tales pęnitentias ab eis fuisse impositas; hoc enim esset rumpere indirectè sigillum confessionis; tum quia Cō-
19 cilium tribuit potestatem Episcopis mutandi pœnitentiam publicam, de qua loquitur, in aliam secretam; tum denique quia à iure antiquo non est recedendum quando ius nouũ ad id nos non compellit: vnde concludit Nauarr. Confessorem non debere palam facere indirectè pęnitentem ei confessium fuisse aliquod peccatum publicum scandalosum, imponendo ei pęnitentiam publicam sic, vt credatur ab ipso imposita, licèt fateatur eam posse sic imponere, vt credatur pęnitentem ea se ipso illam facere ad ædificationem eorum, quos scandalizauit: & eam non esse in vsu quoad forum pęnitentialem attestantur Dominic. Soto in 4. dist. 19 qu. 2. art. 5. & Gregorius de Valentia tom. 4. disput. 7. punct. 3. ad fin. & de controuersijs fidei in tit. de satisfactione, cap. 4. in fin. Addit etiam Io. Maior. in 4. dist. 14. qu. 2. col. vltim. eas parum conducere, & raras fuisse in diebus suis; & non esse à Sacerdotibus imponendas vbi est consuetudo cōtraria tenent fere omnes mox allegandi.

Contrarium tamen, videlicet pro peccato publico, & scandaloso posse quemlibet Confessorem imponere pęnitentiam publicam, nisi eius Ecclesiæ consuetudo aliud habeat, quia nullibi reperitur prohibitum, nec inde sequitur manifestatio cōfessionis, tenuerunt Goffr. in summa de Pęnitent. & remiss. n. 5. Host. in summ. eod. tit sub n. 55. §. His prælibatis, ad fin. vers. Publica verò, Speculat. in Repertorio in tit. Aureum Confessorium, §. Sequitur videre, in princ. Henric. Boich. in cap. Quæsitum n. 4 infra eodem, Turrecrem. in cap. Potest, & aliter, n. 4. & in cap. Pœnitentes, n. 3. dist 50. Præpos. in cap. Quamuis, eadē distinct. n. 2. Briaien. in repert. in verb Pœnitentia, vers. An quando imponitur, & vers. Ex quibus causis, & vers. An Sacerdos, & ex Theologis Alexand. de Hales in summa p. 4. q. 14. memb. 6. art. 1. S. Thom. in 4 dist. 14. art. 5. q. 3. Petr. de Palud q 6. conclus. 11. in fine, Durand. q. 4. Sot. in 4. dist. 19. qu. 2. art. 5. Io. de Friburg. in Summa confess. lib. 3. tit. 34. qu. 12. Asten. p. 2. lib. 5. tit. 34. q. 2. Pisanella in verb. Pœnitentia, 3. Rosella in ver. Confessor, n. 1. vers Et pro declaratione, Angel. in verb. Pœnitentia, n. 2. Syluest. eod. verb. q. 1. Armilla itidem in ver. Pœnitentia, n. 2. Tabien. in eodem verb. q. 9. Medin. de pœnit. tract. 2. q. 40. §. Aliud est pœnitentia publica, Alfonsus Viuald. in cādelabro, tit. de Sacram. Pœnitent. lib. 1. nu. 1. Cardin. Bellarmin. de controu. fidei controuers. 4 Generali, c. 21. & nouissimè Suarez lib. 4. qui est de pœnitentia, disp. 33. sect. 6. q. 3. Id autem maximè posse pœnitentiarios Episcoporum tenuerunt Host. & Marian. Socin vt dixi supra n. 13. Henrich. Boich. Asten. Viuald. in locis supracitatis arg. cap. 2. Sã de off. Archipresb. quos etiam de consuetudine absente Episcopo imponere pœnitentias solemnes dixerunt Petr. de Palud. vbi supra, & Turrect in cap. Pęnitentes, nu 2. 50. dist.

Nec videtur obstare quod dicebatur de contraria consuetudine; tum quia posset fortasse procedere quoad simplices Confessores, arg. cap De Trina, 4. distinct. & cap. Super eo, de cognat. spirit. Sed non quoad principales Pœnitentiarios Episcoporum præsertim quia peccata grauiora, pro quibus solis imponitur pœnitentia publica secundum opinionem Host. & Henric. Boich. locis citatis solent per Episcopos reseruari, & suis Pœnitentiarijs concedi. Item consuetudo si quæ olim aderat in contrarium, videtur sublata à Concilio Tridentino antiquos Canones innouante; quod fieri optauerat Petr. Sotus in institut. Sacerdot. tit. de remed. priuat. vers Quod attinet, fol. 428 & post Conciliũ, ac in eius executionem huiusmodi publicas pœnitentias in vsum reuocari mandant Concilia prouincialia Mediolan. tertium in tit. de ijs, quæ ad Pœnitent sacramental. pertinent, §. Suadeat Episcopus, cuius verba retulimus supra nu. 3. & 4. eod. tit. §. Quod in Concilio; & apertius Primum in tit. Quæ pertinent ad Sacram. Pœnitent. administration. cuius hęc sunt verba [Iidem, scilicet Confessores, quemadmodum à Sacra Tridentina Synodo iussum est, publicè peccantibus, publicam pœnitentiam imponant, neque illud publicæ pœnitentiæ genus, nisi data ab Episcopo facultate, secreta alia pœna commutare audeant,] to. 4. Concil. p. 2. pag. 367. col. 2. littera D.

Porrò in Sacra Congregatione Concilij proposito dubio an ex decreto d. c. 8. sess 24 Pœnitentiarij Episcoporum possint, ac debeant publicè peccantibus publicas pœnitentias iniungere: Die 22 Martij 1614. tametsi plerique ex Patribus visi fuerint sentire de iure communi hæsitandum non esse, quin possint, ac debeant Sacerdotes, & maximè Pœnitentiarii Episcoporum publicè peccantibus imponere publicas pœnitētias: valdè tamen fuerunt ancipites, num id caueatur Concilij Decreto d. cap. 8. Ideoque tutius existimarunt abstinere

nere à declaratione, vt ex Confessorum, & Pœnitentium quieti magis consultum sit.

20 Vlterius quæritur numquid liceat Superioribus Regularibus publicè peccantibus publicam pœnitentiam pro modo culpæ iniungere ex Concilio d cap. 8. sess. 24. non obstantibus Constitutionibus Ordinis, secundum quas intra septa monasterij quicunque delinquentes puniri debent.

Die 18. Iulij 1585. Sacra Congregatio Concilij censuit dictum decretum in principio non pertinere ad Regulares: præsertim obstantibus Constitutionibus Ordinis,

De Pœnit. & Remiss.

Cap. Qui Presbyterum.

SVMMARIVM.

1 *Militis exauthorizatio fit per detractionem cinguli militaris, sicut degradatio Clerici per ablationem instrumenti ad suum Ordinem spectantis, & n. 18. & 20. & 68.*

2 *Cingulum militia in Religione Hierosolymitana, an sit de substantia professionis Regularis in gradu militum, itant illius amissio irritet professionem expressam, & impediat tacitam: & n. seqq. vsque in fin.*

3 *Cingulum militia quid, & num. 4.*

4 *Cinguli solemnitas de iure communi est substantialis in milite sæculari, & num. seqq. vsque ad num. 24.*

Contrarium, n. 61.

Declaratur, n. 63.

5 *Substantiale in quolibet gradu, & ordine dicitur esse illud, in cuius traditione potestas illius gradus, seu ordinis confertur.*

6 *Miles in quo actu recipiat potestatem iuris militaris, & n. 10.*

7 *Militis sæcularis creatio ex Pontificali Romano, & num. 59.*

Miles creatur cùm cingulo circumcingitur, ibidem.

8 *Creare est ex nihilo aliquid facere.*

9 *Imperator administrationem Imperij non recipit ante coronationem, & n. 14.*

11 *Miles præsumitur qui portat cingulũ, & calcaria, deaurata.*

12 *Militem, vel Doctorem Primates solo verbo creare potest.*

13 *Doctoratus insignia, idest liber, & insula, an sint de substantia Doctoratus.*

14 *Imperator non dicitur graduatus, nisi postquam coronantem receperit infulam.*

15 *Character Ordinis non imprimitur sine traditione instrumenti ad illum Ordinem spectantis.*

16 *Miles promouetur ad militiam sæcularem per clamydis, & cinguli dationem.*

17 *Miles esse desinit cùm cingulum militia deponit.*

19 *Milites si cingulo spolientur, perdunt omne militia priuilegium.*

20 *Degradatio Clerici fit vt exauthorizatio eius, qui militia deseruit armata.*

Declaratur, n. 68.

21 *Graduatio, & degradatio fit per insignia.*

22 *Militis Regularis creatio ex Pontificali Romano, & n. 59. & 72.*

23 *Cingulum venit appellatione habitus.*

Declaratur, n. 71.

24 *Cinguli decoratio ex statutis Ordinis Hierosolymitani est de substantia professionis in gradu militum, & n. seqq. vsq. ad n. 46.*

Contrarium num. 73. & seqq. vsq. ad n. 99.

Item ex ordinationibus Capitularibus eiusdem Religionis, num 46.

Contrarium num. 99.

25 *Substantialia actus intelliguntur esse illa omnia de quibus in iure cautum inuenitur, vt debeant fieri.*

26 *Forma substantialis inducitur ex verbis necessitatem designantibus.*

Declaratur quadrupliciter, à num. 74. vsque ad num. 93.

27 *Necessarium quandoque exponitur, idest vtile, & expediens.*

28 Debeat, *verbum præceptum, & necessitatem importat, & si quando sapiat honestatem, illud est speciale.*

29 *Hierosolymitana Religio à primæua illius fundatione non tantùm ad hospitalitatem, sed etiam ad militandum pro fide fuit instituta.*

30 *Necessarium ex proprietate designat præceptum, & obligationem.*

31 *Actus cõtra legis, vel statuti prohibitionem est nullus, licèt non adsit decretum irritans.*

32 *Præsertim in his quæ habent perpetuam causam prohibitionis.*

Limitatur quatuor modis à num. 74. vsque ad num. 93.

33 *Lex Non dubium, C. de legibus, locum habet etiam in Regularibus, & personis ecclesiasticis, etiam exemptis, contra Vasquez.*

34 *Ius ciuile ob omnibus seruari debet vbi contrariũ non reperitur statutum per ius canonicum.*

35 *Ordo datus per prius, & posterius censetur datus de forma.*

Declaratur quatuor modis à num. 74. vsque ad num. 93.

36 *Constitutio disponens aliquos non esse admittendos ad professionem, nisi prius facta inquisitione de eorum qualitatibus, inducit formam.*

37 *Forma in actibus humanis est partium ordinatio secundum prius, & posterius.*

38 *Substantialia actus debent simul, & contemporaneè cum ipso actu explicari, & n. 62.*

Declaratur, num. 39. & 41.

39 *Cingulum militia non materialiter tãtùm, sed formaliter est accipiendum.*

40 *Miles semel remanet semper miles quamdiu non est exautorizatus.*

41 *Pro forma non est absurdum vt inducatur etiam aliquod præambulum.*

42 *Executor datus cũ potestate limitata nulliter procedit si fines mandati non seruat.*

Declaratur n. 93. & seqq. vsq. ad n. 101.

43 *Professio facta in manibus Delegati excedentis limites suæ facultatis non valet.*

Declaratur, n. 93. & seqq. vsque ad n. 101.

44 *Hierosolymitani milites non descripti in matricula non habentur pro Fratribus, nec priuilegijs fruuntur, & n. 66. & n. 100.*

45 *Miles non matriculatus censetur tamquam priuatus, seu paganus, & n. 63.*

46 *In Hierosolymitana Religione professio fieri non potest, nisi in gradibus militum, Capellanorum, & ser-*

Pro-

QVI PRESBYTERVM. Ponit triplicem pœnam interficientis Presbyterum.

2 Nota ex textu ibi, *militiæ cingulo careat*, iuncta glos. 3. militem armatæ militiæ deponi à dignitate sua, seu degradari per detractionem cinguli militaris ad instar militis cælestis militiæ, idest Clerici, qui degradatur per ablationem instrumenti ad Ordinem suum spectantis, vt est textus in cap. Degradatio, de pœn. lib. 6. & not. præcit. glos. & Hostien. nu. 4. facit cap. Passas, de pœnit. distinct. 5. & cap. Admonere, 33. q. 2. & ex hoc videtur inferri posse, vt sicut instrumenta huiusmodi sunt de substantia Ordinis Clericalis, cap. Presbyter, cum mult. cap. seqq. 23. dist. & notatur in cap. Vnico, supra de sacr. vnct. & in cap. fin. de sacram. non iter. ita & cingulum sit de substantia Ordinis militaris: sed de hoc latissimè disseram in sequenti quæstione.

2 Ex facto quæsitum est, An cingulum militiæ in sacra Religione Hierosolymitana sit de substantia professionis Regularis in gradu militum, ita ut illius omissio irritet professionem expressam, & impediat tacitam.

Emersit nuper hæc disceptatio in casu Equitis Corsini, qui anno 1640. die 12. Februarij solemnẽ professionem Fratrum militum S. Ioannis Hierosolymitani emisit Romę in manibus Eminentissimi D. Cardinalis Antonij Barberini in vim facultatis eidem specialiter attributæ per litteras in forma Breuis san. mem. Vrbani VIII. sed post multos annos obtenta à Sanctissimo D.N. Innocentio X. in integrum restitutione aduersus lapsum quinquennij, intentauit iudicium nullitatis suæ professionis ex pluribus causis, sed præcipuè ex eo, quod

Prosp. Fagn. in 2. par. 5. lib. Decretal.

3 ante professionem non fuerit ornatus cingulo militiæ, idest zona cum gladio, seu ense, secundum Archidiac. in cap. Si quis, nu. 1. 50. distinct. Lucam de Penn. in l. Is quidem, nu. 3. C. Qui militare poss. lib. 12. & Petr. Greg. Tholosan. in Syntagmat. iuris vniuers. lib. 11. cap. 3. nu. 14. & 27. Vnde emanauit præinsertum dubium, super quo scripserunt ferè quotquot extant in Vrbe magni nominis Theologi, & Aduocati; idque tam variè, vt in vna, & eademmet Religione non defuerint, qui in contrarias abierint opiniones, vt propterea quæstio plerisque visa fuerit ardua, & difficilis.

Et quidem prima consideratione dicendum videtur traditionem cinguli militaris esse substantialem, primò ex dispositione iuris communis; secundò ex forma statutorum ipsius Religionis; tertiò ex ordinationibus capitularibus eiusdem.

4 Circa primum, idest de iure communi nemini dubium est, quin milites sint cingulo decorandi, seu ense cingendi, vt l. Filius familias, ibi, *cingi confestim iussus*, & l. Titius, ibi, *& postea cinctus*, ff. de militar. testam. & notat glos. vnica in l. Milites, ibi, *item quod ei ensis cingatur*, ff. Ex quib. caus. maior. & in Extrauag. Io. XXII. Quia in futurorum, in ver. Militari, de torneam. sed valde controuersum, qualis sit eiusmodi solemnitas; & quidem esse substantialem, & intrinsecam, non autem accidentalem, videtur suaderi posse ex sequentibus.

5 Et primò in quolibet gradu, seu ordine illud est essentiale, & intrinsecum, in cuius traditione potestas illius gradus, seu ordinis confertur, cap. Episcopus cum pluribus cap. seqq. 23. dist. S. Bonauentura in 4. sententiar. distinct. 24. p. 2. art. 1. qu. 4. n. 58. Tabien. in ver. Ordo 2. n. 5. in fin. Suarez de
6 legib. disputat. 5. cap. 31. Sed potestas iuris militaris, de qua in cap. Ius militare, 1. distinct. confertur militi in eo actu, in quo à persona ad id auctoritatem habente cingitur cum prolatione verborum, *Esto miles, & accipe sanctum gladium, in quo deycies aduersarios populi Dei*, vt 2. Machabæorum cap. vlt. & tradunt Paris. de Put. in tractat. de re milit. lib 7 cap. 13. incipien. Miles, seu armiger, n. 6. inter tract. communes tom. 12. fol. 149. & Cassan. in Catalog. glor. mund. p. 9. consider. 26. & ante eos Lucas de Penn. in l. His quidem, nu. 3. in ver. Cingulo, C. Qui milit. poss lib. 12. vbi n. 4. subdit [Cingulo militari prouida maiorum institutione gladium insertum esse, & hoc, vt collato honore cinguli, potestas quoque ipsius gladij intelligatur
7 aliqualiter esse collata] & patet ex Pōtificali Romano lib 1. rubr. penult. de Benedictione noui militis, vbi Pontifex dat ei genuflexo ensem nudum, dicens, *Accipe gladium istum in nomine Patris &c.* tum eum cingit ense in vagina reposito, dicens: *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissimè*: postea ter eum leuiter percutit cum ense euaginato, semel dicens: *Esto miles pacificus, strenuus, fidelis, & Deo deuotus* Ergo traditio cinguli est essentialis ad gradum militis adipiscendum.

Secundò. In traditione cinguli miles creatur, vt in Pontificali Romano lib. 1. d. rubr. penult. Paris. de Put. d. n. 6. ibi, *miles cùm creatur cingulo cin-*
8 *gitur*: ergo ante cinguli traditionem non est miles, quia nihil est antequam creetur, cum creare sit ex nihilo aliquid facere, S. Thom. in 1. 1. qu. 45. art. 1. & consequenter forma traditionis cinguli est substantialis, cum det esse rei, l. Iulianus, §. Si quis, ff. ad exhibendum cũ simil. quo arg. Oldrad.

cons. 180. Quæstio est vtrum Imperator, per tot, ac præcipuè nu. 7. concludit, coronationem esse de substantia, ad hoc vt Imperator possit se immiscere administrationi Imperij, quia in coronatione Imperator dicitur oriri, & sic incipere esse, l. Om-
10 nes, ibi, *Ortus Imperij protulerunt, &c.* ff. de fer. iuncta glos. in ver. Ortus; vnde non immeritò Petrus Antibolus in tract. de muner. §. 4. nu. 17. inter tract. commun. vol. 12. fol. 66. [Dummodo, inquit, solemnitas consueta seruetur, vt quia in Ecclesia ante altare ille, qui facit, eum osculetur, & cùm percutiat in maxilla, & ensem ei cingat, & calca-
11 ria sibi calcientur, miles est] Quo fit, vt secundum Bald. in procem. Decretal. in verb. Gregorius, n. 43. portans publicè militarē ensem, & calcaria deaurata, miles præsumatur.
12 Tertiò. Speciale est in Principe, qui solutus est legibus, vt solo verbo creare possit doctorem, vel militem, dicendo, *esto doctor*, vel, *esto miles*, vt notat Angel. in l. 2. n. 1. C. de crimin. sacrileg. & in l. 1. n. 2. vers. Et eadem ratione, C. de sent. pass. Ergo inferiores, qui iure communi sunt adstricti, hoc nō possunt, l. Ius singulare, & l. Quod verò contra, ff. de legibus; sed tenentur vt solemnitate cinguli ad præscriptum dictæ legis Filius familias, ff. de milit. testam.
13 Quartò. In milite inermis militiæ, insignia doctoralia, videlicet liber, & insula sunt de substantia doctoratus; tunc enim Doctor quis efficitur, & accipit potestatem docendi, cùm à persona legitima accipit librum, cum verbis, *Accipe librū, &c.* ergo, & in milite armatæ militiæ insignia militaria, scilicet cingulum, est de substantia gradus militaris: quo argumento præclarè vtitur Bald. loco proximè citato, n. 41. & 42. Exemplo Impera-
14 toris, qui non dicitur graduatus, nisi postquam coronantem receperit insulam, vt l. Bene à Zenone, C. de quadriennal. præscription. nam sine corona Imperialis maiestas non coruscat, vt l. 1. C. de auro coronario; licèt Bald. in solutione quæstionis dicat [Si non est insignitus, alijs insignia tradere non potest] ad quod allego bonum textum in cap. Daibertus, 1. q. 7.
15 Quintò. Valet argumentum à milite cælestis militiæ ad militem armatæ militiæ, glos. 2. in l. Milites, C. de locat. & conduct. Euerard. in loco à milite armatæ militiæ; sed in milite cælestis militiæ, idest in Clerico, traditio instrumenti ad eius Ordinem spectantis; ita est de substantia, vt ea omissa character Ordinis non imprimatur, vt est diffinitum à Concilio Florentino in decreto fidei Eugenij IV. §. 5. & vers. Sextum Sacramentum, tom. 4 Concilior. p. 1. pag. 614. col. 2. Ergo eodem modo in milite armatæ militię traditio instrumenti, idest
16 cinguli, est de substantia, adeout ea omissa, ordo militaris non conferatur. Ad hoc tex. optimus in cap. Si quis, ibi, *militauerit, & clamydem sumpserit, aut cingulum*, 51. distinct. vbi Gemin. & Præpos. n. 1. notant, per quæ signa, & actus quis dicatur promoueri ad militiam sæcularem, videlicet per chlamydis, & cinguli dationem.
17 Sextò. Tunc desinit quis esse miles, cùm cingulum militiæ deponit, vel eo spoliatur. Primum patet ex Concilio Nicæno Can. 12. ibi, *cingulum militiæ deposuerunt*: ideoque Ludouic. Lacerda in Aduersar. Sacris. cap. 146. n. 16. in martyrio Marcelli Centurionis die 30. Octobris obseruat sic cū loquutum fuisse Tyranno [Si talis est conditio militantium, vt Dij, & Imperatoribus sacra facere compellantur, ecce proijcio cingulum, & militare recuso] Hæc ille. Secundum similiter patet, quia miles cum degradatur insignijs militaribus
18 exuitur, l. 2. §. Ignominiæ, ff. de ijs, qui notantur infam. & præcipuè cingulo, vt in hoc cap ibi, *sua militia cingulo careat*, vbi glos. in ver. Cingulo, & Hostien, nu. 3. dicunt militem deponi à dignitate sua, seu exautorizari, sicut Clericum: quo fit, vt
19 si hoc cingulo spolietur, perdat omne militiæ priuilegium, vt dicunt Lucas de Penna, & Cassan. supracit. n. 3. Si igitur per cinguli depositionem, seu ablationem miles esse desinit; eodem modo per cinguli susceptionem esse incipit: nam omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem dissoluitur, cap. Omnis, 27. q. 2. cap. 1. infra de reg. iur. quo argumento in terminis nostris vtitur glos. in d. §. Ignominiæ, in ver. Efficit, & Bald. in procem. Decretal. in verb. Gregorius, n. 41.
20 Septimò. Ad prædictorum corroborationem ponderandus est textus singularis in materia in cap. Degradatio, de pœn. lib. 6. vbi disertis verbis cauetur [vt actualis, siue solemnis cælestis militiæ militis, idest Clerici degradatio fiat, vt exauthorizatio eius, qui militiæ deseruit armatæ, cui militaria detrahuntur insignia; & mox subijcitur, vt Clericus degradādus habeat in manibus librum, vas, vel aliud instrumentum, seu ornamentum ad Ordinem suum spectans, eique Episcopus singula siue sint vestes, calix, liber, seu quæuis alia, quæ illi in sua ordinatione fuerint tradita, singulariter auferat vsque ad primam vestem, quæ datur in
21 collatione Tonsuræ] Hæc ibi; ex quo contextu patet in gradibus conferendis, aut auferendis pari passu ambulare cælestis, & armatæ militiæ milites, & insignia, seu instrumenta in vtrisque esse de substantia, cùm per illorum traditionem, & detractionem gradus conferantur, & auferantur: quod clarè adnotauit Bald. d. nu. 41. dicens [Sicut quis degradatur per insignia, ita è conuerso graduatur per insignia.
22 Vltimò, alijs omissis idem suaderi potest, quia in milite Regulari habitus videntur esse de substantia professionis, vt deducitur ex Pōtificali Romano in rubrica de creatione militis Regularis, quæ est rubrica vltima lib. 1. vbi sic legitur [Cùm Summus Pontifex committit aliquem creari in militem Ordinis militaris, Pontifex, cui creatio huiusmodi commissa est in primis imponit ei habitum illum, quo milites illius Ordinis, quem intendit profiteri, vti consueuerunt: deinde recipit ab eo adhuc genuflexo professionē per tales emitti solitam votorum, secundum illius Ordinis instituta] Hactenus verba Pontificalis, quæ satis videntur innuere, susceptionem habitus esse substantialem ad constituendum militem Ordinis militaris, sicuti est professio, cùm per hæc duo miles creetur, & in esse producatur, secundum ea, quæ dicta sunt supra in 2. arg. n. 7. Ergo & cinguli susce-
23 ptio videtur esse substantialis, cùm cingulum veniat appellatione habitus, seu vestis, vt l. Vestis, iuncta glos. in verb. Pracingendi, ff. de aur. & argēt. legat. Hæc de iure communi.
24 Circa secundum, idest ex statutis Religionis Hierosolymitanæ, multò clariùs deduci potest cingulum esse de substantia professionis in gradu militum: nam statutum secundum de recepion. fratr. disponit per hæc formalia verba, videlicet:

Cib

Chi dimanderà d'essere riceuuto alla professione dell'Ordine nostro in grado di Caualiero, prima che pigli l'habito, e faccia la professione, è necessario, che sia ornato del cingolo della militia; e però se da alcun Principe Cattolico, ouero da altro, che habbia autorità di concedere il grado di Caualleria, non haurà ottenuti gl'ornamẽti della militia, dal Fratello Caualiero dell'Ordine nostro, che riceuerà la sua professione, ouero da alcun'altro Fratello Caualiero dell'istessa militia riceua gl'ornamenti secondo la consuetudine, che s'osserua nel concedersi la militia; e finalmente con l'ordine sudetto faccia la professione. Però i Cappellani, i seruenti d'armi, e d'officio non è necessario ornargli di tali insegne militari.

25 Primò enim verba illa, *è necessario*, videntur for-
mam substantialem inducere: nam in gradibus,
seu Ordinibus conferendis omnia illa, de quibus
non constat vtrum sint de substantia, vel non, innc-
nitur tamen in iure, vt debeant fieri, intelligun-
tur esse de substantia, & hoc pro regula constituit
S. Raymundus in Summa lib. 3. de ætat. ordinand.
§. 11. incip. Quid si aliqua, vers. Ad hoc variæ, Gof-
fred in summ. tit. de ætat. & qualit. §. Vnctionem
autem, Hostien. in summ. tit. de sacr. vnct. §. A quo,
vers. Consilium tamen est, Archidiacon. in c. Quo-
rumdam, sub num. 3. distinct. 23. Henrich. Boich. in
cap. final. nu. 3. supra de Sacram. non iterand. Host.
Io. Andr. Butr. Cardin. & omnes in cap. vnico: &
26 ibi dixi nu. 8. & 9. supr. de Sacr. vnct. Et in specie ex
verbis necessitatem designantibus formam sub-
stantialem induci scripserunt Signorol. de Homo-
deis cons. 87. nu. 4. & 5. & reddens rationem, quia
deficientibus necessarijs, actus euidenter corruit,
Albert. Brun. in tract. de form. tit. Quando aliquid
censeatur traditum pro forma fol. 34. concl. 4. post
med vers. Et secundum Signorol. Socein. Sen. cons.
283. nu. 2. lib. 2. & cons. 94. nu. 14. & 15. lib. 4. Paris.
cons. 19. n. 19. lib. 2. Bertazzol. cons. criminal. 83. n. 1
Peregrin. cons. 99. n. 20 & 21. lib. 5.
27 Nec refert quod necessarium quandoque ex-
ponatur, idest vtile, & expediens, glos. fin. in Clem.
1. de procur. glos. in l. 1. in verb. Necessarium, ff. so-
lut. matrim. & in l. 1. in verb. Necesse, ff. de offic. Præ-
fect. Prætor. & quandoque significat commodita-
tem, & honestatem, glos. penult. in cap. Omnis,
21. qu. 4.
28 Quoniam id contingit non ex proprietate vo-
cabuli, à qua in dubio non est recedendum, l. Non
aliter, de leg. 3. Calder. cons. 24. post princ. de præ-
bend. sed quia hoc verb. quandoque impropriatur
propter subiectam materiam, vt notat glos. in Cle-
men. Attendentes, in verb. Debeant, de stat. Mo-
nach. vbi ait illud verb. *Debeant*, esse præcepti, &
necessitatem importare, & si quandoque sapiat
honestatem, illud esse speciale: & sequitur Abb.
in cap. 1. nu. 7. infr. de desponsat. impuber. & Felin.
in cap. Nam concupiscentiam, nu. 6. supra de con-
stitut.
Itaque necessitas suscipiendi cingulum, de qua
loquitur dictum statutum secundum, non vide-
tur ad bene esse, vel secundum quid, sed substan-
tialis, & præcisa: & quidem meritò, quia S. Reli-
gio Hierosolymitana à primæua sua fundatione,
29 non tantùm ad hospitalitatem, sed etiam ad mi-
litandum pro Fide fuit instituta, vt constat ex sta-
tuto secundo, tit. de reg. & cingulum instituit vt
esset constitutiuum gradus, & Ordinis militaris:
ideoque cum Magnus Magister vult ex gratia
transferre seruientem ad gradum militis, sola cin-
guli traditione citra vllam aliam solemnitatem id
præstat.
30 Sed quatenus verba illa statuti, *è necessario*, for-
mam substantialem non inducerent, negari ta-
men non potest, quia ex proprietate vocabuli de-
signent præceptum, & obligationem, vt cap. Quis-
quis præceptis, 14. qu. 1. ibi, *quod imperatur necesse
est fieri*: necnon ibi, *vbi præceptum, necessitas est
seruientis*, cap. Domino Sancto, 50. distinct. & ibi
glos. in verb. Necesse, & Archidiacon. n. 1. Felin. in
d. cap. Nam concupiscentiam, nu. 5. & 6. de constit.
Quotiescumque autem lex, vel statutum præcipit,
aut prohibet aliquid fieri, actus in contrarium
31 gestus est ipso iure nullus, etiamsi lex, vel statutum
non procedat vlterius ad irritationem actus: ca-
sus est in l. Non dubium, vbi Bart. nu. 2. Bald. eod.
nu. in 4. notab. & nu. 11. Ias. nu. 4. & communiter
Legistæ, C. de legibus; vnde non est vis. An verba
statuti, *è necessario*, importent formam, vel præce-
ptum, quia vtroque modo irrita est professio facta
sine præuia traditione cinguli contra illius statuti
32 dispositionem. Quæ regula maximè procedit in
his, quæ habent perpetuam causam prohibitionis,
vt hoc casu glos. vnica in cap. Vides, 10. distinct.
Abb. in cap. Ad Apostolicam, num. 11. de regular.
post Io. Andr. ibidem nu. 3. in verb. Obtineat: nec
audiendus est Gabriel Vasquez in 1. 2. disputa-
tion. 165. cap. 2. dicens illam l. Non dubium, cùm
33 sit Iuris Cæsarei, non habere locum in Religiosis,
& personis ecclesiasticis ab eo exemptis: imo nec
in Regnis Hispaniæ, & Franciæ; quoniam non ita
loquutus fuisset, si aduertisset legem illam esse ca-
nonizatam in cap. Imperiali, 25. qu. 2. vt ibi per Ar-
chidiacon. in verb. Constitutione, ad idem cap. Ne
nimia, de Religios. domibus, cap. vnico in princip.
eodem tit. lib. 6. cap. Quæ contra ius, de regul. iur.
34 eod. lib. Præterquam quod etiamsi d. l. Non du-
bium, non esset specialiter canonizata, adhuc ta-
men obligasset omnes; quia ius canonicum sta-
tuit, vt in his, in quibus non est contrarium ex-
presse dispositum per Sacros Canones, seruetur
ius ciuile, vt in cap. 1. de nou. oper. nunciat. & ibi
omnes interpretes Suarez de legibus, lib. 3. cap. 8.
num. 3.
35 Deinde ponderanda sunt verba illa prędicti sta-
tuti secundi de rescript. frat. *Prima che pigli l'ha-
bito*, &c. necnon illa, *e finalmente con l'ordine su-
detto*, &c. Nam ordo datus per prius, & posterius
censetur datus de forma, cap. Quia propter, de
elect. cap final. de testit. spoliat. & c. Cum dilecta,
& ibi Felin. num. 6. vers. Sextum signum, vbicumq;
est prius, & posterius, ibi est ordo, de rescript. &
voluit Bald. in l. 1. num. 8. vers. Ex dicto ergo Rof-
fredi, C. Ne liceat tertio prouocare, Rota decis.
167. num. 6. par. 2. recent. Idemque in verbis præci-
pientibus aliquid fore præmittendum, antequam
fiat actus, tradiderunt Signorol. cons. 115. num. 3.
Brun. in tract. de forma, tit. Quando aliquid cen-
seatur traditum pro forma, fol. 34. concl. 4. in fin.
Menoch. cons. 695. nu. 15. & in terminis quod con-
36 stitutio statuens nõ aliter ad Religionem aliquos
esse admittendos, nisi prius facta diligenti inqui-
sitione de qualitatibus profitentis, inducat for-
mam, itaut ea non seruata actus sit nullus, firma-
uit Rota in Toletana professionis 27. Febr. 1595.
coram Cardinali Panfilio seniore, impressa apud

Garziam, de beneficijs,par.9,cap.2.num,330.vers.
37 Neque obstat, Et est ratio, quia forma in actibus
hominum nil aliud est, quàm partium ordinatio,
secundum prius, & posterius, vt dicunt Bald. in
tract. de iure Prothomis.num.15.in fin.& Tiraq.de
retract.lignag.§ 36.glos.2.num.26.ad medium.

38 Nec obstat si dicatur: cum traditio cinguli de-
beat præcedere professionem, non potest censeri
de forma substantiali ipsius professionis, quia quę
sunt de forma substantiali actus, debent simul, &
contemporaneè cum actu explicari, Ias. in l. Vni-
uersa,num.10,C.de præc.Imper.offerend.vbi quod
totus mundus sequitur hanc doctrinam Paul. de
Castr.cons.292.col.2.in fin.& col.3. in princ. lib. 2.
Felin.in d.cap.Cum dilecta, num.4.vers.Quartum
signum, de rescriptis.

39 Id inquam non obstat, quoniam verba illa sta-
tuti, *sia ornato del cingolo della militia*, non sunt
accipienda materialiter tantùm pro nuda cinguli
susceptione, sed formaliter, prout cingulum desi-
gnat gradum militiæ, vt obseruat Franc. Mennen.
de equestri, seu militari Ordin. Symbol. in cap.De
form.veter.& noua creãdi equites,fol.4.vers.Hinc
cingulo; itaut sit sensus,vt ante habitus susceptio-
nem debeat esse constitutus in dignitate,& gradu
militari, in quo quidem gradu tunc constituitur,
cùm ense,vel Baltheo præcingitur. Gradus autem
militiæ per cingulum semel susceptus semper du-
40 rat, & semel miles semper remanet miles quandiu
non est exauthorizatus, vt hic patet, & in cap.De-
gradatio, §. Actualis,de pœn lib.6.atque ita digni-
tas militaris, de qua loquitur statutum in sensu
formali, est contemporanea cum professione re-
gulari, quia vera est assertio: hic qui profitetur,
modo est actu miles; sicut in simili Ordo Episco-
palis requirit ex necessitate consecrationis vt or-
dinandus sit actu Sacerdos,vt ex communi Cano-
nistarum sententia scripsi in cap. Tuæ litteræ, nu 6.
de Cleric.per salt.promot.& in c. 1. Maximè n 8r.
de ordin. ab Episcop. & tamen satis est, vt multò
ante susceperit Ordinem Presbyteratus,quia cha-
racter semel impressus semper remanet, cap.Quod
quidam, 1 qu.1. Præterquamquod non est absur-
dum, vt pro forma induci possit etiam aliquod
41 præambulum, vt per Signorol.cons.115. num,3. &
Roman.cons.236.n 8.vers. Tertio.

42 Vlterius obseruandum est hoc casu professionē
non fuisse factam in manibus Superioris Regula-
ris, qui de Iure communi potestatem habet incor-
porandi Religioni, cap.Nulla, 18.q.2. Abb.in cap.
Cum Ecclesia Vulterana, num.9. vers. Prædicta
procedunt,de elect. & notatur in cap.final.de reg.
lib. 6. Sed omissa fuit in manibus Delegati Apo-
stolici, qui per litteras Papales habebat commis-
sionem limitatam, & modificatam cum clausula
43 *seruatis seruandis*: & cùm negari non possit quin
solemnitas cinguli seruanda esset ex statuto Reli-
gionis,vtique ea non seruata professio nullam ha-
buit roboris firmitatem; quia quotiescumque
datur alicui potestas, seu mandatum ad aliquem
actum explicandum cum certis conditionibus,seu
modificationibus, actus gestus illis nō seruatis est
ipso iure nullus,etiam si conditiones illæ aliàs non
essent substantiales; hæc est theorica glossæ nota-
bilis in Clem.1.in verb.Inhibentes,vers.Sed quęro,
de iurepatron. quam sequuntur Anchar. in c.Sta-
tutum, §. fin.vers. Aduerte, de rescript.lib.6. Abb.
in cap.Ex parte, num. 5. de constitut. & ibi etiam
Felin. alios cumulans num.1.vers. Secunda limita-
tio, Romanus cons.203.Quoad primum,num.7.&
in terminis quod vbi à principio conceditur pote-
stas limitata aliàs non habenti recipiendi ad pro-
fessionem, receptio eam potestatem excedens sit
nulla, quamuis non adsit decretum irritans, pro-
bant nouissimè Thomas Sanchez super Decalog.
lib.5.cap.4.n.26.Suarez de Religione tom.3. lib.6.
cap.11.num.4. vers At verò si Religio, & ante eos
Lapus alleg 86. n.2. ante fin.vers. Item ex quo Re-
ligiosi, & duobus seqq.

44 Quare non immeritò Vicecancellarius Religio-
nis renuit prædictum Equitem describere inter
milites professos ob eam rationem,quia ex instru-
mento eius professionis non apparebat eum fuisse
ornatum militiæ cingulo, & Magnus Magister man-
dauit eidem Vicecancellario,vt fidem traderet cū
expressione causarum, ob quas noluit prædictum
instrumentum registrare: & ita intrat statutum
31.in tit.de recept. Fratr. quo præcipitur, vt pro-
fessi extra Conuentum describantur in matricula,
45 alioquin pro Fratribus non habeantur, nec priui-
legijs fruantur, Quod etiam est iuri cōmuni con-
sonum, vt l Ex eo tempore, ff.de militar.testamen.
ibi, [Qui nondum in numeris sunt, licèt etiam
electi tyrones sint, & publicis expensis iter faciāt,
nondum tamen milites sunt.] & notat Alex.plu-
rimos cumulans in l.Centurio, num.23. ff. de vul-
gar.vbi ait, militem non matriculatum censeri tā-
quam priuatum, seu paganum,

46 Circa tertium quatenus professio non esset nul-
la in vim dicti statuti secundi de recept.fratr.extat
tamen ordinatio prima eod. tit. edita in Capitulo
Generali anno 1603. cuius hæc sunt verba, [Ne
de cætero tàm in conuentu,quàm extra aliquis ad
habitum nostrum suscipiendum alio quocumque
modo, gradu, seu denominatione admittatur, nisi
in tribus distinctis gradibus declaratis in statut.2.
29.& 30. de recept. fratr. Factis, & exhibitis pro-
bationibus nobilitatis, & legitimitatis respectiuè
bonis, & validis,iuxta dictorum,& vniuersam alio-
rum statutorum formam, & tenorem, decernen-
tes quodcumq; secus faciendum ita nullum fore,
vt semper de inualiditate, ac nullitate professionis
impugnari possit, & iustitia mediante non cano-
nicè admissi ad habitum dimittendum cogi pos-
sint, & debeant.] Hactenus verba ordinationis,
quæ cùm habeant explicitè decretum irritans, &
non solum respiciant admissionem ad professio-
nem, sed etiam modum admissionis, vt patet ibi,
alio quocumque modo, & relationem habeant ad
statutum secundum, in quo præscribitur solemni-
tas cinguli: consequens est, vt huiusmodi solem-
47 nitas sit substantialis, quia nemini dubium est,
quin decretum irritans formam substantialem
inducat, Felin. in cap. Cum dilecta, num. 6. vers.
Quintum signum, de rescript. Rota diuers. decis.
215.num. 7.ad med.par.1.Card Mantic.decis.286.
num.2.& seqq.Gregor.XV. decis.384. num.9. Bu-
ratt.decis.479.n 4.

48 Nec refragatur quod prædicta ordinatio fuerit
facta à 16. Capitularibus, qui facultatem non ha-
bent decernendi contra statuta Ordinis,vt dictum
fuit decis.303.num.22.& seqq.p.7. recent.& quod
ordinationes huiusmodi sint temporales, & du-
49 rent tantùm vsque ad nouum Capitulum Gene-
rale, vt in statut.3. de verb.signific.& in decis.109.
num.1.par.7. recent. vbi amplius fuit dictum hoc
pro-

procedere etiam si contingat has ordinationes à
Sede Apostolica confirmari, quia hoc intelligitur
cum eadem qualitate temporali, idemque habe-
tur in decis. 458. n. 3. p. 3. recentior.
50 Nam respondetur contrarium constare ex Bulla
Pauli V. confirmatoria earumdem ordinationum,
qua statutum est, vt vim habeant donec reuocatę,
abrogatę, vel immutatæ non fuerint per futura
Capitula Generalia, quod hoc casu factum non
legitur; ideoque semper durant, quandiu non re-
uocantur, & est cõmunis opinio, vt attestatur Fe-
lin. in cap. Ex litteris, num. 10. vers. Est maius du-
bium, de Constitut. & Dec. cons. 108. Ista videtur
quedam, n. 4. & in fin.
51 Itaque cùm solemnitas cinguli sit de forma, ne-
cessariò sequitur, vt ea nõ seruata, professio sit ipso
iure nulla, l. Iulianus, §. Si quis, C. Ad exhibendum,
l. Cum hic, §. Si Pretor, ff. de transact. l. Constitutio-
nibus, in fin. ff. Ad municipal. l. 1. C. de præd. Decu-
rion. lib. 10. cum concordant. glos. in cap. Cum di-
lecta, in verb. Irritum, & ibi Abb. nu. 4. Felin. n. 6.
& communiter DD. de rescript. Forma enim etiã
in minimis seruãda est, aliàs actus est nullus, Butr.
in cap. Pisanis, num. 9. in fin. de restitut. spol. Felin.
d. cap. Cùm dilecta, num. 10. vers. Amplia decimò,
Marsil. cons. 65. num. 12. Soccin. iun. cons. 467. n. 13.
& seqq lib. 2. Dec. cons 532. nu. 5 Roland. cons. 72.
num. 58. lib. 3. Rimin. iun. cons. 467. num. 13. quam
regulam pluribus exornat Lancellor. Gallia. con-
52 sil. 31. num. 14. & plurib seqq. Et in dubio omnis
forma à iure tradita censetur substantialis, & de
essentia actus, vt Bald. inquit in l. Comparationes,
num. 8. C. de fid. instrum. & sequuntur Decius con-
sil. 110. num. 6. vers. Ex forma tradita, Decian. con-
sil. 72. num. 20. lib. 2. Rimin. iun. d. cons. 467 num. 8.
Tiraquell. de retract. lignag. §. 36. glos. 2. n. 29.
Ex prædictis constare videtur cinguli susceptio-
nem in Ordine Hierosolymitano esse de substantia
professionis in gradu militum: ac proinde profes-
sionem expressam, vt præfertur, emissam non va-
lere.
53 Ex hoc autem necessariò sequitur, vt nec intret
professio tacita, quia cùm Eques prædictus mili-
tiæ cingulum numquam susceperit, si defectus hu-
iusmodi obstitit professioni expressæ, quæ est pro-
fessio vera, lõgè magis obstitit tacitæ, quæ est præ-
sumpta cùm tacitum non possit operari plusquam
expressum, l. Cum quid, ff. Si certum petatur, & ita
in hac materia firmant Philipp. Prob. ad Monach.
in cap. 1. num. 4. de Regular. Soccin. & alij complu-
res, quos citat Sanchez super Decalogo lib. 6. c. 3.
nu. 14. & 18. Ideoque in Bulla declaratoria Con-
stitutionis Sixti V. contra illegitimos, quæ incipit,
Ad Romanum, §. 13. in 2. declarat. in Bullar. to. 2.
pag. 604. sic legitur. [Sed cum eadem ratio vigeat
in tacita professione emittenda, quæ militat in
expressa, statuimus, quod in quibusuis Ordinibus,
& Religionibus neque etiam tacita professio quo-
rumcumque Religiosorum induci possit, nec In-
ducta intelligatur, nisi in receptione Constitutio-
nis forma seruata fuerit.] Et eadem ratione de-
creta Clementis VIII. quæ irritant professionem
emissam in conuentu non designato ad recipien-
dos Nouitios, impediunt etiam professionem ta-
citam, vt fusè probaui in cap. Perlatum, num. 23.
& seqq. supra de ijs quæ vi, metusue caus. vbi etiam
posui alia exempla his similia. Et eò magis, quia
hæc solemnitas cinguli inducta est ex statutis Or-
54 dinis à Sede Apostolica confirmatis super quibus
solum Generale Capitulum potest dispensare, vt
expressè legitur in Bulla Pauli V. confirmatoria
ordinationum ipsius Religionis.
55 Quibus accedit quod hoc casu videtur defuisse
consensus tum Religionis, qui secundum omnes
necessariò exigitur ad inducendam tacitam pro-
fessionem, Card. in cap. Porrectum in fin. de regul.
Abb. in cap. Vidua, nu. 5. eod. tit. Syluest. in verb. Re-
ligio, 3. qu. 19. in princ. Tabien. in verb. Nouitius,
qu. 5. nu. 6. Nauarr. comm. 4. de regul. nu. 73. & 74.
cum Religio integro sexennio noluerit dictum
Equitem vti professum agnoscere, nec in albo pro-
fessorum describere: tum etiam ipsius Equitis, qui
tamquam miles præsumitur ignorasse dispositionẽ
56 iuris inducentis tacitam professionem ex suscep-
tione habitus, & actibus professorum; & hæc ta-
cita præsumptio sufficit ad excludendam tacitam
professionem, vt nouissimè firmauit Rota in Vlix-
bonen. Professionis 10 Decembris 1646. vers. Nul-
la adest ratificatio, in fine corã Arguelles his ver-
bis [Ex gestatione habitus, & actibus solis profes-
sis conuenientibus non inducitur professio, nisi
sciat per hoc tacitam professionem facere, quia
miles in ignorantia iuris comparatur mulieri.
57 Sed his minimè obstantibus dicendum est, cin-
gulum nullatenus esse de substantia professionis
militaris, siue spectemus ius commune, siue sta-
tuta, vel ordinationes Religiones Hierosolymita-
58 næ. Nam quod attinet ad ius commune, in Tem-
plarijs, Hospitalarijs, & Hierosolymitanis, quorum
sæpe in iure fit mentio, vt in cap. Canonica, infra
de sent. excomm. & plenè notatur in cap. 1. in glos.
in verb. Persoluant, de verbor. significat. lib. 6. Nul-
libi cautum reperitur, vt ornari debeant cingulo
militiæ; & quod non est Sanctorũ Patrum decre-
to sancitum, superstitiosis non est adinuentionibus
præsumendum, cap. Consuluisti, 2. qu. 5. cap. Inter
corporalia post med. vers. Vnde si circa ds translat.
Episcop.
Iura autem, & argumenta supra in contrarium
adducta à num. 4. non procedunt in milite regu-
lari, sed in milite sæculari, qui præcingitur ense, &
calcaribus. Et hanc differentiam agnouit Pontifi-
59 cale Romanum; nam in Rubrica de Benedictio-
ne noui militis, quæ est penult. lib. 1. Posuit hanc
solemnitatem cinguli, & calcarium; cuius tamen
non meminit in sequenti Rubrica de creatione
militis Regularis, vt dictum est supra num. 7. & 22.
Quinimo cùm in antiquo Pontificali in creatione
militis regularis cautum esset vt infra, videlicet
[Tunc imponit ei Crucẽ, siue Sparbam, aut aliud
signum, siue habitum illum, quo milites illius Or-
dinis, quem intendit profiteri, vti consueuerunt.]
Postea in Pontificali emendato iussu Clem. VIII.
hæc spathæ, seu cinguli impositio tanquam cęre-
monia omnino accidentalis, & extrinseca ad or-
natum pertinens meritò fuit prætermissa, vt atte-
statur Gaspar Seruantius Sanctissimus D N. Cęre-
moniarum Magister in hæc verba. *Io infrascritto
faccio fede, che se bene auanti la reforma del Ponti-
ficale antico fatta à tempo della san. mem. di Cle-
mente Ottauo era vsanza nel dare l'habito a'Caua-
lieri regolari, ò di Malta, ò di san Giacomo, è di san
Giorgio, ò altri simili auanti di riceuere la loro pro-
fessione, quando si faceua in mano del Papa, ò d'al-
tro Delegato Apostolico, di crearli Caualieri con le
ceremonie di spada, e sproni registrata nel medesimo*

Pon-

Pontificale alla rubrica penult. del lib. primo, perche così prescriueua la Rubrica vltima de creatione militis Regularis, *all'istesso lib. primo. E così in conformità si troua notato nel libro de giuramenti, del quale si seruiuano i Mastri delle Ceremonie di quel tempo, quanto ne i loro Diarij, che sono appresso di me: nondimeno doppo la riforma predetta, perche nel nuouo Pontificale fù in specie riformata la rubrica* de creatione militis Regularis, *& fu ristretto l'atto alla sola impositione dell'habito, e riceuimento di professione, e fù leuata la ceremonia sudetta di creare li Caualieri con sproni, e spada: perciò nel libro de' giuramenti, che hanno vsato da quel tempo in quà i Mastri delle Ceremonie, e nelli Diarij da loro tenuti, che si trouano appresso di me, è notato la formola di quest' atto, e l'atto medesimo senza questa Ceremonia. Et in questa conformità sono stato instrutto dalla buon. mem. del Sig. Paolo Alaleona mio Zio, che fù Mastro delle Ceremonie ne' Pontificati di Clem. VIII Leone XI. Paolo V. Gregorio XV. & Vrbano VIII e così hò doppo pratticate più volte, &c. Io Gasparo Seruantio Mastro delle Ceremonie di Nostro Sig. affermo quanto di sopra mano propria.*

60 Ratio autem differentiæ inter militem sæcularem, & regularem ea reddi potest, quia cum miles sæcularis nullam emittat professionem, necesse est, vt dignitas militaris illi conferatur ab habente authoritatem per aliquod signum sensibile; & sic per traditionem cinguli, & calcarium, vt notant omnes in l. penult. ff. Ex quibus caus. maior. Nam vt inquit S. Thomas in 4. sent. distinct. 4. art. 2. ad 2. cùm qualibet potestate exterius datur aliquod visibile signum illius potestatis, sicut Regi datur corona, & sceptrum; & Pontifici mitra, & baculus, & annulus. At vero cùm miles Regularis solemnem emittat professionem à militibus illius Ordinis emitti consuetam, & per huiusmodi professionem cũ impositione habitus creetur miles Regularis, vt in Pontificali meritò ornatus cinguli, seu aliud sensibile signum ad creandum militem Regularem non exigitur.

61 Quin etiam vlterius cogitanti verius videtur nec in milite sæculari de iure ornatum cinguli esse substantialem, quod constat ex l. Filius familias, ff. de milit. testam. vbi dicitur: Filius familias equestri militia exornatus, in Comitatu Principis retentus, cingi confestim iussus est: & sic primò fuit creatus miles, & tertio loco cingulo militari præcinctus: & ideo glos. in ver. Confestim, ex eo textu deducit regulam, quam multis similibus exornat videlicet statim, seu proximè cingendus habetur pro cincto; & Bart. in summa illius textus similiter notat haberi pro facto quod de proximo est faciendum, & Lucas de Penna in l. His quidem, nu. 5. C. Qui militar. poss. lib. 12 ex eadem lege notat militem paratum accingi, haberi pro accincto: & ita intelligunt verbum, *confestim*, cum aliquo temporis interuallo, vt l. 2. §. Confestim, ff. ad Tertullian. Ergo cingulum non potest censeri de

63 forma substantiali gradus militaris, quia tametsi substantialia actus quandoque possint permitti, secundum ea, quæ dicta sunt supra nu. 41. tamen solemnitas, quæ potest subsequi, numquam dicitur de substantia, vel forma, Bald in l. Vniuersa, n. 2. vers. Quandoque lex, C. de precib. Imper. offer. Felin. in cap. Cum dilecta, nu. 6. vers. Sextum, ibi, *quando verò solemnitas*, de rescrip. & latius in cap. Quoniam, in princip. Vt lit. non contest. & ratio est euidens, quia implicat contradictionem; vt actus sit prius in actu productus, & postea recipiat esse à forma, quæ dat esse rei, l. Iulianus, §. Si quis, ff. ad exhiben. quia sic esset, & non esset, quod est impossibile, l. Vbi repugnantia, ff de regul. iur.

63 Itaque ornatus cinguli in milite sæculari non requiritur nisi quoad hoc, vt tamquam miles perfectus gaudeat priuilegijs militaribus: & ita loquitur text. in d. l. Filius familias, ff de milit. testam. & notat Accurs. in l. penult. ff. Ex quibus caus. maior. dicens ad hoc sex necessaria esse, & quarto loco commemorat vt ense cingatur; & tradit post alios Ripa in l. Centurio, n. 9. vers. Prima quia, ff. de vulg. & ita etiam intelligi debet statutum 31. de recep. fratr. quod non matriculati pro fratribus non ha-

64 beantur, idest priuilegijs non fruantur. Et ideò requisita glosę in d. l. penult. appellat Ceremonias Paris. de Put. supracitatus num. 6. nec hodie sunt prorsus in vsu, teste Afflict. ad Constit. Neapol. lib. 1. de illicit. port. armor. num. 29. vbi in specie asserit hanc solemnitatem cinguli tamquam inutilem, & accidentalem, vnam cum alijs esse sublatam, & sufficere vt miles vacet militiæ ad hoc vt gaudeat militum priuilegijs. Idemq; affirmant in d. l. Centurio, Alex. num. 23. & Ripa d. num. 9. Ideoque vt adnotauit Francisc. Mennen. de equestr. seu milit. Ordin. Symbol. in cap. de forma veteri, & noua creandi Equites, fol. 4. vers. Hic cingulo, cum prisco more in creatione militis solemnitas cinguli adhiberetur; ideò retenta eadem forma loquendi dicitur etiam hodie decorari cingulo qui miles

65 creatur, etiamsi ea solemnitas non seruetur. Quo factum est, vt cingulum translatiuè accipiatur pro insignijs cuiuslibet dignitatis, etiamsi ensis non applicetur, vt obseruat Petr. Gregor. Tholosan. in syntagm. iuris vniuers. cap. 30. num. 13. & patet ex cap. Ex antiquis, in princ. 54. distinct. vbi Clericus

66 dicitur cælestis militiæ cingulo præcingi; & tamen Clericus nec ense accingitur, nec calcaribus, cap.

67 Quicumque, il secondo, 23. q. 8. Et multoties in iure cingulum pro dignitate ipsa vsurpatur, vt l. 2. C. de metatis, & epidemicis eod lib. & l. fin. C. de Præposit. sacr. Cubicul. d. lib. 12. & not. glos. in Auth. Iusiurandum quod præstatur ab his, quę exponit verbum *cinguli*, idest dignitatis.

68 Nec applicatur simile de milite cælestis militię, quia in collatione Ordinum materia, & forma sunt de necessitate sacramẽti ex institutione Christi, vt dixi in cap. Cum contingat, nu. 3. de ætate, & qualit. Præterquamquod degradatio Clerici fit etiam per ablationem ornamentorum, quæ ad substantiam Ordinis non pertinent, vt in d. c. Degradatio, ibi, *vestimento, seu ornamento*, de pœn. lib 6. & ex his patet etiam solutio ad obiecta.

69 Sed quidquid sit in milite sæculari, certè in milite regulari, de quo nunc agimus, in iure de hac ceremonia cinguli, vt prædixi nu. 58. nil cautum reperitur; & in vniuersis Ordinibus regularibus substantia professionis consistit in tribus votis solemnibus Obedientiæ, Paupertatis, & Castitatis, cap. Cum ad monasterium, §. Nec æstimet, iuncta glos. vlt. & cap. Monachi, de statu Monachor. Clemen. 1. de Religios. domib. Concil. Trident. cap. 12 sess. 25. de Regular. Nauarr. cons. 12. eodem tit. Rota decis. 216. nu. 3. p. 2. diuers. Habitus verò suscep-

70 tio quamuis fiat simul, & contemporaneè cum actu professionis, & per manus eius, qui ad Religio-

ligionem acceptat, nihilominus quia accidentalis, & extrinseca est professioni, non est de substãtia monachatus; imò valet professio sine susceptione habitus Religionis, vt est casus in cap. Porrectum, & ibi Io. Andr. Butr. Cardin. & omnes supra, de regular. & in cap. Quia ingredientibus, de testam. vbi Abbatissa declaratur professa, quæ tamen nunquam induit habitum monialium.

Nec refragatur, quin potius suet Pontificale Romanum supracitatum nu. 12. nam verba illa, *in primis imponit ei habitum, deinde recipit professionem*, apertè ostendunt habitum esse quid præambulum ad professionem: è conuerso autem in hac ipsa Religione ex statuto secundo de receptione Fratrum miles primùm emittit professionem, deinde recipit pallium cum Cruce, qui est habitus professorum; & ita obseruatum fuit in nostro Equite, qui prius emisit tria vota substantialia, & postea habitum regularem suscepit, vt in instrumento suæ professionis; & consequenter habitus ad substantiam professionis pertinere non potest, vt patet ex dictis supra num. 38. & 62.

71 Ergo idem dicendum de cingulo; nam, aut volumus militiæ cingulum contineri appellatione habitus iuxta textum in l. Vestis, ff. de aur. & argent. legat. & sanè si habitus non est de substantia, vtique nec cingulum. Aut volumus cingulum esse quid diuersum ab habitu (quod verius videtur, vt patet ex statuto secundo de recept.fratrũ) & tunc longè minus potest censeri substantiale, cùm sit ceremonia magis remota, & extrinseca, quàm habitus regularis. Ideoque ex statuto secundo de recept.fratrum ornatus cinguli præcedere debet habitus susceptionem: & ita inter alias accidentales ceremonias professionis militaris in hac ipsa Religione Hierosolymitana recensetur ab Antonio Posseuino, quem refert Francisc. Menna in libello, cui titulus, Militarium Ordinum origines,
72 fol. 33. & in antiquo Pontificali Romano impositio spathæ, seu cinguli non præscribebatur præcisè, sed alternatiuè, vt patet ex illis verbis: *Tunc imponit ei Crucem, siue spatham, aut aliud signum, siue habitum, &c.* quod euidenter ostendit hanc ceremoniam semper fuisse accidentalem, quia alternatiua dispositio non dicitur præcisè alterum continere, §. Huic autem, Instit. de action. Decius in cap. Inter cæteras, in 3. notab. de rescript. & sicut habitus non est substantialis, vt ostensum est supra num. 70. ita nec spatha, cùm omnia ponantur sub eadem oratione, & verborum structura; ideoque æqualis debeat esse determinatio, l. Iam hoc iure, §. Sed si, & ibi Bart. nu. 1. ff. de vulgar. & pupillar. cũ simil. Hæc de iure communi.

73 Quod autẽ spectat ad statuta huius Religionis, similiter certum est essentiam professionis consistere in tribus votis substantialibus, vt satis liquet ex statuto secundo de regula: & quamuis tres sint gradus in ea profitentium, de quibus in præalleg. statut. 5. de recep. fratrum, omnes tamen vnica forma professionem emittunt, vt statuto primo de regul.

74 Tota igitur difficultas restringitur ad intellectũ dicti statuti secundi de recep. fratrum, in quo scribentes pro Equite potissimum se fundant, vt cingulum sit de substantia professionis, tum ponderando verba, *è necessario*, tum ponderando illud prius, & posterius, *prima che pigli l'habito*; ex quibus contendant formam substantialem fuisse inductam, vt in argumentis contrarijs supra à n. 25.

Sed pro solutione obseruandum est hanc rubricam, quod verba necessitatiua, & ordo datus per prius, & posterius inducant formam annullatiuam actus in contrarium gesti, recipere quatuor notabiles limitationes, quæ casui nostro apertissimè accommodantur.

Limitatur enim primò, vt non procedat quando eadem, vel alia iura dicunt actum valere: vt post Tancredum declarat Io. Andr. in cap. Ad Apostolicam, nu. 3. in verb. Obtinet, de regular. cum quo transeunt communiter DD. vt ibi attestatur Abb.
75 nu. 11. Hoc autem casu professionem ex omissione cinguli non esse nullam satis constat ex stat. 24. de recep. fratrum, quo cautum est, vt infra, videlicet: *Chi sarà riceuuto contro la forma degli statuti, se sarà Caualiero, sia ridotto a fra seruente; se sarà fra Capellano a frate d'obedienza; e se sarà fra seruente d'arme, si riduca a fra seruente d'offitio, e sia inhabile ad ogni amministratione di Commende, e beni dell'Ordine nostro.* Pœna enim hæc specia-
75 lis vtique tollit aliam pœnam annullatiuã actus, Bald in l. Non dubium, nu. 28. C. de legib. Cardin. in Clem. 1. n. 2. de rescrip. quod proculdubio locum habet hoc casu, in quo pœna specialis non se compatitur cum pœna nullitatis, vt ibi per Bald. nam si professus in gradu militis non seruata forma statutorum deijcitur non à Religione, sed ad gradum inferiorẽ, & redditur inhabilis ad Cõmẽdas: vtique necessariò supponitur validè professus; alioquin inepta esset inhabilitatio ad Commendas, quæ non dantur nisi militibus professis: nec talis posse cogi quacumque auctoritate ad permanendum in Religione in gradu inferiori; quia consensus liber est de intrinseca ratione voti, vt dixi in cap. Tuæ litteræ, n. 50. de Cleric. per salt. promot.

77 Nec refert quod huiusmodi staturũ fuerit cassatum, & abrogatum ab vltimis duobus Capitulis Generalibus anno 1612. & 1631. vt in ordinatione 8. de recep. fratr. Quoniam abrogatio, & correctio facta fuit quoad pœnam deiectionis ad gradum inferiorem, sed illius mens, quoad validitatem receptionis non fuit correcta: & adhuc durat, arg. l. Eas, ff. de cap. diminut. & notant. Io. Andr. & Gemin. in cap. 1. §. Illum autem, in fine de restitut. spoliat lib. 6. nam si ante annum 1612. quo prædicta ordinatio edita fuit, verba illa, *è necessario*, non importabant formam annullatiuam actus; & professio contra formam statutorum non erat irrita: vtique nec hodie irrita erit, cùm nullum statutum nouum reperiatur, quod hanc nullitatem induxerit, ad glos. in cap. Constitutionem, in verb. Prorogamus, in fin. de reg. lib. 6.

78 Præterea in statuto primo de receptione fratrũ, vbi præscribitur forma recipiendi nouitios ad professionem, vt patet ex rubrica, quæ inscribitur, *Come deuono essere riceuuti li fratelli della Religione Gerosolimitana alla professione*; nec verbum quidem reperitur de ornatu cinguli. Imo in statuto secundo de regula, vbi fit specialis mentio de gradu militari, substantialia regulæ dicuntur consistere in tribus votis Obedientiæ, Castitatis, & Paupertatis; sed de cingulo agitur tantummodo in statuto secundo de recep. fratrum, vbi tractatur de diuisione graduum, vt constat ex illius rubrica, *Della diuisione de gradi de fratelli dell'Ordine*
79 *nostro*. Quod est argumentum euidens hanc ceremoniam cinguli ad substantiam professionis nõ peri-

pertinere, sed ad ornatum, & distinctionem gra-
duum dumtaxat; aliuquin de illa agendum fuis-
set in statuto precedenti, qui est locus, vbi substā-
tialia professionis praescribuntur, arg. in 1. Consti-
tut. Codicis, §. Quibus, ibi, & congruis titulis sub-
dere; ea eò enim, quod aliqua materia ponitur
sub aliquo rubro, iudicatur esse illius naturae, cuius
est rubrum, glos. in cap. 1. in verb. Conseruatores in
princip. & in cap. Si super gratia, in verb. Principa-
lis, vers. Sed executor, de offic. delegat. lib. 6. Eue-
rard. in loco à rubro nu 4. vers. Tertio; & sic verba
illa, *è necessario*, sunt intelligenda de illa necessita-
te, quae requiritur ad distinguendum gradum mi-
litatem à gradibus Capellanorum, & seruientium,
non autem de necessitate requisita ad valorem
professionis.

80 Limitatur secundò: suprascripta theorica, vt
locum non habeat in professione, in qua propter
grauitatem materiae speciale est, vt lex, vel statutū
non censeatur tradere formam substantialem, nisi
adijciat decretum irritans, Abb. in cap. Porrectum
nu. 13. de regular. Syluest. in verb Religio, 3. qu. 1. &
18. in fin. Tabiena in eodem verb. q. 11. n. 12. Azor.
instit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 5. qu. 7. in fin. Sanchez
alios referens super decalog lib 3. cap. 3. n. 4. Quod
81 procedit etiamsi datus sit ordo per prius, & poste-
rius, vt in terminis est textus in cap. Ad Apostoli-
cam, de regular. vbi refertur antiquum praeceptum
negatiuum ne Monachus fiat ante vnius anni pro-
bationem; & ita est ibi prius, & posterius; & ta-
men professio facta in Ordinibus non Mendican-
tium infra annum probationis valida est: quia, vt
ibi dicitur, multa fieri prohibentur, quae facta te-
nent: licèt secus sit post Concilium Tridentinum,
quia cap. 15 sess. 25. de regul. habet clausulam de-
creti irritantis. Ad idem textus in cap. Si vir; &
82 vxor. 27. qu. 1. vbi praecipitur, vt si vir, & vxor pro
sola religiosa vita diuertere inter se consenserint;
nullatenus sine Episcopi consensu, hoc est licentia,
id fiat: & sic est etiam ibi prius, & Posterius, cùm
Episcopi licētia debeat ingressum Religionis prae-
cedere, & nihilominus si coniuges profiteantur
huiusmodi licentia non praemissa, tenet professio,
vt ibi firmat glos. in verb Consensu, Archid. num. 2.
Bellam. & Turrecrem nu. 1. & tamen tractus vtitur
dictione illa, *nullatenus* quae importat nullitatem
actus ipso iure, vt in Auth. Si qua mulier, iuncta
glos. in ver. Nullatenus, C. Ad Senatusconsult. Vel-
leian. Clem. vltim. cum glos. in verb. Nullatenus, de
sequestr. possess. & in Clem. 2. vbi glos. in eod. verb.
de aetat & qualit. Cardin. in cap. Super litteris nu. 5
in fin. & ibi etiam Andreas Siculus, n. 82. vers. Vim
etiam, de rescript. & habet vim decreti irritantis,
83 Felin. in cap. Ex litteris, nu. 7. in 5. casu, de Consti-
tut. Rotae decis. 24. num. 4. par. 2. diuers. Rursus ad
84 idem est Concilium Tridentinum in cap. 17. sess. 25
de regular. vbi statuitur per prius, & posterius, vt
puella professionem non emittat, antequam Epi-
scopus explorauerit eius voluntatem; & tamen
professio facta non praemissa huiusmodi explora-
tione valida est, vt per Menoch. cons. 396. num. vlt.
vol. 4. & aliàs censuit Sacra Congregatio eiusdem
85 Concilij interpres. Item quamuis in aliquibus
Religionibus adsint statuta, vt nullus admittatur
ad professionem, qui saltem decimum octauum
aetatis suae annum non attigerit, vel vigesimum
non expleuerit, vt Ordinibus Minimorum, & San-
ctissimae Trinitatis Redemptionis Captiuorum:
tamen si quis statim profiteatur in praedictis Reli-
gionibus anno decimosexto expleto, professio ex
hoc capite non est inualida, vt tenent complures
ex modernis, arg. d. cap. Ad Apostolicam, de regu-
lar. & similiter declarauit Sacra Congregatio
Concilij.

86 Limitatur tertiò, Doctrina Baldi, quod praepo-
steratio ordinis vitiet actum, vt procedat tantum
in formalibus, & in his, quae sunt de substantia, vt
cap. Cum dilecta, de rescript. l. Prolatam, & ibi
Bart. nu. 4 C. de sentent. l. Vt debitum. C de haere-
ditat. act. l. 2. §. Si prius, ff. de vulgar. & pupillar.
Paul. de Castro cons. 321. Visis actis nu. 3. vers. Nam
praeposteratio, in his, quae sunt de substantia, vitiat.
lib. 1. Matant. in prooem. prax. nu 5. exemplum in
cap. Quia propter, supra de elect. Primò enim eli-
gendi sunt scrutatores, qui deinde scrutari debent
vota singulorum, mox vota in communi sunt pu-
blicanda, tandem sequi debet communis electio;
& hi actus omnes sunt substantiales: vnde si fiat
praeposteratio, electio non tenet, vt ibi firmant
glos. in verb. Sanior, Host. n. 44. vers. Decimum octa-
uum, Abb. nu. 16. eod. vers. & nullus discrepat. At
verò in alijs actibus, qui ex sui natura substantia-
les non sunt, vt de ornatu cinguli probatum est
supra, praeposteratio non vitiat, quia si totalis il-
lorum omissio actu non obest, longè minus prae-
posteratio, vt benè per Paul. de Castr. cons. 232. In
causa, quae vertitur, col. 1. post medium, vers. Non
obstat praedictis, & col. 2. lib. 1.

87 Limitatur deinceps theorica suprascripta, vt
non procedat quando statuentes, vbi volunt actū
esse irritum, ex stylo apponunt decretum irritans:
tunc enim nō intelligitur data forma vbi hoc de-
88 cretum non reperitur, etiamsi verba ex sui natu-
ra sint apta formam inducere, quia stylus huius-
modi maximè est attendendus ad intelligentiam
statutorum. Alex. cons. 116. nu. 7. lib. 6. latè Felin.
in cap. 2. col 1 de fide instr. extat hac de re insigne
89 exemplum in Constitutione Gregorij XV. de Ro-
mani Pontificis electione; nam in §. Matura ita-
que, statuitur electionem fieri aliter non posse,
quàm in conclaui, & eo clauso, ac post celebratum
prima die Sacrosanctum Missae solitum sacrificiū,
& sic non modo est ibi datus ordo per prius, &
posterius; sed etiam nec illa verba fieri aliter non
posse, quae ex sui natura formam substantialem
inducunt, vt tradit Felin. in dicto cap. Cum dilecta
nu 6. vers Septimum signum, vbi in dispositione
dicitur, aliter fieri non possit, ibi est data forma,
de rescript. Decius cons. 528. nu. 11. Paris. cons. 19.
n. 20. lib. 2. & tamen quia forma substantialis per-
stringitur cum decreto irritante infra in §. Quod si
electio, vbi de Missa nulla fit mentio: certum est
Missae sacrificium ad formam electionis non perti-
90 nere. Hoc autem casu ibi statuentes voluerunt
actum esse nullum, explicitè apposuerunt decre-
tum irritū, vt constat ex statuto 22. & 57. de prohi-
bit. & poen & ex statut. 5 6. 7. 11. 12. & 14. de con-
tract. & alien. & ex statut. 19. & 70. de commun.
aetat. & in materia professionis ex statuto 8. de re-
ception. fratr. vbi prohibetur dispensatio cum de-
scendentibus à Iudaeis, Saracenis, & Mahometa-
nis in receptione ad habitum, & professionem, &
apponitur clausula decreti. Item ex ordinatione
8. eod. tit. vbi statuitur, vt omnes teneantur annū
nouitiatus peragere in conuentu, ibique habitum
suscipere, & professionem emittere; & similiter

adijci-

adijcitur decretum irritans: vnde si in alijs casi-
bus voluissent professionem esse irritam, eodem
modo id expressissent, quod cùm non fecerint in
d. statuto 2 de reception. fratrum; sed simpliciter
dixerint, *è necessario, che sia ornato del cingolo del-
la militia:* vtique censentur noluisse, cap. Inter cor-
poralia, post medium, vers. Vnde si circa, supra
91 de translat. Episcop. cum similibus. Quinimo
quod magis est, ex stylo statutorum huius Ordi-
nis verba, *è necessario*, sine decreto irritanti, non
inducere nullitatem actus, constat manifestè ex
statuto 17. de recept. fratr. vbi sic legitur. *E ne-
cessario, che si proui autenticamente esser nato di Pa-
dri tali, che di nome, e d'armi siano nobili:* & tamen
quia transgressio huius statuti tunc temporis non
viriabat professionem, fuit facta ordinatio prima
eod. tit. in qua explicitè appositum fuit decretum
irritans, de quo dubitari non potest, quin referatur
ad probationes nobilitatis, cùm sit positum im-
mediatè post illa verba, *Factis, & exhibitis proba-
tionibus nobilitatis, & legitimitatis respectiuè bo-
nis, & validis*. Et clausula decreti in fine posita
referri debeat ad omnia præcedentia, vt firmauit
Rota in Toletana professionis coram bon. mem.
Card. Pamphilio seniore apud Garziam de bene-
ficijs, par. 5. cap. 2. nu. 330. post medium, vers. Præ-
92 sertim stante decreto: & præcipuè ad proxima
. Si idem cum eodem, in fin. & ibi glos. vltim. ff. de
iurisdict. omn. iudic.

Ex quibus satis, superque constat ornatum cin-
guli ex præscripto dicti Statuti secundi de recept.
fratr. non esse de substantia professionis.

93 Nec releuat obiectum, quod Cardinalis Dele-
gatus cũ clausula, *seruatis seruandis*, nulliter pro-
cesserit non præmissa cinguli solemnitate, ex glos-
sa, & alijs supra citatis, num. 42. Nam respondetur
primò clausulam seruatis seruãdis non referri nisi
ad substantialia, Menoch. cons. 180. nu. 13. Conrad.
in prax. de sponsal. lib. 7. cap. 7. num. 17. vbi quod si
94 Papa committat dispensationem seruatis seruan-
dis, omissio denunciationum non vitiat, quia non
sunt de substantia matrimonij: & alia exempla
his similia recenset Castro Palao de legib. penes
tract. 3. disput. 2. pun. 9. num. 3. fol. 183. part. 1. Oper.
95 Moral. Rursus cum Breue non sit directum Car-
dinali, sed ipsimet parti impetranti, non requiri-
tur verificatio iudicialis, nec executor efficitur
mixtus, sed merus, vt in decis. 302. num. 17. part. 8.
96 recent. Præsertim in litteris gratiæ, in quibus clau-
sulæ aptæ de sui natura importare executorem
mixtum, nihil operatur, nisi adsit clausula vocatis
vocandis. Rota in Romana Primogenituræ 29.
Maij 1634.

97 Tandem, & fortè melius respondetur, tunc de-
mum delegatum non seruata forma mandati nul-
liter procedere, si conditiones, & modificationes
adiectæ in commissione sint præter ius; Puta Pro-
uideas R. in tali Ecclesia si de tali Vico sit oriun-
dus: & in hoc casu intelligi debent gloss. & DD.
98 in contrarium citati. Secus verò si conditiones
huiusmodi de iure insint, puta si sit idoneus, vel
seruatis seruandis: quia tunc non est intentio cõ-
mittentis nouam formam inducere, sed tantùm
admonere, vt seruentur ea, quæ de iure, vel statuto
seruari debent: quare ijs non seruatis non irrita-
tur actus, qui alias validus esset. Ad quod est op-
tima glos. in Clemen. 1. in verb. Reperetint, de
offic. Delegat. quæ dicit, clausulam seruatis seruan-
dis, & alias consimiles non sonare in conditionẽ,
sed in monitionem, nec dare nouam formam
mandato; sed tantùm instruere executorem; quã
glos. sequuntur ibi Cardin. q. 13. Imol. nu. 20 & 21.
Vital. num. 36. & concordant Innocent. in c. Pru-
dentiam, num. 9. vers. Et si contrarium, de off. De-
legat. & in cap. vltim. de præsumption. & Archid.
in c. Dudum, vers. In prima glos. 18. q. 2.

99 Quod demum spectat ad ordinationem pri-
mam de recept. fratr. constat euidenter in ea
nullum fundamentum fieri posse pro inualiditate
professionis ex omissione cinguli, quia tantùm præ-
cipit, ne quis alio quocumque modo, seu deno-
minatione admittatur nisi in tribus gradibus mi-
litum, Capellanorũ, & seruientium; & quoad hoc
apponit decretum irritans. Vnde verba illa, *quo-
cumque modo*, non qualificant nisi modum rece-
ptionis extra memoratos gradus, extra quos or-
dinatio voluit receptionem esse nullam, quocum-
que modo, gradu, vel denominatione fiat. Hoc
autem casu nouitius non fuit admissus extra illos
tres grados, sed fuit receptus in gradu militum,
vt patet ex instrumento professionis. Nec releuat
obiectum, quod ordinatio se referat ad statutum
secundum de reception. fratr. in quo primò distin-
guuntur gradus, in quibus fratres sunt recipiendi,
deinde ponitur solemnitas cinguli: nam respon-
detur hanc relationem fieri tantummodo quoad
primam partem statuti de distinct. grad. sed non
quoad secundam de solemnitat. cinguli: quod
patet manifestè, quia ordinatio non præcipit, vt
receptio ad habitum fiat in tribus gradibus iuxta
statutum 2. 29. & 30. Sed dicit *nullus recipia-
tur, nisi in tribus distinctis gradibus declaratis in
stat. 2. 29. & 30.* & sic relationem habet ad sola
declarationem, & distinctionem graduum non
autem ad modum receptionis, quia non emana-
uit ad præscribendam receptionis solemnitatem,
sed ad determinandos gradus, vt patet ex rubrica;
itaut receptio in alijs gradibus, quàm præscriptis
in tribus memoratis statutis quocumque modo
fuerit facta, possit semper vt nulla impugnari, quod
ob eam rationem ordinatum fuit, quia cùm fra-
tres Commendatarij prætextu seruitij nonnum-
quam reciperent in suis Commendis fratres sub
alio gradu, & denominatione, quàm expressis in
eodem statuto secundo, emanarunt prædicta sta-
tuta 29. & 30. quibus prohibentur alios fratres re-
cipere in suis Commendis, quàm sub denomina-
tione Capellanorum, & seruientium. Sed quia
statuta huiusmodi negligebantur, propterea edita
fuit prædicta ordinatio cum decreto irritanti, ad
hoc vt aliter recepti quocumque tempore possent
à Religione expelli.

100 Non obstat fides Vicecancellarij; quoniam re-
gistratio non tendit ad finem approbandi, vel re-
probandi professionem, sed ad hoc, vt currat An-
tianitas. Nec Vicecancellarius negauit describe-
re in album Religionis professionem, de qua agi-
tur, ex eo quod esset nulla; sed quia in ea emit-
tenda non fuit seruatus mos, & ritus, seu ceremo-
nia cinguli; vnde non sequitur; Professio non fuit
registrata: Ergo Vicecancellarius declarauit eam
fuisse inualidam, sed tantùm sequitur, vt senserit
in ea emittenda non fuisse obseruatum ritum à
Religione præscriptum. Præterea quatenus hoc
declarasset, eius declaratio fuisset erronea, cùm ex
iam dictis liqueat professionẽ ex hoc defectu cin-

101 guli non esse irritam. Demum esto irrita esset, tamen non spectabat ad Vicecancellarium hoc declarare; quinimo nec ad solum Magnum Magistrum cum Conuentu, quia ex decreto Concilij Tridentini cap. 19. sess. 25. de Regular. Causæ nullitatis professionis sunt deducendæ coram Superiore Regulari, & Ordinario. Et hæc forma seruanda est non tantùm cum professus allegat nullitatem suæ professionis, sed etiam cùm Religio vult eum eijcere tanquam inualidè professum, vt meo tempore declarauit S. Congregatio.

102 Constat ex prædictis nec ius commune, nec statuta Ordinis, nec ordinationes Capitulares ob cingulum non susceptum, fuisse irritam hoc casu professionem expressam, pro cuius etiam validitate in dubio est iudicandum, l. Sunt personæ, ff. de Religios. & sumpt. funer. & tradūt Barbat. cons. 59. num. 12. post med. vol. 2. Nauarr. cons. 13. nu. 10. de Regular. Suarez tom. 3. de Religion. lib. 1. c. 1. nu. 6. Sanchez de matrimonio lib. 7. disputat. 37. nu. 12. in fin. Seraphin. decis. 1361. num. 7. Rota in Romana Professionis 23. Iunij 1613. coram Remboldo.

103 Quo verò ad professionem tacitam constanter supponendum est ex sententia S. Congregationis Concilij eam habere locum etiam in Religione Hierosolymitana, quicquid contra scripserit Peregrin. cons. 116. num. 4. & seqq. lib. 5. Nam proposito dubio an sit locus tacitæ professioni inter milites Religionis Hierosolymitanæ degentes extra conuentum Hospitalis Meliten. Respondit indistinctè esse locum tacitæ professioni, iuxta iuris dispositionem, & comprehendi cap. 19. sess. 25. de Regular.

104 Non obscurè autem inducta videtur in casu præsenti, quia Eques, vt ipsemet fatetur in positionibus, suscepit, ac detulit per aliquot menses Crucem albam in pallio, qui in Religione Hierosolymitana est habitus patenter distinctus ab habitu Nouitiorum, vt patet in statut. 1. & 3. de recept. fratrum: ex instrumento professionis exhibito, & ex depositionibus testium. Ex susceptione autem
105 habitus huiusmodi post nouitiarum completum inducitur tacita professio, etiam absque exercitio actuum professorum cap. 1. ibi, *vel habitum Religionis suscipiat, qui dari profitentibus consueuit*, de Regular. lib. 6 & cap. Constitutionem, ibi, *Tacitè verò facta per susceptionem habitus, qui profitentibus tantùm datur*, eod. tit. & lib. Quod enim dicitur, habitus non facit Monachum, vt in cap. Porrectum, de Regularibus, cum concord. Locum habet in habitu probationis dumtaxat, nō autem in habitu professionis: qui illicò Monachum facit, & solemnizat votum, vt notant in cap. Statuimus, de Regular glos. 1. Abb. Antiq. in verb. Nouitios, Hostien. num. 1. in verb. Religionis, & num. 2. in ver. Consueuit, & Butr. nu 6. Archidiac. in cap. Beneficium, num. 1. eod. tit. lib. 6. & meo tempore sæpius censuit S. Congregatio Concilij, prout etiā decisum refert Riccius decis. 206. num. 1. Nec refert, quod testes deponentes in Ordine Hierosolymitano Crucem albam in pallio esse habitum professorum, & à solis professis gestari solitum, immediatè subijciant, *si bene alle volte alcuno si piglia gusto di portarla benche non sia professo*; quoniam hæc verba sonant potius in abusum. Nec
106 prædictus Eques censeri potest Crucem albam detulisse ad voluptatem, sed potius vt se gereret pro professo, cum eam solemniter susceperit in actu professionis: nam à primordio tituli posterior formatur euentus, l. vnica, C. de impon. lucr. descript. lib. 10. & actus in dubio censetur factus in executionem obligationis præcedentis, l. 4. §. Si ab ignoto, ff. de manumiss. cum simil. vt plenè per Alex. cons. 40. n. 9 lib. 3 & Menoch. lib. 3. præsumpt. 49. num. 4. & ea causa necessaria potius, quàm voluntaria, vt l. fin. cum ibi not. per Bart. ff. de alim. pupill. præstan. & per Abb. cons. 116. in fin. lib. 5.
107 Porrò tacitę professioni est locus, etiamsi præcessisset expressa professio nulla, & non obstāte ignorantia nullitatis professionis, vt ex sententia Sacræ Congregationis Concilij, quam probauit Sanctissimus, & sequuta est Rota in causa Meten. professionis coram Carillo, scripsi latissimè in cap. Significatum, à num. 1. vsque ad nu. 49. de Regul. quod locum habet etiam in milite sancti Ioannis Hierosolymitani, qui ignorauit suam professionem expressam de iure fuisse irritam, vt probaui in cap. Ex parte, à num. 4. vsque in fin. eod. tit. adeout propterea nō sit habenda ratio decisionis Vlixbonen. Professionis superiùs relatæ num. 56. quia articulum non examinat, nec prædictatum decisionum vllam facit mentionem.

108 Sed præter habitum professorum concurrunt hoc casu plures actus solis professis conuenientes, ex quibus proculdubio resultat tacita professio cap. Vidua, & ibi omnes de Regular.

109 Primus actus est, quia se nuncupauit fratrem, prout etiam Religio ipsa eum nominauit in libris publicis; & ita huiusmodi actus fuit reciprocus, tam ex parte professi, quàm ex parte Religionis: hic autem titulus, & nuncupatio in hac Religione non conuenit nisi professis, cum Nouitij non fratres, sed nobiles appellentur, vt constat ex statuto 2. de verb. signif. & deponunt testes, & ex hac denominatione fratris aliàs deducta fuit tacita professio in præcitata decisione 306. & in Meleuitana Antianitatis apud Duran. in impress. dec. 462. n. 18. in fin.

Secundus est actus, quia vocatus ad insulam Melitæ à Magno Magistro sub nomine fratris, & tāquam contumax inquisitus, supplicauit sub eadem nuncupatione fratris pro absolutione, eamq; obtinuit: qui quidem tractatus cum denominatione ad tacitam professionem inducendam fortior est, quàm simplex denominatio, argum. l. Non epistolis, & l. Non nudis, C. de probationi. dixi in c. Lator. supra, qui filij sint legitimi.

110 Tertius actus, quia bis obtinuit licentiam à Superiore Regulari comparendi in iudicio, qua non indigent Nouitij, cùm non sint propriè Religiosi, cap. Religiosi, §. Quamuis, de sent. excomm. lib. 6. cap. 1. & ibi Gemin. & Franc. in 2. notab. de Regul. eod. lib. & tenent Placha de delictis cap. 42. in fin. Farinac. plures cumulans, in pract. crimin. tom. 1. de accus. qu. 13. num. 23. & Thom. Sanchez dicens neminem contradicere, super Decalog. lib. 6. c. 12. num. 34. & hic quoque actus, sicut, & præcedens, inter profitentem, & Religionem fuit reciprocus. Vigore autem huius licentiæ bis comparauit in iudicio, duasque fecit instantias, asserens se solemniter professum, & obtinuit, vt sibi à fratre germano, soluerentur decem millia scutorum, quę non erant ei debita non secuta professione, secundum ea, quæ scripsi in cap. Statuimus, num. 59. & seqq. supra de Regular. Dantur & alij actus, quos in lectura omittere consultius duximus.

Sed

111 . Sed obijcitur: Professio tacita induci non potest
nisi prius annus probationis fuerit completus, vt
est tex.in cap.1.ibi [Nisi eo completo professionẽ
faciat, in sequenti, vel habitum suscipiat qui dari
confitentibus consueuit] de regular.lib.6.vbi glos.
in verb. Vel dicit, repete eo completo, & sepius
censuit Sacra Congregatio Concilij. Hoc autem
112 casu quamuis nouitius expleuerit in conoeotu an-
num probationis, tamen postea discessit cum li-
centia Magni Magistri sub conditione ad conuen-
tum redeundi infra biennium ad sui nouitiatus
annum peragendum, habitum Ordinis suscipien-
dum, regularemque professionem seruatis seruan-
dis emittendam sub pœna suam amittendi antia-
nitatem ipso facto incurrenda. Quem quidem
annum postea nullatenus peregit, sed post octo
menses iterum abijt, & Romæ infra duos menses
professionem emisit: quare professio ex hoc capi-
113 te videtur nulla, quia annus probationis ad validè
profitendum exigitur etiam in Religione Hiero-
solymitana ex statut.18. de recept. fratr. & decla-
rauit S.Congregatio Concilij, licèt olim aliud cen-
suisset, cum illius stabilimenta nondum vidisset; &
ita etiam decisum referunt Flamin. Paris. de resi-
gnation.benefic.lib 1.nu 120.& Stephan. Gratian.
discept.foren.163.nu.57.exceptis Bohemis, quibus
114 indultum est, vt non teneantur esse in probatione
nisi per sex menses, vt ordinat.39.de recept. fratr.
in nouis, & 36.in antiquis: nec sufficit vt nouitia-
115 tus fuerit expletus per annum continuum, sed cõ-
tinuari debet vsque ad professionem, adeout si
nouitius completo anno egrediatur, & iterum re-
deat, profiteri nequeat, sed denuo teneatur noui-
tiatum inchoare, & proficere, secundum opinionẽ
Suarez de Religion.tom.3.lib.5.cap.15. à nu.8. cui
adhærent Barthol.de Vecch. in praxi de admitten.
nouit. disputat.11. dub.3. & Castro Palao tom.3.
tract.16.disput.12.§.2.nu.11.quod clarius videtur
procedere hoc casu, in quo nouitius per visum me-
moratæ licentiæ videtur se tacitè adstrinxisse ad
nouum annum nouitiatus.
116 Verum huic obiectioni respondetur in oppositũ
esse doctrinam glossæ primæ circa finem in c. Eum
qui, de regul.iuris lib.6.vti ex illa regula, quæ di-
cit eum, qui certus est certiorari amplius non
oportet. Sumit argumentum ad quæstionem, An
is, qui ingressus Religionem in fine anni exiuit, si
iterum eandem Religionem ingrediatur, debeat
habere alium annum, & resoluit negatiuè per il-
lam regulam, nisi conditio personæ, vel Religionis
mutata esset: & subdit hoc tenere Bartholomæum
Brixiensem in quæstionibus venerabilibus in quę-
stione 68 quæ incipit, Aliquis intrauit monasteriũ;
& in fortioribus terminis Speculat.in tit. de stat.
Monach.§ Qualiter concipiet libellum q.35.n.43.
vbi hoc ipsum firmat idem Io. Andr. in addit. in
ver Exiuit, & sequuntur Lapus alleg.47. nu.2.& 3.
S.Anton.in 3.par.tit.16. cap.3.§.2. Syluest. in verb.
Religio,5.qu.4.dicens hanc sententiam esse indu-
bitatam: quam etiam probauit Sacra Congrega-
tio Concilij non mederi nouitio, qui à Religione
exiuit de licentia Superioris, vt in subiecta decla-
ratione.
Dubitatur an is, qui habitu regulari suscepto
annum integrum mansit in Religione, eoque lapso
graui morbo correptus, & propterea professione
nequaquam emissa, permissu Superiorum ad sæ-
culum redijt, possit inde ad triennium morbo li-
beratus, & ad monasteriũ reuersus protinus emit-
tere professionem, vel potius per alium annum sta-
re in probatione teneatur: die 27.Februar. 1597.
Sacra Congregatio censuit posse statim emittere
professionem, non expectato alio probationis an-
no, nisi Religionis, aut personæ conditio sit im-
mutata; idque Superiores Religionis animaduer-
tere diligenter debere.
117 Sed etiam in eo, qui exiuit sine licentia: nam
proposito dubio, An nouitia, quæ finito anno pro-
bationis exiuit è monasterio absque licentia Or-
dinarij, iterum reuersa, possit sine noua probatio-
ne ad professionem emittendam admitti. Die 12.
Februarij 1598. Sacra Congregatio censuit posse,
nisi conditio Religionis, aut personæ sit immuta-
ta, idque à Superioribus monasterij diligenter es-
se dispiciendum.
118 Nec prædictis obest licentia obtenta sub con-
ditione peragendi nouitiatum, quia in ea non fuit
apposita pœna nullitatis professionis, sed amissio-
nis antianitatis, quæ quidem pœna specialis tollit
pœnam nullitatis à iure inductam, vt ex Bald. &
Cardin.dixi supra nu.76.quæ conclusio absque du-
119 bio procedit vbi specialis pœna non se compatitur
cum nullitate actus, vt ibi dixi: & ita contigit hoc
casu, quia pœna amissionis antianitatis necessariò
supponit nouitium posse validè profiteri: quam-
quam enim in hac Religione antianitas curtat à
die soluti Passagij, Gregor.XV.decis.341. & decis.
120 499.nu.2. ea tamen Equites sui nequeunt nisi à
die emissæ professionis, vt fuit dictum in Meleui-
tana antianitatis 24.Martij 1634.coram Vrgellen.
in eius impres. decis.439. nu. 2. & 5. vers. Nec re-
leuat.
121 Quibus accedit quod Superiores Regulares nõ
possint arctare nouitium, qui annum probationis
expleuit, ad alium annum ex integro repetendum
non modo reluctante nouitio; id enim per quam
durum esset, arg cap. Ad Apostolicam, de regular.
sed etiam ipso consentiente, quia obstat Conciliũ
Tridentinum cap.16. sess. 25. de regular. ibi, Fini-
to tempore nouitiatus, Superiores, nouitios, quos
habiles inuenerint, ad profitendum admittant, aut
è monasterio eos eijciant: & in hac ipsa Religio-
ne Hierosolymitana in ordinatione facta anno
1642. decretum fuit, vt nouitij, qui post expletum
probationis annum ascendunt, teneantur facere
de nouo medium annum nouitiatus, cùm tamen
olim in ordinatione 37. in nouis, & 34.in antiquis
de recept.fratr. tenerentur anno probationis pera-
cto infra mensem profiteri sub pœna amittendi
antianitatem. Quinimo propter decretum Con-
122 cilij in d.cap.16.vers.Finito, Superiores Regulares
non modo nequeunt arctare nouitios ad nouum
nouitiatus annum, sed nec possunt tempus proba-
tionis prorogare vltra annum, nisi ex iusta causa,
& ad breue tempus, vt ex sententia Sacræ Con-
gregationis adnotaui in cap. Ad Apostolicam, à
n.8. vsque ad n.15.de regul. Ac præterea quatenus
123 potuisset Magnus Magister iniungere nouũ annum
probationis, non tamen id potuisset sub pœna
nullitatis professionis etiam consentiente nouitio,
vt clarè deducitur ex subiecta declaratione quic-
quid contra scripserit Nauarr.conf.87. de regular.
In Congregatione Minimorum extabat statu-
tum, quod originem ducentes à Iudæis, vel Sara-
cenis ad Religionem non recipiantur, & si qui re-
cipiendi fuerint, quorum progenies ignoratur, ad-

mittantur cum protestatione, quod si postea comperiatur eos à Iudæis, vel Saracenis originem duxisse, eorum professio sit nulla. Quæsitum fuit, An originem trahentes à Iudæis admissi ad Religionem cum illa protestatione sint legitimè professi, vel secus; Sanctissimus respondit habendus esse pro professis, nec eijci debere, cum hactenus nemo fuerit eiectus.

124 Quæ tamen ex abundanti dicta sint, quia hoc casu Magnus Magister non imposuit pœnam nullitatis, sed amissionis antianitatis, vt prædixi, & sic annus in memorata licentia iniunctus non fuit legalis, idest à Iure, & à Concilio Tridentino requisitus, sed magis conuentionalis, qui propterea quatenus à Magno Magistro iniungi potuerit ex conuentione ipsa legem accepit, arg. cap. contractus, de regul. iuris lib. 6.

125 Præterquam quod formula eiusdem licentiæ est pro nouitijs abscedentibus infra annum probationis, nec congruebat prædicto Equiti, quia cùm annum nouitiatus iam compleuisset, impossibile erat eum obligare ad illum complendum, vt sonant verba licentiæ: nam peragere idê est quod complere, seu perficere, & ad exitum perducere, l. Qui Procuratorem, cum glos. in verb. Peragere, ff. de procurator. l. Filius, ff. de inoffic. testam. l. Ab accusatore, §. destitisse, ff. ad Senatus Consult. Turpillian. & l. 2 ff. de Adulter. Brisson. de verbor. signification. verb. Peragere, il secondo, Rebuff. in l. 3. col. 2. vers. Peragenda, ff. de verb. signific.

De Pœnit. & Remiss.

Cap. Quæsitum.

S V M M A R I V M.

1 *Sacerdotes Græci procurantes, vel studiosè negligentes oppressionem filiorum suorum deponuntur, & si est publicum, publicè puniuntur.*
2 *Pœnitentia solemnis imponitur si delictũ est graue, & scandalizans totam vrbem.*
3 *Pœnitentia publica imponitur si delictum sit graue, & publicum, non tamen generans scandalum.*
Sed contra, num. 4.
Declaratur, num. 5.
4 *Pœnitentia publica finis est scandalum submouere; & ideo imponitur laico etiam pro leuibus delictis, vt vitetur scandalum.*
6 *Negligentia affectata æquiparatur scientiæ, ac dolo etiam in foro pœnitentiali.*
7 *Matrimonium contractum coram Parocho per vim adhibito, qui affectauit non intelligere, validum est.*
8 *Ignorantia eorum affectata est, qui potuerunt certiorari, & noluerunt.*
9 *Irregularitas contrahitur ex lata culpa ad homicidium commissa, quantumcumque crimen sit occultum.*
10 *Idem si culpa sit leuis; secus si leuissima.*
11 *Pœnitentia publica pro delicto publico an Clerico sit imponenda, & num. seq. vsque in fin.*
12 *Pœnitentia solemnis non imponitur Clerico nisi deposito, & num. 13.*
13 *Clericus depositus sine spe restitutionis publicam, vel solemnem potest agere pœnitentiam;*
14 *Sed dum habetur spes restitutionis, nec publicè, neque solemniter pœnitebit.*
15 *De pœnitentia publica, & solemni idem est iudicium.*
16 *Pœnitentia publica an ex stylo Sacræ Pœnitentiariæ imponatur Clerico, qui Presbyterum interfecit.*
17 *Clericus presbytericida est irregularis, & perpetuò deponendus, & num. seq.*
19 *Depositio est ab Altaris ministerio perpetua remotio.*

1 QVAESITVM. Sacerdotes Græci procurantes, vel studiosè negligentes oppressionem filiorum suorum deponuntur; & si est publicum, publicè puniuntur. Hoc dicit, secundum Io. Andr. Butr. Cardin. Anch. & alios communiter. Vel sic, & melius vt faciat ad ritulum, secundum Abb. & Mar. Socin. Sacerdoti Græco procuranti, vel studiosè negligenti oppressionem filiorum non imponitur pœnitentia publica, sed debet abstinere ab altaris officio, & aliter in secreto agere pœnitentiam: sed si delictum est publicum, debet publicè agere pœnitentiam. Hoc dicit. Primò quæstio. Secundò responsio ibi, *Huic*.

2 Nota primò secundum Abbatem hic in primo notab. argumentum quod pœnitentia publica iniungi non debet pro delicto oppressionis filiorum: nam ipsi Sacerdotes Græci postulabant eam sibi imponi, vt in littera, quasi de iure non esset imponenda. Concludit tamen ipse Abb. sub distinctione: nam aut delictum est graue, & scandalizans totam vrbem, castrum, vel villam, & tunc laico imponitur pœnitentia publica, & solemnis, vt in cap. In capite quadragesimæ, 50. dist. cap. final. 26. qu. 6. Aut est graue, non tamen generans scandalum; & tunc aut est occultum, & non imponitur pœnitentia solemnis, neque publica, vt d. cap. In capite. Aut est publicum, sed non scandalosum; & tunc imponitur pœnitentia publica, sed non solemnis, vt d. cap. final. iuncto cap. 1. supra eodem.

3

4 Tu aduerte ad vltimum membrum distinctionis Abbatis: nam pœnitentia publica imponitur pro delicto publico etiam scandaloso, quia illius finis est scandalum submouere, adeo vt propterea imponatur laico etiam pro delictis leuibus, vt vitetur scandalum, cap. Si quis presbyter, de purgat. Canon. & notat glos. in cap. 1. supra eod. cum qua concordant ibi Host. n. 1. Io. Andr. n. 2. & communiter Doctores, licèt Clerico non imponatur nisi deposito, & pro delicto graui, vt dicunt Host. in summa de pœnit. & remiss. §. Vtrum, vers. Publica verò pœnitentia, & Henric. Boich. in d. cap. 1. nu. 4. vnde seu delictum sit graue, seu leue, indistinctè supponitur scandalosum; & ipsemet Abb. in cap. De his, n. 3. in fin. de accusat. dixit pœnitentiam publicam imponi ad sedandum scandalum, per textum in d. cap. fin. 26. qu. 6. & idem prius notauerat Archidiaconus in cap. Confirmandum, in princ. vers. In glos. 50. distinct. Quod etiam dilucidè apparet ex Decreto Concilij Tridentini c. 8. sess. 24 in illis verbis [Quando igitur ab aliquo publicè, & in multorum conspectu crimen commissum fuerit, vnde alios scandalo offensos, commotosq; fuisse non sit dubitandum, huic condignam pro

modo

modo culpæ pœnitentiam publicè iniungi oportet, vt quos exemplo suo ad malos mores prouocault, suæ emendationis testimonio ad rectam reuocet vitam] Hæc ibi. facit tex. in cap. Ego Berengarius, in fin. de consecrat. dist. 2 ibi [Vt Ecclesiæ, quæ prius doluerant de auerso, atque peruerso, postea gauderent de reuerso, atque conuerso] Adde vix posse contingere, vt crimen aliquod sit graue, & publicum, & nō sit scandalosum; ad quod est textus optimus in cap. De his verò, 50. distinct. & in Clem. 1. iuncta gloss. in ver. Scandalum, de of-
5 fic. Ordinar. Sed saluando dictum Abbatis sic posset distingui: Aut delictum est adeo graue, & scandalosum, vt commoneat totam ciuitatem, & imponitur pœnitentia solemnis: aut est quidem scādalosum, sed non ita, vt totam ciuitatem commoueat, & imponitur pœnitentia publica.
6 Secundò nota ibi, *vel studiosè negligentibus*: affectatam negligentiam æquiparari scientiæ, ac dolo etiam in foro pœnitentiali, prout ex hac littera deducit Anton. de Butr. in 1. notab. vnde dicit lex: Dissoluta negligentia prope dolum est, l. Fideiussori, primo resp. ff. Mandat. ad idem cap. Sæpè, 50 dist. Item dissoluta negligentia habetur pro conscientia, l. Cum lex, ff. Aedilit. edicto, quatis est ignorantia Iudæorum, qui noluut intelligere vt benè agant, §. vlt. prima, q. 4. glos. hic in ver.
7 Negligētibus, Host. in princ. & n. 2. Hinc Sacra Cōgregatio Concilij aliàs respondit validum esse matrimonium contractum coram Parocho etiam inuito, & per vim adhibito, quamquam nihil eorum, quæ agebantur vidit, & intellexit, si affecta-
8 uit non intelligere. Vt in Parocho, qui obturauit aures suas, ne audiret; quippe affectatæ sunt eorum ignorantiæ, qui potuerunt certiorari, sed noluerunt, cap. Cum inhibitio, §. Si quis verò, de clādestin. desponsat. §. final. & cap. seq. 37. distinct. Host. hic nu. 2.
9 Tertiò. Nota ibi, *ab officio altaris debent perpetuò abstinere*: textum expressum, quod irregularitas incurritur ex lata culpa ad homicidium commissa quantumcumque crimen sit occultum, Host. hic num. 1. & 2. in fin. dicens latam culpam reddere hominem homicidam, secundum Canones, vt hic, & in cap. Sicut, & cap. Tua nos, S Nos igitur, supra de homicidio, cap. Sæpè, 50. dist. Ab-
10 bas in 2. not. & Mar. Socin. nu. 4. addens idem esse, si culpa sit leuis; secus verò si sit leuissima, quia tunc non contrahitur irregularitas, ideoque isti Sacerdotes Græci, ex quorum iniuria, & sine facto, & tactu filij in cunis inueniuntur oppressi, abstinere debeant à celebratione Missarum ad tempus, non in perpetuum, vt hic in fin. quia nec homicidæ reputantur, sicut reputantur illi, qui in lata culpa sunt, eo quod ipsi procurantibus, vel studiosè negligentibus filij proprij non in cunis, sed in lectis oppressi reperiuntur, vt in tex. Respondeo primò, & hic notant Innoc & Host. in fin. Io. Andr. nu. 2. Abb. nu. 3. Marian. Socin. nu. 4. & 5. & alij communiter.
11 QVAERO, An publica pœnitentia pro delicto publico imponenda sit Clerico Glossatores in hoc
12 articulo variarunt: nam Bernardus in cap. 5. in glos. vnica, supra eod. dixit solemnem pœnitentiam Clerico imponi non debere, nec etiam publicam, nisi deposito; & cum illa glos. post Laurentium, & Raymundum concordant ibi Innoc. in ver. Occulta, Host. nu. 2. & Butr. nu. 4. in fin. allegantes pro sua opinione, cap Confirmandum, & cap. Alienum, 50. dist. Quæ tamen iura non loquuntur de pœnitentia publica, sed de solemni, vt patet in d. cap. Confirmandum, ibi, *non eis manus tamquam pœnitentibus imponatur*: & in d. cap. Alienum, vbi dicitur: Alienum est à consuetudine Ecclesiæ, vt Presbyteri, & Diaconi pro crimine aliquo suo per manus impositionem remedium accipiant pœnitendi, & ibi notat glos. 1. dicens hæc omnia capitula loqui de solemni pœnitentia, quæ sit per manus impositionem, vt cap. In capite quadragesimæ, 50 distinct. Et hanc certum non esse iniungendam Clerico, nisi sit depositus, vt in præcitatis iuribus, & in cap. Presbyter, 28. dist. in cap. Si quis Presbyter, 50. dist. & in cap. Si quis Episcopus, 81. distinct. Tales enim sunt infames, vt dixi in d. cap. 1. nu. 8. supra eod. post Host. in cap. 2. num. 7. vers. Sed numquid tales pœnitentes sunt infames, supra de off. Archipresbyteri.

Sed glos. Ioannis in d cap. Confirmandum, dixit Presbyterum, vel Diaconum non posse facere pœnitentiam solemnem, nisi sit depositus, immediatè subiungit: Publicam pœnitentiam potest facere Sacerdos pro publico tamen crimine, non pro priuato. Item glossa 2. in cap. Presbyter, 28. dist. intelligit illum textum de pœnitentia publica, quā debet facere Sacerdos pro delicto publico, licèt nō solemnem: & idem repetit glos. in c. Si quis Presbyter, in ver. Propter publicum, 30. dist. Similiter glos. hic in ver. Nisi in publicum, dicit Sacerdotem posse facere publicam pœnitentiam, sed non solemnem, quàm Clerici facere non debent, licèt depositus publicè solemniter pœnitere possit: & hanc glos. sequitur, & dicit magistram Abbas, n. 4. vers. In glos. & concordat S. Thom. in 4. senten. distinct. 14 quæst. 5. art. 5. quæst. 3. in fin. dicens, publicam pœnitentiam, & non solemnem, quæ in facie Ecclesiæ fit, sed non cum solemnitate prædicta, sicut peregrinatio per mundum cum baculo cubitali, posse iterari, & à simplici Sacerdote iniungi, & posse etiam Clerico imponi.

Et pro hac parte videtur textus apertus hic: nā præmittitur quæstio, An Sacerdotibus Græcis pro filijs oppressis imponenda sit publica pœnitentia, necne? & Papa respondet eis imponendam esse pœnitentiam grauiorem, quàm Laicis, non tamen publicam, nisi in publicum id veniat. Ergo à contrario si publicum fit, pœnitentiam publicam erit eis imponendam. Videtur tamen hic textus vitari posse, quia dicit ob filiorum oppressionē ipsos Presbyteros debere perpetuò abstinere à ministerio altaris, & sic loquitur de his, qui sunt deponendi, prout hanc litteram intelligunt Ioann. Andr. & sequaces in Summ. Dum ergo textus subiungit, si in publicum id veniat, pœnitentiam publicam eis esse iniungēdam, debet intelligi de iam depositis, & sic concordat cum prima opinione: & de deposito etiam intelligi debet c. Presbyter, 28. distinct. vt colligitur ex cap. Si quis Episcopus, 81. distinct. ibi, Deponatur, & ab Ecclesia protectus inter laicos agat pœnitentiam.
13 Conclude pleniùs, & clariùs secundum Archidiaconum in cap. Sacerdos, num. 7. de pœnit. distinct. 6. Clericus, vel Sacerdos depositus sine spe restitutionis publicam, vel solemnem potest agere pœnitentiam, vt in d. cap. Sacerdos, & ibi glos. 2.
14 & in cap. Si quis Episcopus, 81. distinct. & in c. Presbyter, 28. dist. Sed cum habetur spes de restitutione

ne neque publicè, neque solemniter pœnitebit, vt cap. Confirmandum, 50. dist. & c. Presbyter, 81. distinct. Quæ conclusio in effectu est ex mente glossæ tertiæ hic in fine, dum dicit in casu huius cap. Sacerdotem posse agere pœnitentiam etiam solemnem, cum sine spe restitutionis pro crimine oppressionis filiorum priuatus sit, cap. vlt. supra de tempor. ordinat. Ergo multò fortiùs publicam, ex quo crimen venit ita in publicum. Similiter Innoc. hic in ver. In publicum, dicit, nec tunc, idest quando crimen oppressionis venit in publicum, Sacerdotes posse agere publicam pœnitentiam, nisi perpetuò sine spe restitutionis manerent, & de talibus intelligi hoc capitulum, cum propter homicidium maneant sine spe restitutionis, quia irregularis, vt dict. cap. vltim. de tempot. ordinat.

15 Sed & Hostien. num. 5. Primo impugnat distinctionem eorum, qui tenuerunt Clericum posse agere pœnitentiam publicam, sed non solemnem; quia idem iudicium est de publica, ac de solemni, cap. Alienum, 50. dist. & mox subnectit hunc textum loqui de illo, qui factus est notorius, nec est spes restitutionis ipsius, argum. cap. Inquisitionis, Responf. 1. de accusat. & cap. final. de tempor. ordinat. & concordant Io. Andr. hic num. 4 ibi, *Alias si esset spes restitutionis, nec publicè pœniteret*, Butr. num. 15. vers. Dicit glossa, Cardinal. num. 3. & Abb. num. 4. qui transit cum distinctione glossæ.

16 Porrò pœnitentiam publicam, quę iniungitur interficienti Presbyterum, nempè, vt per quinque Ecclesias illius loci, vbi tantum facinus perpetrauit, si tot ibi fuerint, nudus discalceatus, femoralibus dumtaxat retentis, virga in manibus, & corrigiam circa collum deferendo incedat, suum publicè fatendo reatum, & ante fores dictarum Ecclesiarum à Presbyteris earúdem Psalmum Pœnitentialem canentibus se faciat verberari dum maior ibi ad Diuina cõuenerit populi multitudo; S. Pœnitentiaria consueuit olim imponere etiam Clericis Minorum Ordinum; quamuis ab aliquot annis eam non imponat, nisi laicis, de quibus loquitur formularium; tamen stylus antiquus est conformis Theoricæ Archidiaconi, & communi, de qua supra; quia homicida voluntarius, & maximè Presbytericida est irregularis, & sic deponendus ab Ordine sine vlla spe restitutionis, vt dicunt

17 Innoc. Butr. & alij proximè citati; Ad hoc c. fin. ibi, *præter reos homicidij*; iuncta glossa 3. de temporibus ordinat. glos. in cap. Ex tenore in vet. Vtatur circa medium, vers. Si crimen est enorme, eodem titul. & patet in textu nostro ibi, *Ab officio*

18 *altaris debent perpetuò abstineri*; nam depositio ab Ordine nihil est aliud, quàm ab altaris ministerio perpetua remotio, secundum Abb. in cap. At si Clerici in princ. num. 7. de Iudicijs; & ibi etiam Hippolyt. de Marsil. in Repet. num. 58. tom. 3. Reper. fol. 68. & in Clericis Presbytericidis est text. in cap. sicut dignum, S. vlt. ibi, *perpetuò ab altaris ministerio deponendos esse censemus*, supra de homicidio. Quare cùm Clericus, qui Presbyterum necauerit, perpetuò manere debeat sine spe restitutionis, non videtur ambigendum, quin Pœnitentia publica sit ei iniungenda, cum etiam solemnis hoc casu possit imponi, secundum magis receptam opinionem; iam enim Clericus sic pœnitens est infamis non ratione pœnitentiæ, sed ratione enormitatis criminis, vt notat Hostien. in c. 2. num. 7. vers. Sed numquid tales de offic. Archipresbyt. & Marian. Socin. in cap. 1. num. 7. supra eodem.

De Pœnitentijs, & remissionibus.

Cap. Officij.

SVMMARIVM.

1 *Confessio mulieris auditur, quæ sibi partum alienum supposuit, vel proprium ex adulterio suscepit & hoc marito non vult detegere.*
2 *Absolutio non est deneganda non valenti satisfacere sine periculo, licèt delictum videatur habere effectum continuationis.*
3 *Mulier, quæ prolem ex adulterio suscepit, quid facere debeat ne legitimi haredes binc detrimentum patiantur.*
4 *Quid si habet vnde satisfaciat, & sciat quibus satisfaciendum.*
5 *Et quid si hoc ignoret.*
6 *Quid si non habet vnde satisfaciat, an teneatur fraudem reuelare.*
8 *Aut fama, & n seq. vsque ad num. 13.*
9 *Metus ignominiæ viris bonis maior, quàm mortis esse debet.*
10 *Crimen suum non tenetur quis prodere cum graui honoris detrimento.*
11 *Restituere quis non tenetur bona Ordinis inferioris cum iactura bonorum Ordinis altioris.*
Bona famæ altioris Ordinis sunt, quàm rei familiaris, ibidem.
12 *Mulier non tenetur filium ex adulterio susceptum reuelare, si inde graue malum esset prouenturum.*
13 *Scandalum vtilius nasci permittitur, quàm vt veritas relinquatur. Et quomodo hoc sit intelligendum.*
14 *Mulier non tenetur partum suppositum, vel filium spurium reuelare, si de hoc non habeat probationes paratas.*
15 *Confessor quomodo se debeat gerere cum muliere, quæ prolem suscepit ex adulterio.*
16 *Mulier quæ prolem adulterinam marito præfecit, eo consentiente, an sit absoluta a restitutione.*
17 *Mater an suadere debeat filio spurio vt religionem ingrediatur, & cuius Ordinis.*
18 *Filius, qui matri eum spurium asserenti fidem adhibuit, & Regno renunciauit, deluditur à Legistis, laudatur à Canonistis.*
19 *Dignitati non solum Regiæ, sed etiam Pontificali renunciandum esset, si ex his conscientia non esset tuta.*
20 *Filius an teneatur credere matri asserenti eum ex adulterio susceptum.*
21 *Cautela matris, quæ induxit filios ad cedendum iuri suo timore declarationis, quod vnus eorum esset spurius, refellitur.*
22 *Confessor pro consilio obtinendo potest peccatum sibi confessum detegere sine expressione personæ, & num. 25.*
23 *Confessor an prohibeatur reuelare non tantùm peccatorem, sed etiam peccato in Sacramento Pœnitentiæ sibi detectum, & num. seq. vsque in finem.*
24 *Sacerdos reuelans peccatum sibi confessum punitur tam-*

tamquam simoniacus, & hæreticus ad fidem reuersus.
25 *Declaratur num. 38.*
26 *Peccata ipsa an cadant sub sigillo confessionis sacramentalis & num seqq. vsque ad n. 33.*
27 *Sigillum confessionis, sicut confessio, est de necessitate sacramenti, & de iure diuino.*
28 *Papa super sigillo confessionis dispensare non potest & num. 30.*
29 *Sacerdos quod scit in confessione, non scit vt homo, sed vt Deus, & dicitur quasi nescitum.*
30 *Sacerdos in actu confessionis est Vicarius Dei specialis.*
31 *Vicarius specialis quoad illam speciem est maior generali.*
32 *Sigillum confessionis sine pœnitentis licentia nullus mortalium violare potest etiam pro salute totius mundi.*
33 *Reuelatio peccati in confessione detecti an cadat sub prohibitionem positam ab Ecclesia.*
34 *Ecclesia vbi vertitur salutis periculum, multoties generaliter statuit, aut prohibet ad cautelam eorum, quæ possunt contingere.*
35 *Prohibito aliquo, omne id prohibetur, per quod peruenitur ad illud.*
36 *Intellectus cap. Omnis, infra eod.*
37 *Permissum in vno casu, in alijs censetur prohibitum, & num. 42.*
38 *Confessor reuelans peccatum sine expressione personæ an sit deponendus, & in monasterium detrudendus.*
39 *Et an aliquo casu possit illud eum fructu reuelare, & n. 48.*
40 *Prælati Regulares ea notitia, quam in confessione habuerunt, vti non debent ad externam politiam.*
41 *Pœna lata in præsumentes requirit dolum, & temeritatem.*
42 *Exceptio in vno casu non firmat regulam in contrarium in alijs casibus, qui sunt similes excepto.*
43 *Etiamsi casus fuerit exceptus per ditionem taxatiuam.*
44 *Confessor an possit Episcopo reuelare casum reseruatum in pœnitentia sibi detectum pro obtinenda facultate absoluendi.*

1 OFFICII. Auditur confessio mulieris, quę
sibi partum alienum supposuit, vel proprium ex adulterio suscepit, & hoc non
vult marito detegere. Hoc dicit secundum omnes. Et est pars cap. Officij, de testam. &
de sentent. excommun. Communis diuisio, consultatio, & responsio. Secunda ibi, *Quoniam*.
2 Nota primò, mulieri, quæ partum alienum sibi
supposuit, aut proprium ex adulterio suscepit, si
timeat marito hoc reuelare, non esse denegandā
absolutionem sacramentalem, etiam hac fraude
durante.

Et sic collige pœnitentiam non esse denegandā
non valenti satisfacere sine periculo, quamuis delictum illud videatur habere annexum effectum
continuationis, vt hic notant Abb. & Marian. Socin. ambo in 3. notab.
3 Sed pro pleniori doctrina, cùm quæritur quid
facere oporteat mulierem, quæ prolem suscepit ex
adulterio, aut partum supposuit alienum, & ita
legitimi heredes priuātur hereditate propter spurium, vel suppositum, qui creditur filius, vel hæres;
& quomodo in hoc casu se gerere debeat Confessor. Colligendo dicta Doctorum, sic distingue.
4 Aut mulier diues est, & habet vnde satisfaciat
his, ad quos bona mariti peruenirent, si eiusmodi partus non adesset; Aut non habet vnde satisfaciat.

Primo casu, Aut mulier scit, vel potest verisimiliter opinari quos hæredes maritus ab intestato,
vel ex testamento habuisset, aut quibus bona sua
reliquisset: & tunc debet tantundem eis dare de
proprijs bonis, quantum illi hac occasione amisissent, arg. cap. Si res, 14. qu. 6. allegati in glos. in
ver. Deneganda. Et quod restituendum est, poterit tradere Episcopo in pœnitentia, qui exinde
satisfaciat quibus oportuerit, adeo vt ignoretur
vnde prouenit, vt hic per Host. nu 8. Henr. Boich.
post princ. vers. In primo casu, & Marian. Socin. n. 7
in eod. vers. Aut mulier ignorat qui sint illi, nec
5 potest hoc probabiliter opinari; & tunc debet
tantundem pauperibus erogare, secundum id,
quod legitur, & notatur in cap. Cum tu, §. 1. supra de vsur.
6 Secundo casu, idest cùm mulier non habet vnde
satisfaciat, tunc aut habet probationes paratas
partus suppositi, vel ex adulterio suscepti, per
quas posset succedentes ab intestato releuare à
damno, quod ex sua occasione, & fraude illi reciperent, aut non habet.
7 In primo casu aut potest sine periculo hāc fraudem reuelare: & debet eam detegere, & de illa
fidem facere. Aut non potest reuelare sine graui
periculo, fortè quia verisimiliter hinc orirentur
scandala maxima, & homicidia: & tunc contenta-
tur, & taceat, arg. cap. Ne quis, 22. qu. 2. Nam in
hoc casu cùm ex vna parte immineat iactura rerum dumtaxat si taceat; ex altera verò periculum
animarum, & corporum si reueuet; cùm vtrumq;
euitare non possit, inter hæc duo mala tenetur eligere quod minus est, arg. cap. Duo, & cap. Nerui,
13. dist. Taceat ergo cum damno rerum, quia illud minus malum est, vt legitur in c. 1. de pignor.
& in cap. Suscepimus, de homicid.
8 Et per hanc rationem idem arbitror dicendum
si ex reuelatione immineat mulieri, aut alteri periculum infamiæ: nam viris bonis metus ignominiæ maior, quàm mortis esse debet, dicit textus in
9 l. Isti, ff. Quod met. cau. Et qui famam contemnunt,
crudeles sunt, vt in cap. Non sunt audiendi, 11. q. 3.
10 Vnde non tenetur mulier crimen suum prodere
cum graui honoris, & famæ detrimento, vt in §.
His auctoritatibus, vers. Non tibi dico, post cap. Si
quis aliquando, de pœnit dist. 1. Et in hac specie
concludunt Sotus in 4. dist. 15. qu. 2. post art. 4. in
responsione articuli S. Antonini in 2. par. tit. 1. c. 18.
§. 8. in fine. & melius tit. 2. cap. 7. §. 4. Caiet. tom. 1.
opusculor. opusculo 31. resp. 14. [Non enim, vt ip-
11 se ait in 2. 2. q. 62. art. 6. tenetur quis restituere bona ordinis inferioria cum iactura bonorum ordinis altioris] Et bona famæ altioris ordinis sunt,
quàm rei familiaria, quia melius est nomen bonū,
quàm diuitiæ multæ, Prouerb. cap. 22. & sequitur
Nauarr. in man. cap. 16. nu. 44. vers. Imo sufficit timor propriam famam perdendi, & Couar. in reg.
Peccatum, par. 1. in initio, à nu. 3. Et quamuis Doctores hic non faciant mentionem, nisi damni animæ, & corporis; hoc tamen faciunt per modum
exēpli. Sed generalius loquitur Innoc. cuius men-
tem

11 tem sequuntur omnes, dum ait *mulierem non te-*
neri reuelare, si inde graue malum esset prouentu-
12 *rum*. Quæ verba proculdubio comprehendunt
etiam iacturam famæ, vt aduertit Nauarrus loco
citato.
13 Nec prædicta obstat quod vtilius scandalum
nasci permittatur, quàm veritas relinquatur, cap.
Nisi cum pridem, §. Pro graui, de renunc. & cap. 3.
infra de regul. iur. quoniam, vt respondet Innocen-
tius, in hac taciturnitate non perit veritas iustitię,
quia hæc mulier nec iudex est, nec testis esse po-
test, in quibus, & similibus illa auctoritas locum
habet; sed est tantùm accusatrix, vel denuncia-
trix;
14 In secundo autem casu, idest cùm non habet
probationes paratas, debet potius silere, quàm
fraudem patefacere, cap. Plerumque, 2 qu. 7. Ita in
effectu distinguit hic Innocen. in ver. Satisfactio, à
quo cæteri sumpserunt, Host. nu. 8. in eod. ver. Abb.
Antiq nu. 1. Io. Andr. nu. 4. Henric. Boich. in princ.
Card in 1. & 2. opposit. Anchar. nu. 3. & 4. Abb. n. 5.
& Marian. Socin. nu. 7. Quibus addo Hostien. in
15 summa eod. tit. § Quibus, & qualiter, vers. Quid
de muliere, vbi ait, Sacerdotem super hoc consu-
lendum considerare debere qualitates personarũ
tam mariti, quàm mulieris, & filij putatiui: nam
si mulier dominetur viro, vel periculum ex reue-
16 latione non immineat, poterit ei cõsulere vt frau-
dem patefaciat marito, quo consentiente erit mu-
lier à restitutione absoluta, quia concessum est
marito de rebus suis ad libitum disponere, l. Ne-
mo exterus, C. de Iudæis, l. In re mandata, C. Man-
dati. Hoc intellige dummodo non habeat descen-
dentes, quibus tenetur dimittere legitimam iure
naturæ debitam, scilicet dimidiam, vel tertiam
iuxta numerum liberorum, vt in Authen. Nouissi-
ma, C. de inoffic. testam. & in corpore, vnde sumi-
tur in Auth. de Triente, & Semisse, §. 1. collat. 3.
17 Si verò ex reuelatione marito facienda immineat
periculum; tunc si filius putatiuus sit homo sim-
plex, spiritualis, & timens Deum; recepto iura-
mento a muliere, quod malitiosè hoc non propo-
nat, & à filio putatiuo, quod secretum tenebit; re-
uelabitur hoc filio, eique suadebit vt intret Reli-
gionem, vel ad partes remotas, seu vltramarinas
se transferat, & de hæreditate nihil attingat; qui-
bus peractis mulier erit in tuto: quod si filius non
sit talis, nec velit matri fidem adhibere, vel mu-
lieri periculum sit reuelare; tunc nullum superest
remedium, nisi vt si proprium habeat hæredibus
ab intestato, vel ex testamento venientibus satis-
faciat competenter; iisque non extantibus elee-
mosynam cautè faciat de Episcopi diœcesani con-
silio, & consensu. Verum si proprium non habeat,
vel non possit integrè satisfacere, doleat de pecca-
to cum proposito satisfaciendi cum primum po-
terit: ita Host. cum quo concordat Raymund. in
summa tit de raptor. rubr. de filio concepto per
adulterium, & de partu sumpto, § 11. Io. Friburg.
in summa confess. eod. tit. & rubr. q. 23. Henric. hic
col 2. post princip. vers. Et de hoc vide, & Marian.
Socin. nu. 9. Et quod dictum est de inducendo fi-
lium putatiuum ad religionem intrandam, intelli-
gunt Doctores de Religionibus Mendicantibus,
quia de alijs religionibus non esset benè prouisũ,
cùm succedant, cap. vn. 28. qu. 1. & cap. vlt. 19. qu. 3.
vt hic per Io. Andr. nu. 4. in fine. Hodie filius puta-
tiuus esset inducendus ad intrandam Religionem
Capuccinorum, vel Fratrum Minorum de Obser-
uantia, quia aliæ Religiones etiam Mendicantes
succedunt ex decreto Concilij Tridentini, cap. 2.
sess. 25. de Regular. addit Io. Andr. sibi constare ali-
quos propter hoc inductos fuisse ad professionem
18 emittendam. Et ita etiam referunt Doctores fe-
cisse quemdam, qui ad assertionem matris renun-
ciauit Regno: & quamuis Legistæ in l. Filium, ff.
de his, qui sunt sui, vel alien. iur. quos refert Me-
noch. de arbitr iudic. lib. 2. centur. 1. casu 89. n. 28.
dicant talem filium fuisse fatuum; tamen vt nota-
19 biliter ait Marian. Socin. hic num. 9. ipsi hoc dicunt
solum considerantes hanc vitam, & non futuram,
& æternam, ad quam si respexissent, illum summo-
perè laudare debuissent, ex quo talis habebat læ-
sam conscientiam; quo casu non solum Regiæ di-
gnitati, verum etiam Pontificali, cùm ad id indu-
ceret conscientia indiscreta, renunciandum esset,
vt in cap. 1. de renunciat. lib. 6. Et hoc intendit
20 Host. hic nu. 4. in ver. Suscepit, dum ait filium, qui
assertioni matris credere non vult, omnino secu-
rum esse, si exinde non habeat conscientiam læ-
sam, arg. d. l. Filium; alioquin si veniat contra con-
scientiam, ædificat ad gehennam, cap. fin. supra
de præscript. & mox subdit. Sed verè nisi acquie-
scat in hac parte verbis maternis, quæ melius alio
veritatem nouit, arg. supra de rescript. cap. Ab ex-
communicato; & de qua non est verisimile, quod
falsum dicat, arg. cap. Afferte, & cap. Litteras, §. 2.
vers. Quamquam, supra de præsumption. vnde & ei
omnino credendum videtur, vt cap. 3. §. Qui enim
melius, supra, qui matrim. accus. poss. satis potest
dici, quod talis est in conscientia nimis fortis; ita
formaliter Host. cum quo transeunt Io Andr. nu. 3.
& reliqui omnes.
21 Refert Alciatus de præsump. reg. 3. præsump. 37.
n. 6. vers. Sed vide. Viduam quamdam Auenionen-
sem hac cautelam vsam fuisse: cùm in extremis
ageret tribus filijs, quos habebat accersitis, dixit:
Vnus vestrum ex adulterio à me progenitus est,
& mariti mei bona iniustè possidet; ne animæ meę
detrimentum patiar, intendo hoc declarare, nisi
vos inuicem pacto conuento ius omne vestrum
remittatis: quo audito, quilibet de se ipso cœpit
dubitare; vnde omnes voluntati matris acquie-
uerunt, & pacti sunt; quare mater à declaratione
abstinuit. Et putat Alciatus matrem illam fuisse
tutam quoad Deum per hanc Decretalem, pactum-
que inter fratres fuisse legitimum, & obseruandum.
Quod minimè verum est, quia fratres non sponte
iuri suo cesserunt, sed metu maternæ declaratio-
nis adacti: vnde meritò hanc cautelam refellunt
Couarr. in reg Peccatum, parte 1. §. 1. vers. Nec mi-
hi placet, de regul. iur. in 6. Menoch. d. casu 89. nu.
30. & alij recentiores.
22 Secundò nota ibi, *in pœnitentia tibi fuisse con-*
fessam, peccatum in confessione detectum posse à
Sacerdote reuelari pro consilio obtinendo, con-
cordat textus in cap. Omnis, infra eodem ibi: Sed
si prudentiori consilio indiguerit, illud absque vl-
la expressione personæ cautè requirat. Vnde in-
fertur per locum à speciali, vt extra hunc casum
non liceat Sacerdoti reuelare peccatum, etiam si-
ne reuelatione pęnitentis. Sed quia hoc nõ transit
absque difficultate.
23 QVAERO generaliter, vtrum confessor prohi-
beatur reuelare non tantùm peccatorem, sed etiã
peccatũ in Sacramento Pœnitentiæ sibi detectum,
Abbas

Abbas Siculus d.cap.Omnis,nu 8.in vlt. notab. infra eod. putat Sacerdotem incidere in pœnam ibi statutam non solùm si reuelet peccatorem, sed etiam peccatum sibi detectum in confessione. Quod secundum eum est contra simplices, qui asserunt peccatum impunè posse reuelari, sed non peccatorem: nam minus benè loquuntur, vt ipse ait, quia contrarium probatur in d.cap. Omnis, in duobus locis. Primò ibi, *qui peccatum*, vbi expresse probatur hoc. Secundò per locum à speciali in verbis præcedentibus: nam textus permittit Sacerdoti reuelationem in vno casu dumtaxat, idest cùm indiget prudentiori consilio;& tunc debet etiam cautè reuelare. Tertiò hoc probatur
24 ratione: nam Sacerdos ita scit peccatum, sicut peccatorem tamquam Dei minister: ergo non debet tamquam homo peccatum reuelare, quia nescit vt homo, sed vt Deus, & contrafaciens grauissimè peccat; vnde punitur tamquam hæreticus reuersus ad fidem, vt ibi per eum.

Sed oppositum censet Paludanus in 4 dist. 21. & communiter Theologi, vt testatur Nauarr. in cap. Sacerdos, nu.75 de pœnit dist 6.tom.2. Commen. pag.793.concludentes non esse confessionis reuelatorem qui diceret, tale, vel tale peccatum mortale audiui in confessione; modò tanta cautela id faceret, vt nullatenus in notitiam peccatoris deueniri posset.

25 Mouentur primò per hanc Decretalē, vbi Cardinalis Legatus significauit Papæ peccatum suppositi partus in pœnitentia sibi confessum, vt habetur in principio litteræ, nec Papa hoc factum damnauit; imò ad Legati consultationem respondit: quod non fecisset, si eidem Legato peccatum sibi in confessione detectum reuelare non licuisset: licèt Nauarr. in d.cap. Sacerdos nu. 78. putet hunc textum non admodum vrgere, quia causa reuelandi hic fuit vt peteretur consilium super dubio casu, quod specialiter permittitur in d. c.Omnis, vt dictum est supra in 2.notab.

Mouētur secundò, quia causa finalis cur prohibita sit reuelatio peccati in pœnitentia confessi est, ne prodatur peccator; & sic fideles à confessione sacramentali deterreantur, vt in d.cap.Omnis ibi [Caueat Sacerdos ne verbo, vel signo, vel alio quouis modo prodat aliquatenus peccatorē] sed per reuelationem peccati tantùm peccator ipse non proditur, nec cognoscitur, dummodo cautè id fiat, sicut hic fecit Cardinalis Legatus, & patet in cap Si sacerdos, supra de offic Ordin.& in cap.Significasti ibi, *nomen adulteri celans*,de adulter. Ergo cessat prohibitio, arg. cap.Etsi Christus, supra de iureiur. cap.Cum cessante, de appellat.& l.Adigere,§.Quamuis, ff. de iurepatron.

Ac postremò suffragatur huic sententiæ quod vt Nauarr.testatur in eod. cap. Sacerdos, num. 75. frequenter audiuntur viri graues talia dicentes; & tamen nemo dixerit eos esse confessionis reuelatores.

26 Quid dicendum? Ego arbitror quæstionem hac distinctionè soluendam esse.

Aut quæritur an peccata ipsa sine expressione personæ cadant sub sigillum confessionis sacramentalis; & puto negatiuè resoluendum hoc validissimo, ni fallor, fundamento: nam hoc sigil-
27 lum, sicut & confessio est de necessitate sacramēti, & de iure diuino, vt docet S.Thom.in 4 dist.21. q.3.art.1. qu.1.in corp.& in respon.ad 2. Syluest.in *Prosp.Fagn.in 2. par.5. lib.Decretal.* ver Confessio, 3. nu.2. & passim Theologi, & Canonistæ: & consequenter Ecclesia super hoc sigillo dispensare non potest: nam vt ibidem inquit D. Thomas, præceptum de confessione seruanda cōsequitur ipsum sacramentum, & ideo sicut præceptum de confessione sacramentali facienda est de iure diuino, & non potest aliqua dispensatione, vel iussione humana homo ab ea absolui, ita nullius ad reuelationem confessionis potest ab homi-
29 ne cogi, vel licentiari. Et hoc innuit Decretalis Si sacerdos, de offic.Ordin.dum determinat Ordinarium posse indeterminatè tantùm, & non nominatim arguere, vel punire eum, quem in confessione nouit esse criminis reum, quia non scit vt iudex, vel homo, sed vt Deus. Ad idem tex in cap. Dilectus, & ibi glos.1.& DD. supra de excess.Prælator.S.Thom.loco cit.in respon. ad primum, vbi ait [Illud quod sub confessione scitur, est quasi nescitum, cù sacerdos nesciat vt homo, sed vt Deus]
31 Aliam rationem cur Papa non possit super sigillo confessionis dispensare assignat Abb.in d cap. Dilectus, quia sacerdos in actu confessionis est vicarius Dei specialis, Papa verò generalis. Specialis autem quoad illam speciem maior est generali, cap. Studuisti, de offic. deleg. sequitur Syluest. in ver.Confessio,3. nu.2. vers. Tertiò quæritur, & est ex mente glos primæ in eod.cap.Dilectus, ibi, Et in hoc maior erat ipsis Rectoribus, quia Dei legatione fungitur.

32 Quæ cum ita sint, si peccata ipsa caderent sub sigillum confessionis, non potuisset Innocentius III. & Concilium generale statuere, sicut statuit in d.cap.Omnis, infra eod.vt liceret sacerdoti, si prudentiori consilio indiguerit, reuelare peccatum sibi confessum; quia præter pœnitentem, nullus mortalium dispensare potest vt liceat frangere sigillum confessionis sacramentalis, vt ostensum est supra, nedum pro prudentiori consilio exquirendo, sed nec pro alia causa quantumuis graui;imò nec si ageretur de salute totius mundi, vt formaliter inquit Sot.de tegen. secreto qu.7. membr. 2. concl.4. vers.Attamen, Quamobrem fateri oportet, aut Papam cum Concilio in d. cap. Omnis, permisisse reuelationem peccati contra necessitatem sacramenti, & diuinam iurisdictionem, quod impium, & erroneum esset asserere, cap.Sunt quidam,25.qu.1. aut reuelationem peccati sine expressione peccatoris ad sigillum confessionis non pertinere. Et sanè si Concilium statuisset vt pro prudentiori consilio liceret confessori reuelare peccatorem, nemo auderet affirmare hoc statutū esse validum. Idque non alia ratione, nisi quia per hoc violaretur sigillum confessionis, quod est de iure diuino, contra quod Ecclesia non dispensat, vt in d.cap.Sunt quidam: ergo eodem modo non potuisset Concilium statuere, vt liceret pro prudentiori consilio peccatum reuelare, si peccatum ipsum, non secus ac peccator caderet sub hoc sigillum: vnde hæc differentia, euidenter conuincit non esse confessionis reuelatorem, eiusque sigilli violatorem qui peccatum reuelat ita cautè, vt inde in notitiam peccatoris deueniri non possit. Et in hoc primo casu saluari potest sententia Theologorum.

33 Aut quæritur an reuelatio peccati sine expressione personæ cadat sub prohibitionem positiuam Ecclesiæ, de qua in d.cap.Omnis. Et in hoc casu magis adhæreo opinioni Abbatis; tum quia

Q hoc

hoc probat littera d. cap. Omnis, vt supra pondara-
34 tata nu. 23. Tum quia id rationabiliter sancitum
est propter periculum manifestationis pœnitentis:
nam etsi non semper ex reuelatione peccati pro-
datur pœnitens, præsertim si cautè hoc fiat, prout
hic fecit Cardinalis Legatus, & præcipitur in d. c.
Omnis, vers. Sed si, tamen potest multoties acci-
dere oppositum. Vbi autem vertitur salutis pe-
riculum, nõ est nouum vt Ecclesia generaliter ali-
quid statuat, vel prohibeat ad cautelam eorum,
quæ possunt contingere, vt sunt iura clata in cap.
Dixit Dominus, 32. q. 2. in c. Licèt, supra de elect.
in c. Ad aures, de tempor. ordinat. & in cap. Ro-
mana, § In vniuersitatem, de sent. excomm. lib. 6.
cum concordan. ibi adductis per glos. in vet. Esse
potest, & Hollien, num. 5. in eod. ver.

35 Præterea aliquo prohibito, omne id prohibetur,
per quod peruenitur ad illud, l. Oratio, ff. de spon-
sal. l. Cum lex, ff. de fideiuss. l. Legem, in fine, C. de
natural. liber. Quę regula loquitur de consequen-
tia prohibitionis mediorum, per quæ peruenitur
ad extremum, vt dicunt Dyn. & Ioan. Andr. in cap.
Cum quid prohibetur, in princ. de regul. iur. lib. 6.
Sicut prohibito matrimonio, prohibita sunt etiam
sponsalia, per quæ peruenitur ad matrimonium,
vt in d. l. Oratio. Nemo autem negauerit ex reue-
latione peccati multoties deueniri in cognitio-
nem eius, qui confessus est. Haud enim est diffi-
cile facta aliena subtiliter indagantibus, coniun-
gendo tempus, locum speciem peccati, qualitatem
personarum, & alia id genus, peruenire in notitiã,
aut saltem in suspicionem Pœnitentis. Et ipsemet
Nauarr. in d. cap. Sacerdos, nu. 83. de pœnit. dist. 6.
Fatetur non paucos apud eum errasse, ac proinde
rarò id faciendum esse à Viro grauissimo, rarius à
viro graui, rarissimè à viro leui, & opinionem Ab-
batis ferè semper seruandam esse. Ergo prouidè
sanxit Concilium generale vt nec peccatum ipsum
liceat reuelare.

Et per hæc cessat consideratio Nauarri, & alio-
rum Theologorum, videlicet quod reuelatio pec-
cati prohibeatur quidem in d. cap. Omnis, sed in
ordine ad confitentem, quando scilicet ita pecca-
tum reuelatur, vt exinde cognoscatur is, qui pec-
cauit. Siquidem hæc consideratio retorqueri po-
test: nam cum sæpè ex hac reuelatione perueniatur,
aut saltem peruenire possit in cognitionem
peccatoris: hinc consequitur vt prohibito vno, &
36 aliud prohibitum censeatur per supradicta. Quin-
imò si accuratè expendatur textus in d. cap. Om-
nis, apparebit prohibitam esse reuelationem pec-
cati etiamsi exinde non sequatur manifestatio cõ-
fitentis: nam ibi permittitur reuelatio peccati in
casu speciali dumtaxat, videlicet cùm Sacerdos
indiget prudentiori consilio; Et tunc ita demum
si cautè hoc fiat, & sine vlla expressione personæ,
vt patet ex littera in vers. Sed si. Ergo per locum
à speciali extra illum casum prohibita est reuela-
tio peccati etiamsi fiat cum cautela Nauarri, &
sine vlla expresione personę; alioquin si in om-
nibus casibus liceret indistinctè reuelare peccatũ
cautè, & persona pœnitentis non expressa; ineptè
Concilium permisisset vt liceret reuelare peccatũ
cautè, & sine expressione personæ in vno casu dũ-
taxat, idest cùm Sacerdos eget prudentiori consi-
37 lio. Ergo in illo casu, in alijs censetur prohibitum,
cap. Ex tuarum, & ibi gloss. final. de author. & vsu
pall. glos. vlt. in fin. & DD. in c. Nonne, de præsumpt.

Et per has considerationes puto saluari posse opi-
nionem Abbatis, non autem per illaõs, quam ipse
ponit tertio loco, videlicet, quia Sacerdos scit pec-
catum, sicut peccatorem tamquam Dei minister:
hæc enim ratio congruit tantummodo violationi
sigilli sacramentalis iure diuino prohibitæ. At re-
uelatio peccati sine expressione personæ non iure
diuino, sed ecclesiastico tantùm interdicta est, vt
ex dictis constat. Et ex hoc fœdere distinctionis
38 puto conciliari posse dissidentes opiniones. Cæ-
terum quoad pœnam depositionis ab Ordine Sa-
cerdotali, & perpetuæ detrusionis in monasterii,
quæ in prædicta Decretali, Omnis, imponitur Sa-
cerdoti, qui peccatum in pœnitentiali iudicio sibi
detectum præsumpserit reuelare; nimius esset ri-
gor vt in eam indistinctè incideret quilibet Sacer-
dos, qui diceret se peccatum aliquod audiuisse in
confessione, licèt nullo modo proderet peccato-
39 rem. Imò Nauarr. in d. cap. Sacerdos, num. 80.
de pœnit. dist. 6. Opinatur hoc nonnumquam fieri
posse cum fructu, puta si aliquis in sui excusatio-
nem, vel aliorum accusationem contenderet ta-
lia, vel talia peccata, vel tales circumstantias ab
aliquibus non solere in confessione aperiri: tunc
enim Sacerdos, qui assereret imò id solitum esse,
sibiq; illa frequenter in pœnitentia aperta fuisse,
cum fructu loqueretur secundum Nauarrum. Et
quamuis hæc theorica mihi non probetur, quia
Sacerdos pro errore proximi cõfutando, alijs me-
dijs vti debet, quàm reuelatione circumstantiæ sibi
detectæ in Sacramento Pœnitentiæ, sicut Cle-
40 mens VIII. in Decreto edito super casuum reser-
uatione dixit diligentissimè cauendum esse à Su-
perioribus Regularibus, ne ea notitia, quàm de
aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad ex-
teriorem gubernationem vtantur: tamen Sacer-
dos, qui Nauarri doctrinam seruaret, vtique ple-
ctendus non esset grauissima illa pœna depositio-
nis, & detrusionis ad modũ pœnitentis simoniaci,
& hęretici, vt in cap. Quoniam, de simon. cap. pe-
nult. de hæret. & notat in prędicta Decretali, Om-
41 nis, Io. Andr. in extremis verbis. Cum præsertim
Cõcilium ibi vtatur verbo illo, *præsumpserit*, quod
includit eos tantùm, qui dolo, & temeritate, non
autem eos, qui per simplicitatem, & aliqua pro-
babili ratione ducti in legem committunt, vt te-
net Cardin. in Clemen. 1. quæst. 39. de priuileg. ad
quod plura de more cumulat Tiraquell. de pœn.
cons. 43. Quare existimo ex hoc relinquendũ esse
arbitrio iudicis, qui facti circumstantijs maturè
perpensis diiudicet, an huiusmodi pœna sit exe-
quenda, vel potius temperanda, secundum ea, quę
generaliter adnotauit Henr. Boich. in cap. In Ar-
chiepiscopatu, col. 2. vers. Et in hac causæ conside-
ratione de raptor. & fusiùs Marian. Socin. in cap.
42 Licet, à num. 22. de pœn. Pręcipua autem ratio
habenda esset causę reuelationis: præsertim quia
Concilium in prędicta Decretali, Omnis, inf. eod.
Quamuis exprimat tantummodo casum, cùm Sa-
cerdos prudentiori consilio indiguerit; per hoc ta-
men non videtur excludere alios casus similes;
nam exceptio in vno casu non firmat regulam in
contrarium in alijs casibus, qui sunt similes exce-
ptis, etiamsi alibi non repetiantur specificè exce-
pti, textus est in cap. Cum dilecta, vbi hoc notat
Abb. num. 6 de confirm. vtil. vel inutil. glos. in l. fin.
in verb. Voluerit, C. de reuocan. donat. Alexand.
43 cons. 130. In causa, n. 6. vers. Nec obstat si dicatur,

lib. 4.

lib. 4. Vbi ampliat hoc procedere, etiamsi exce-
44 ptioni adiecta sit dictio taxatiua. Vnde si pœnitens confiteretur casum Episcopo reseruatum, & Sacerdos non haberet facultatem absoluendi ab illo casu, nec Episcopus vellet eam generaliter impertiri, sed in casibus particularibus dumtaxat; vtique non esset violator prohibitionis Concilij Sacerdos, qui in illo speciali casu peteret ab Episcopo hanc sibi facultatem fieri. Maximè quia in præcitato decreto Clementis VIII inter cætera cautum est, vt Confessarijs Regularibus in singulis domibus per Superiores deputatis reseruatorum absolutio committatur, quando casus occurrerit, in quo eam debere committi ipse in primis Confessarius iudicauerit. Quod certè ad practicam deduci non potest sine manifestatione illius casus in pœnitentia detecti. Quod si vrgeas peteodam esse licentiam reuelandi illum casum à Pœnitente; replicabimus id ipsum fieri posse cùm Sacerdos indiget prudentiori consilio. Et tamen eo casu Concilium non arctauit Confessorem ad petendam huiusmodi licentiam, neque ex hac Decretali apparet Cardinalē Legatum significasse Papæ de licentia mulieris pœnitentis casum suppositi partus in confessione sibi detectum.

De Pœnit. & Remiss.

Cap. Omnis.

S V M M A R I V M.

1 *Confiteri Sacramentaliter semel in anno, vt quis teneatur, quæ requisita sint necessaria.*
2 *Baptismus est ianua, & fundamentum omnium Sacramentorum.*
3 *Ecclesia in neminem iudicium exercet, qui non prius in ipsam per Baptismi ianuam fuerit ingressus.*
4 *Pœnitentia ante aduentum Christi non erat Sacramentum, nec est post aduentum illius cuiquã ante Baptismum.*
5 *Infans, furiosus, vel mente captus non habens dilucida interualla non ligantur hoc Edicto.*
6 *Peccatum originale per Baptismum deletur in infantibus indistinctè; in adultis per contritionem cordis.*
7 *Pœnitentia Sacramentũ dicitur secunda post naufragium deperdita gratia tabula.*
8 *Peccatum an oporteat esse mortale ad hoc vt Pœnitentia Sacramentum sit ad salutem necessarium, & num. seqq.*
9 *Peccata venialia tantùm habens non tenetur confiteri iure diuino ad obtinendam iustificationis gratiam.*
10 *Iustificatio quid sit.*
11 *Peccata venialia à gratia Dei non excludunt.*
12 *Et quamuis vtiliter in confessione dicantur, tamen circa culpam tacere, & multis alijs remedijs expiari possunt.*
13 *Fallit in duobus casibus.*
14 *Peccata venialia tantum habens an teneatur iure positiuo semel in anno confiteri vt satisfaciat præcepto Ecclesiæ, & num. seqq.*
15 *Christianus, qui saltem semel in anno non confitetur, est suspectus de hæresi.*
16 *Confiteri semel in anno ex præcepto Ecclesiæ non tenentur illi, quibus ex gratia collatum est, vt sint immunes à peccato veniali.*
17 *Peccata venialia non tenetur quis confiteri semel in anno specialiter, & enumeraliter, sed in generali.*
18 *Hermaphroditus an teneatur confiteri semel in anno.*
19 *Hermaphroditus, qui in sexu feminеo incalescit, nõ recipit Ordinis characterem, nec potest cum fœmina matrimonium contrahere.*
20 *Papa an adstringatur edicto de confitendo semel in anno, & communicando in Paschate, & num. seqq. vsque ad n. 26.*
21 *Papa potest ligari à Sacerdote, cui se subijcit in confessione.*
22 *Confessio Sacramentalis vbi, quando, & à quo instituta.*
23 *Confessio peccatorum omnibus post Baptismũ lapsis iure diuino necessaria existit.*
24 *Papa ius diuinum vsque ad animam, & sanguinem seruare debet.*
25 *Papa non adstringitur Constitutionibus Prædecessorum etiam in generali Concilio editis vi compulsiua, sed vi directiua rationis.*
26 *Confessio debet esse integra.*
27 *Peccata propria dumtaxat sunt in confessione aperienda, non autem aliena.*
28 *Circumstantia, quæ exprimi non potest sine manifestatione peccati alterius, An necessario sit confitenda.*
29 *Ius diuinum positiuum in concursu cedit iuri diuino naturali.*
30 *Pœnitens debet tacere peccatum, quod in confessione detectum, sibi, vel Confessori probabile damnum animæ, vel corporis, vel famæ inferret.*
31 *Clausula vna secundum diuersos respectus diuersimodè accipitur.*
32 *Pueri tenentur semel in anno confiteri cùm sunt doli capaces, quod vt plurimum contingit circa septennium.*
33 *Eucharistia in qua ætate sit pueris exhibenda.*
34 *Annorum discretionis tres gradus constituuntur. Eucharistia an amentibus, & phreneticis exhiberi possit, ibidem, vers. An autem non habentibus.*
35 *Pœnitens debet confiteri solus.*
36 *Mutus, vel ita æger vt loqui non possit sine periculo, aut existens alterius linguæ, quàm Confessor per scripturam, vel per alium confiteri possunt.*
37 *Declaratur.*
38 *Confessario absenti non licet confiteri per epistolam, vel internuncium; & contrariam propositionem vt temerariam, & scandalosam damnauit Clemens VIII.*
39 *Confessor non potest validè absentem absoluere, etiamsi prius præsens illius confessionem audiuerit.*
40 *Eucharistia semel tantùm in anno, idest in Paschate sumenda est ex necessitate præcepti.*
41 *Communicantes in hebdomada sancta, vel infra octauam Paschæ satisfaciunt præcepto Ecclesiæ ex declaratione Eugenij IV.*
42 *Regulares possunt ministrare Eucharistiam intra Dominicam Palmarum, & Dominicam in Albis; sed ita communicantes non satisfaciunt præcepto Ecclesiæ.*
43 *Communicare non licet in ipsa die Resurrectionis de manu Regularium etiam deuotionis causa.*
44 *Eucharistiam ad minus in Paschate non sumere*

est signum hæresis, & malæ credentiæ.

45 *Episcopus non potest certa tempora præscribere quibus viris coniugatis, negociatoribus, & mulieribus liceat Eucharistiam sumere.*

46 *Paschale tempus ad Eucharistiam suscipiendam potest à proprio Sacerdote ex causa prorogari.*

Episcopus potest procedere ad excommunicationem in eos, qui negligunt adimplere præceptum huius cap. ac eleemosynas pio loco applicandas iniungere, sed non impedire, ut sibi absolutionem reseruet, ibid.

47 *Communicantes quolibet anni die in Insulis Philippinis satisfaciunt præcepto Ecclesiæ.*

48 *Circumstantiæ notabiliter aggrauantes an sint in confessione aperiendæ.*

49 *Circumstantiæ, quæ mutant speciem peccati, sunt necessariò exprimendæ in confessione.*

50 *Et quæ sint eiusmodi circumstantiæ.*

51 *Confessori an liceat reuelare peccatum siue reuelatione peccatoris.*

52 *Confiteri quis debet proprio Sacerdoti, non alieno, nisi de proprij licentia petita, & obtenta.*

53 *Confessio sacramentalis est actus iudicialis.*

54 *Ligari nemo potest, vel absolui à non suo iudice.*

55 *Sacerdos proprius quis dicatur, & n. seq.*

56 *Cura quid sit.*

57 *Cõfessi Sacerdotibus Regularibus satisfaciunt præcepto Ecclesiæ, nec tenentur iterum confiteri parochiali Presbytero, & n. 73.*

58 *Regulares possunt audire confessiones sæcularium etiam tempore Paschatis.*

59 *Confessiones sæcularium etiam Sacerdotum ex Concilio Tridentino nullus Presbyter audire potest, nisi aut parochiale beneficium, aut Episcopi approbationem obtineat.*

60 *Parochi licentia hodie non sufficit vt quis confiteri possit alieno Sacerdoti non Parocho, aut non approbato.*

61 *Regulares sine licentia Episcopi hodie nequeunt audire confessiones sæcularium, etiãsi Episcopus sine iusta causa licentiam denegauerit.*

62 *Possunt tamen sine Episcopi approbatione audire confessiones suorum subditorum Regularium.*

63 *Item sæcularium, qui sunt de familia, & continui commensales, non autem deseruientium in eorum monasterijs.*

64 *Tertiarijs viris, & mulieribus non possunt Regulares ministrare Sacramento Pœnitentiæ, vel Eucharistiæ in Paschate, Viatici, vel Extremæ Vnctionis, & n. seqq.*

65 *Tertiarij S. Dominici eodem iure censentur cum Tertiarijs S. Francisci.*

66 *Tertiariorum non est aliqua Religio, sed modus viuendi à Sede Apostolica approbatus.*

67 *Tertiarij suscipere debent Sacramenta à Parocho, de cuius parochia existunt.*

68 *Regulares ministrantes Laicis, aut Clericis Extremam Vnctionem, Eucharistiam, vel Matrimonium sine Parochi licentia sunt excommunicati.*

69 *Monachi ad confessiones sæcularium à suis Abbatibus approbati in locis vbi dicti Abbates vtramque iurisdictionem exercent an possint audire confessiones confluentium ex aliena diœcesi, & n. seq. vsque ad n. 78.*

70 *Sacerdos sæcularis etiam in diœcesi vbi est approbatus nõ potest audire confessiones confluentium ex diœcesibus alienis.*

71 *Consuetudo etiam immemorabilis eligendi sibi Confessorem sine sui Superioris licentia non valet.*

72 *Monachi possunt audire confessiones confluentium ad diœcesim, in qua sunt ab Episcopo approbati.*

73 *Papa potest concedere priuilegium audiendi confessiones alterius Diœcesani etiam Episcopo inuito; & contraria opinio damnatur vt periculosa in fide.*

75 *Priuilegium sibi eligendi Confessorem in aliena diœcesi, in qua est approbatus ab Ordinario, non est sublatum à Concilio Tridentino.*

76 *Confessores in locis exemptis approbandi sunt ab Episcopo diœcesano.*

77 *Regulares in locis sibi subiectis vtramque iurisdictionem exercentes sicut non subsunt Episcopo in concernentibus curam animarum; ita nec subsunt eidem quoad examen pro confessionibus audiendis.*

78 *Regulares ab Episcopo approbati cum facultate absoluendi a casibus illi reseruatis, an possint absoluere confluentes ex aliena diœcesi à reseruatis in diœcesi Pœnitentium dumtaxat, & num. seq. vsq; in finem.*

79 *Regulares in diœcesi, in qua sunt approbati, possunt, audire confessiones Pœnitentium etiam alterius diœcesis*

80 *Excommunicatus à suo Episcopo non potest absolui ab alieno.*

81 *Iurisdictio siue voluntaria, siue contentiosa non potest exerceri in non subditum.*

82 *Episcopus etiam quoad suos subditos non potest limitare iurisdictionem Sacerdotis sibi non subditi.*

83 *Casuum reseruatio an afficiat Sacerdotes, vel Pœnitentes.*

84 *Casus reseruare quid sit.*

85 *Episcopus non potest concedere suo subdito vt absoluatur in aliena diœcesi à Sacerdote iurisdictionem non habente*

86 *Reseruationis actus est localis.*

87 *Decretum Clementis VIII. quoad casuum reseruationem subijcit Regulares Episcopo, in cuius diœcesi morantur, non autem alieno.*

88 *Confessorem oportet scire à quibus casibus non possit absoluere.*

89 *Ordinarij debent paucos, & necessarios casus sibi reseruare.*

90 *Reseruationis causa est etiam Sacerdotis imperitia.*

91 *Reseruatio vnius Episcopi non afficit alium.*

92 *Episcopus, vel Delegatus ab eo potest absoluere pœnitentem non obstante prohibitione Prælati vel inferioris, vel æqualis.*

93 *Scholares, peregrini, & vagabundi absolui possunt à quolibet Sacerdote approbato à casibus eorum Episcopo reseruatis.*

94 *Itidem sortiuntur forum pœnitentialem, vbi moram trahunt.*

95 *Consuetudo absoluẽdi confluentes à casibus in aliena diœcesi reseruatis quoad Sacerdotes sæculares an valeat.*

96 *Reseruatio casuum est strictè accipienda.*

67 *Pœnitentes, qui in diœcesi aliena impetrant absolutionem à reseruatis in propria diœcesi, an censeantur hoc facere in fraudem reseruationis.*

98 *Ordinari potest Clericus prima tonsura ab Episcopo beneficij etiam tenuissimi.*

99 *Nisi beneficium illud sibi in fraudem conferri curauerit.*

100 *Clericus ordinatus post cõmissum delictũ, & causã præuentã in foro laicoli nõ gaudet fori priuilegio.*

O M-

OMNIS. Famosum est, & clauis in mate-
ria Sacramenti Pœnitentiæ. Et quia mul-
ta habet dicta, communiter non summa-
tur: sed pro aliquali ipsius intellectu sic
summari potest secundum Abb. & Marian. Socin.

Quilibet doli capax tenetur saltem semel in an-
no confiteri proprio sacerdoti, vel alteri de ipsius
licentia, & Eucharistiæ Sacramentum ad minus
in Pascha recipere. Et sacerdos reuelans confes-
sionem deponendus est, & in monasterium ad
agendum perpetuam pœnitentiam detrudendus.
Diuiditur in tres partes principales. Primò statuit
de confessione semel in anno facienda, & Eucha-
ristia recipienda, nisi ex causa, & de pœna contra-
facientium, & de publicatione statuti. Secundò
de confessione facienda ex causa alieno sacerdoti.
Tertiò instruit confessorem in tribus, videlicet in
circumstantijs inquirendis, in varijs pœnitentijs
imponendis, & in peccatis occultandis, & in vlti-
mo pœnam adijcit. Secunda ibi, *si quis*, Tertia
ibi, *si sacerdos*.

1 Nota primò ex principio literæ tria requisita ad
hoc vt quis teneatur sacramẽtaliter confiteri. Pri-
mò enim exigitur vt sit fidelis, idest baptizatus;
alioquin non est capax Sacramenti Pœnitentiæ,
2 cum Baptismus sit ianua, & fundamentum omniũ
Sacramentorum, cap. Præter, §. Verùm, 32. distin.
3 cap. fin. de Presb. non bapt. Et Ecclesia in neminem
iudicium exercet, qui non prius in ipsam per Bap-
tismi ianuam fuerit ingressus, vt legitur in decreto
Concilij Tridentini sess. 14. de Sacram. Pœniten.
cap. 2. *Quid enim mihi*, inquit Apostol. 1. Corinth.
5. in fine, *de ijs qui foris sunt iudicare?* cap. Multi
2. qu. 1. cap. Gaudemus, de diuort. Vnde nec ante
4 aduentum Christi Pœnitentia erat Sacramentum,
nec est post aduentum illius cuiquam ante Bap-
tismum, vt habetur ead. sess. 14. cap. 1. Deinde
5 exigitur vt ad annos discretionis peruenerit, idest
vt sit doli capax, & sciat discernere inter bonum,
& malum secundum glos. 1. hic, Host. in princip. &
alios communiter, Syluest. in ver. Confessio, 2. n. 4.
qu. 5. Vnde infans hac Constitutione non ligatur,
cap. Eos, de consect. dist. 4. l. 1. C. de fals. mon. secun-
dum Host. & omnes: & idem in furioso, & mente
capto non habente dilucida interualla, vt per Ma-
6 rian. Socin. nu. 23. & 24 Tertiò exigitur vt aliquod
peccatum actuale commiserit: nam originale de-
letur per Baptismũ, in infantibus indistinctè, cap.
Maiores, de Baptis. in alijs verò per contritionem.
Neque enim ad suscipiendum Baptismum in adul-
tis confessio est necessaria, sed sufficit sola cordis
contritio, cap. Tres sunt, de pœnit. dist. 1. & c. Om-
nis qui, de consecr. dist. 4. secundum Host. in sum-
ma tit. de Baptis. §. Quis sit effectus, Abb. Antiq.
hic n. 2. Io. Andr. nu. 4. Henric. col. 2. vers. Aut quæ-
ris de tertio, & Marian. Socin. nu. 17. & hodie patet
ex decreto Concilij Tridentini sess. 14. de Sacram.
Pœnit. cap. 1. & ex dictis supra nu. 2. Requiritur er-
7 go peccatum actuale: nam lapsis tãtùm post Bap-
tismum Sacramentum Pœnitentiæ est ad salutem
necessarium, vt nondum regeneratis ipse Baptis-
mus, vt in d. cap. 2. sess. 14. Hic enim iustificationis
modus est lapsis reparatio, quam secundam post
naufragium deperditæ gratiæ tabulam Sancti Pa-
tres aptè nuncuparunt, cap. Secunda post naufra-
gium, de pœnit. dist. 1. Concil. Trident. sess. 6. de iu-
8 stificatione, cap. 14. Et quidem oportet vt pecca-
tum sit mortale, vt confessio sacramentalis sit ad
salutem necessaria: nam venialia peccata alijs re-
medijs deleri possunt, vt hic in glos. 2. cum qua
transeunt alij.

9 Sed tu aduerte, quia aut quæritur an habens
peccata venialia dumtaxat teneatur illa iure di-
uino confiteri ad obtinendam iustificationis gra-
10 tiam: & manifestum est non teneri, quia iustifica-
tio est translatio à statu peccati ad statum gratiæ,
vt in præalleg. decreto de iustificatione, sess. 6. c. 4.
& probat S. Thom. 1. 2. qu. 113. art. 6. At per venia-
11 lia peccata à gratia Dei non excludimur, c. Quoti-
dianis, de pœnit. dist. 3. In hac enim mortali vita
quantumuis sancti, & iusti in leuia saltem, & quo-
tidiana, quæ etiam venialia dicuntur peccata, quã-
doque cadunt, vt habetur ead. sess. 6. cap. 11. *Do-
minus autem non venit vocare iustos, sed peccatores*
Ioann. 1. cap. Libenter, de pœnit. dist. 1. *Nec est opus
valentibus medico, sed malè habentibus*, Matth. 9.
Lucæ 5 cap. Ecclesia Christi, ead dist. Vnde August.
[Ideo, inquit, do tibi pœnitentiam, quia nescio;
si te non esse peccatorem scirem, nihil tibi prodes-
sem] cap. Si quis autem, de pœniten. dist. 7. refert
12 Collectar. hic nu. 13. Quare peccata venialia quã-
quam rectè, & vtiliter citra omnem præsumptio-
nem in confessione dicantur, quod piorum vsus
demonstrat; taceri tamen citra culpam, multisq;
alijs remedijs expiari possunt: quæ sunt formalia
verba Concilij Tridẽtini sess. 14. de Sacram. Pœnit.
cap. 5. Atque ita non tenemur iure diuino illa cõ-
fiteri vt iustificemur, quia non obligamur de ijs
pœnitere, aut conteri, per quæ naufragari nõ pos-
sumus, idest damnari secundum D. Thom. Scotũ,
Palud. & alios communiter teste Syluestr. in verb.
Confessio, n. 14. nisi fortè dubitetur an aliquod ve-
13 niale sit mortale, arg. cap. Si quis autem, de pœnit.
dist. 7 aut tanto affectu quis esset in illa vt timeret
forte ut per illa ad aliquod mortale induceretur,
nisi frænum confessionis adhiberet, secundum
D. Bonauent. in 4 dist. 16. in fine, Syluest. vbi supra
vers. Tenetur tamen, & Nauarr. in man. cap. 21. nu.
14 39. Aut quæritur an habens peccata venialia tan-
tùm adstringatur præcepto positiuo Concilij Ge-
neralis de confitendo semel in anno, & arbitror
adstringi; quoniam etsi per culpam mortalem iu-
stificationis gratiam non amiserit; tamen nihil
proponitur cur non teneatur præcepto Ecclesiæ
obedire cùm possit, & peccata venialia sint mate-
ria sufficiens ad obtinendam absolutionem sacra-
mentalem, vt in d. cap. 5. aliàs esset in potestate
cuiusque declinare Ecclesiæ præceptum asserendo
se non habere peccatum mortale; & ita aperire-
tur via figmentis, & hoc edictum redderetur elu-
sorium, quod esse non debet, vt dicunt hic Host.
nu. 22. vers. Alioquin daretur via figmentis, & Io.
15 Andr. nu. 12. Cùm præsertim quilibet Christianus,
qui saltem semel in anno non confitetur, reddat se
suspectum de hæresi, vt idem Host. inquit nu. 11. &
Io. Andr. n. 3. & Card. in 1. notab. Non me latet In-
nocentium n. 4. in vet. Semel, consulere his, qui pœ-
nitentiam egerunt, & iterum non peccauerunt
mortaliter, vt quamuis non sint in peccato, nihi-
lominus semel in anno confiteantur; quia, inquit,
non debent se nimis assecurare, vt cap. Ad eius, 5.
dist. vel hic textus secundum eum loquitur de il-
lis, qui peccant, qui ad minus semel in anno con-
fiteri debent. Atque ita Innocentius videtur sen-
tire non esse in præcepto, sed in cõsilio, vt qui mor-
taliter non peccauerunt, semel in anno confitean-
tur;

tor; & cum eo transit Io. Andr. nu. 6. & fuit opinio
Scoti in 4. dist. 17. vbi tenet habentem solùm pec-
cata venialia nec vigore huius Decretalis teneri
illa confiteri: imò secundum Petr. de Palude apud
Syluestr in ver. Confessio 1. nu. 14. Papa non posset
talem obligare ad confitendum, Sed nihilominus
adhæreo supradictæ distinctioni, quam postea re-
peri consentire cum doctrina D. Thomæ in 4. dist.
17. qu. 3. art. 1. qu. 3. ait enim [Ad confessionem
dupliciter obligamur; vno modo ex iure diuino,
ex hoc ipso quod est medicina; & secundum hoc
non omnes tenentur ad confessionem, sed illi tan-
tùm, qui mortale peccatum incurrunt post Baptis-
mum. Alio modo ex præcepto iuris positiui; & sic
tenentur omnes ex ista institutione Ecclesiæ edita
in Concilio generali sub Innocentio III. tum vt
quilibet se peccatorem recognosceret, quia om-
nes peccauerunt, & egent gratia Dei, tum vt cum
maiori reuerentia ad Eucharistiam accedant, tum
vt Ecclesiarum Rectoribus sui subditi innote-
scant, ne lupus inter gregem lateat] Hæc ille.
Neque obstat quod oppositum videatur sentire
in 4. dist. 16. qu. 2. art. 2. q. 3. ad 3. vbi ait: [Alij ve-
rò dicunt, quod sufficit quod se repræsentet sacer-
doti, & se immunem à peccato mortali ostendat,
vt ad communionem admitti possit;] præceptum
16 enim Ecclesiæ est ad obligandum illos, qui habent
aliqua, quæ confiteri debeant; cadit enim sub præ-
ceptum magis taxatio temporis, quàm ipse con-
fessionis actus; vnde si alicui per gratiam collatum
esset, vt à peccato veniali immunis esset, sicut
Beatæ Virgini est collatum, non teneretur ad il-
lud præceptum; & in præalleg. qu. 3. ad 3. dicens:
Vel potest dici secundum quosdam, quod ex De-
cretali prædicta non obligantur nisi illi, qui habent
peccata mortalia, quod patet ex hoc quod dicit,
quod debet omnia peccata confiteri, quod de ve-
nialibus intelligi non potest, quia nullus omnia
confiteri potest. Et secundum hoc etiam ille, qui
non habet mortalia, non tenetur ad confessionem
venialium, sed sufficit ad præceptum Ecclesiæ im-
plendum vt se sacerdoti repræsentet, & se ostendat
absque conscientia mortalis esse, & hoc ei pro cõ-
fessione reputatur, & idem innuit ead. dist. 17. q. 3.
art. 3 qu. 3. ad 4.
Id, inquam non obstat, quia in omnibus his lo-
cis S. Doctor loquitur ex aliorum sententia, vt
ostendunt verba illa, *Alij dicunt*, secundum quos-
dam, *Vt quidam dicunt*; sed in primo loco loqui-
tur ex sententia propria, & eum sequitur, licèt lo-
17 cum non alleget, Collectar. hic nu. 3. & 6. Vel cer-
tè secundum Syluestr. in ver. Confessio primo, nu.
14. huiusmodi opiniones in veritate non sunt cõ-
trariæ, sed veræ; nam opinio Scoti, & Paludani in-
tendit vt non teneamur confiteri venialia, scilicet
omnia, & specialiter, & numeraliter; hoc enim
esset impossibile. Alia verò opinio intendit vt ra-
tione huius edicti teneamur illa confiteri in gene-
rali dicendo, Nos quidem immunes sumus à pec-
cato mortali secundum conscientiam nostram; in
multis tamen alijs deliquimus, & petimus absolu-
tionem; & ita saluatur littera huius Decretalis in
ver. Omnia, idest in generali: & hæc secundum
Syluestr. est mens S. Thomæ, licèt videatur solum
recitare aliorum sententias.
Secundò nota dictionem vniuersalem, *Omnis*,
quæ ostendit ab hoc præcepto neminem prorsus
excusari, dummodo habeat tria requisita, de qui-
bus in præced. notab. arg. cap. Si Romanorum, 19
distin. & l. 3. ff. de off. Præsid. siue sit masculus, siue
fœmina, siue in dignitate constitutus, siue priua-
tus, religiosus, clericus, vel laicus, Prælatus, vel
subditus, pauper, vel diues, nobilis, vel ignobilis,
senex, vel iuuenis, vt per Henr. Boich. post princip.
Marian. Socin. nu. 17.
18 Quærunt Doctores quid in Hermaphrodito?
Io. Andr. nu. 1. in ver. Sexus, Butr. nu. 19. Cardin. &
Anchar in 1. notab. & Socin. nu. 17. concludunt te-
neri, cum in eo vigeat eadem ratio. Adde verba
illa, *vtriusque sexus*, magis propriè verificari in
hermaphrodito, quia in alijs intelliguntur distri-
butiuè, idest siue masculi, siue fœminæ; at in her-
maphrodito verificantur copulatiuè, cùm habeat
19 vtrumque sexum. Nec ad rem pertinet in quo
sensu magis incalescat, iuxta l. Quæritur, ff. de
stat. homin. quia hæc consideratio habetur in Sa-
cramento Ordinis, & Matrimonij dumtaxat: nam
si incalesceret in sexu fœmineo, characterem non
reciperet, nec posset cum fœmina Matrimonium
contrahere, vt per Syluestr. in ver. Hermaphrodi-
tus, non autem in alijs Sacramentis, in quibus nõ
admittitur distinctio sexus.
20 Deinde quærunt Doctores an Papa adstringa-
tur huic præcepto de confitendo semel in anno, &
communicando in Paschate. Glossa videtur te-
nere partem affirmatiuam in cap. Sanè, il secondo,
in ver. Terminandam, de offic. deleg. dum asserit
Papam ligari posse à sacerdote, cui se subijcit in
confessione, Io. Andr. hic, & latius in cap. Signifi-
casti, supra de foro competen. dicit mentem huius
Constitutionis ligare etiam Papam, cùm & ipse
peccare possit, cap. Si Papa, 40. distin. & Cardin. in
1. notab. simpliciter dicit hãc litteram in ver. Om-
nis, comprehendere etiam Papam; sed Abb. hic
21 nu. 19. & Marian. Socin. nu 17. & seq. putant deci-
sionem huius quæstionis pendere ab alia, videli-
cet, an confessio sacramentalis sit de iure diuino,
necne; in quo recitant opiniones, de quibus per
per glos. in summa de pœnit. dist. 5. nam quidam
tenent confessionem in Paradiso fuisse institutam
quando Deus compulit Adam ad confitendum
peccatum. Alij in lege veteri quando Iosue præ-
cipit Achor vt crimen suum confiteretur. Alij
fuisse institutam in nouo Testamento auctoritate
Iacobi Apostoli, dicit, *Confitemini alterutrum
peccata vestra*. Demum glossa illa concludit fuis-
se institutam ex generali Constitutione Ecclesiæ;
& sic de iure positiuo; & propterea Græcos, qui
non confitentur sacerdoti, sed Deo in secreto, non
peccare. Et secundum hanc opinionem, quæ ma-
gis placet Abbati, & Mariano Soc. Papa non liga-
retur hac Constitutione.
Verùm hodie omnes huiusmodi opiniones sa-
piunt hæresim, quia à Tridentina Synodo sess. 7. de
Sacram. Can. 1. diffinitum est [Si quis dixerit Sa-
cramenta nouæ legis nõ fuisse omnia à Iesu Chri-
sto Domino nostro instituta, &c. anathema sit]
Et in specie de Sacramento Pœnitentiæ sess. 14.
can. 1. [Si quis dixerit in Catholica Ecclesia Pœ-
nitentiam non esse verè, & propriè Sacramentum
pro fidelibus, quoties post Baptismum in peccata
labuntur ipsi Deo reconciliandis à Christo Domi-
no nostro institutum, anathema sit] A Iacobo au-
tem Apostolo sacramentalis confessio non fuit
instituta, sed promulgata, vt docet S. Thom. in 4.
dist. 17. qu. 3. art. 1. qu. 5. ad 2. Erronea etiam est
alia

alia opinio, cuius meminit glos. præallegata, & Marian. Socin. d. nu. 18. videlicet confessionem fuisse institutam quando Christus sanauit leprosos, & postea dixit; *Ite, & ostendite vos sacerdotibus*. Imò enim Dominus Sacramentum Pœnitentiæ tunc præcipuè instituit cùm à morte excitatus insufflauit in Discipulos suos dicens: *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt*; vt finitiuè est diffinitum in d. cap. 1. sess. 14. & can. 3. In missione autem leprosorum ad sacerdotes fuit tantummodo figuratum, vt per D. Thom. loc. cit.

23 Itaq; quoad quæstionem propositam arbitror sic distinguendum: Aut quæritur an Papa post Baptismum lapsus teneatur iure diuino peccata sua confiteri in Sacramento Pœnitentiæ: Aut quæritur an teneatur confiteri semel in anno. Primo casu dicendum est indubiè teneri, quia peccatorũ confessio omnibus post Baptismum lapsis iure diuino necessaria existit, vt legitur in eadem sess. 14. de Sacram. Pœniten cap. 5. Cui quidem iuri diui-

24 no etiam Romanus Pontifex subiectus est; imò illud vsque ad animam, & sanguinem seruare debet, cap. Sunt quidam, 25. qu. 1.

25 In secundo autem casu concludendum est Papã vi compulsiua non ligari hoc præcepto de confitẽdo semel in anno, & communicando in Paschate; quia hæc formalitas, & præfinitio temporis est ex Constitutione Ecclesiæ, & de iure positiuo Concilij generalis, vt hic patet, iuncto cap. Etsi non frequentius, de consecr. dist. 2. & apertius ex Tridentina Synodo sess. 14. de Sacram. Pœniten. cap. 5. vbi declarans hanc ipsam Decretalem [Neque enim, inquit, per Lateranense Concilium Ecclesia statuit, vt Christifideles confiterentur, quod iure diuino necessarium, & institutum esse intellexerat, sed vt præceptum confessionis, saltem semel in anno, ab omnibus & singulis, cùm ad annos discretionis peruenissent, impleretur] Iuri autem positiuo ecclesiastico Romanus Pontifex nõ subijcitur, cap. Proposuit, de concess. præben. & est textus formalis in cap. Innotuit, vers. Quamuis autem Canon Lateranensis Concilij, de elect. tenetur tamen illud seruare ex vi directiua, & dictamine rationis, §. His ita, 25. qu. 1. & scripsi plenè post D. Thomam, & alios in cap. 1. supra de Constitut. & hoc intendit Io. And. hic num. 1. dum dicit: illud, *omnis*, de mente Papã includit; quia scilicet subest in eo ratio, quæ subest in alijs, cùm sit homo, vt inquit Collectar. nu. 16. Et quia licèt non habeat superiorem in quantum Papa, habet tamen in quantum peccator., Quæ sunt verba Syluestri in verb. Confessio, 2. nu. 5.

26 Tertiò nota ibi, *omnia*. Confessionem sacramentalem oportere esse integram: concordat decretum Concilij Tridentini sess. 14. de Sacram. Pœnit. cap. 5. & can. 7. de hoc notatur in c. Quod quidam, supra eod.

27 Quartò nota ibi, *sua*, peccata propria dumtaxat esse aperienda in confessione sacramentali, nõ autem aliena. Dicitur enim in Psalmo 31. *Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino*, vbi glossa exponit, idest peccata mea, non aliena, vt hic per Henric. Boich. col. 4. circa med. vers. Si potest: vnde non debet pœnitens eum, cum quo peccauit aliquo modo reuelare, vel detegere, vt faciunt mulieres impudicæ, quæ manifestant participes, secundum Abbatem hic num. 2. & Marian. Socin. num. 5. in tertio notab.

28 Quod tamen limitant Host. nu. 5. in ver. Sua, Io. Andr. nu. 4. in eod ver. Collectar. nu. 3. in fine, vers. Fallit tamen, Henric. Boich. col. 4. post med. vers. Aut non imminet, & Anchar. nu. 3. in 3. notab. vt non procedat si proprium peccatum non possit benè detegi absque manifestatione complicis, vt si quis cognouerit matrem, filiam, vel sororem: nam huiusmodi circumstantiæ sunt necessariò in confessione aperiendæ, vt de Peniten. dist. 5. in princip. & hæc est communis Theologorum sententia in 4. distinct. 16. vt testatur Nauarr. in Manual. cap. 7. num. 3.

Sed contrariam opinionem asserit esse veriorẽ Nauarr. ibidem, & latius in cap. Sacerdos num. 95 & 96. de Pœnit. dist. 6. Præcipuum huius sententiæ

29 fundamentum est, quia lex de non infamãdo proximum diuina naturalis est: lex autem, quæ iubet confessionis integritatem, est diuina positiua. Ergo pœnitens debet potius circumstantiam tacere, quod ad integritatem confessionis pertinet, quãm famæ proximi detrahere, quãdo alterum de duobus fieri oportet: quia ius diuinum positiuum in concursu cedit iuri diuino naturali, vt notatur in §. fin. 6 distin.

30 Alterum fundamentum est, quia secundum cõmunem opinionem, de qua itidem Nauarr. testatur in d. cap 7. nu. 3. vers. Deinde quia, pœnitens debet tacere peccatum, quod in confessione detectum sibi, vel confessori probabile damnum animæ, vel corporis, vel famæ inferret; veluti si pœnitens confessoris fratrem occidisset, & si confiteretur in genere se homicidium perpetrasse, illico sacerdos existimaret fratrem suum ab illo interfectum fuisse; aut si cognatam suam, quæ filia esset confessoris carnaliter cognouisset, & si circumstãtiam cognationis exprimeret, confessor suam esse filiam suspicaretur. His enim casibus pœnitens curare debet vt sibi tribuatur facultas confitendi alteri; sed si eam impetrare non possit, reliqua omnia peccata debet in confessione aperire, & vnũ illud reticere cum proposito illud confitendi cùm impedimentum cessauerit, secundum D. Thom. in 4. dist. 17. qu. 3. art. 4. & Altisiodoren. probatum a Maiore d. dist. 17. qu. 15. idem sentiunt Hostien. hic nu. 22. in ver. Obtineat, Io. Andr. nu. 31. & plerique alij.

Caue tamen quia Nauarr. citat pro sua opinione Innocen. & Hostien. hic, sed ego nusquam reperi Innocentiũ hoc tenere in hac Decretali, & Hostiensis tenet manifestè oppositum d. n. 5. imò fuit auctor contrariæ sententiæ, prout illi eam tribuũt Io. Andr. Collectar. & alij præallegati: vnde contra Nauarrum est communis sententia non tantũ Theologorum, sed etiam Canonistarum. Eius tamen fundamenta valde vrgent.

31 Quintò nota vnam, & candem clausulam secũdum diuersos respectus diuersimodè esse accipiẽdam: simile in cap. Cum capella, & ibi glos. 1. de priuileg. & notat glos. in c. Capitulum sanctæ Crucis, in ver. Relaxetis, supra, de rescript. & Marian. Socin. in cap. 2. in 4 notab. de foro compet. Nam verba illa, *postquam ad annos discretionis peruenerit*, respectu Sacramenti Pœnitentiæ intelliguntur de doli capace, vt dictum est supra in 1. notab. quod vt plurimum contingit circa septennium, in qua ætate multa peccata perpetrantur, vt in cap. 1. & 2. de delict. puer. secundum Abb. hic num. 9. Syluest.

Sylnest. in verb. Confessio, 2. num. 4. quæst. 5. & fusiùs explicat Nauarr. in Man. c. 21. n. 33.

33 Respectu verò Eucharistiæ ea verba intelligit Abb. de pubere; obseruatur enim vt Eucharistia non exhibeatur pueris ante pubertatem, quę obseruantia non est mala propter reuerentiam tanti Sacramenti, vt hic per eum nu. 9. vers. Et aduerte. Sed Nauarr. vbi sup. post Maiorem in 4. dist. 17. q. 2. asserit decentem consuetudinē esse, vt pueri vno, aut altero anno priùs incipiant confiteri, quàm communicent, quò maiori cum reuerentia id faciant. Atque ita ex mente ipsorum Eucharistia pueris exhibetur circa nonum ætatis annum. S. Th. in 3. par. q. 8. art. 9. ad 3. Simpliciter docet hoc Sacramentum posse pueris conferri quando iam incipiunt aliqualem vsum rationis habere vt possint deuotionem concipere huius Sacramenti. Sed ibi Caiet. primò aduertit circa communionem puerorum, & puellarum cum ad annos discretionis peruenerint iuxta cap. Omnis vtriusque. Iudicium de initio discretionis debere à parentibus, & confessore fieri: A parentibus quidem, quoniā continua conuersatione experiuntur an filius, seu filia sciat discernere panem spiritualem à materiali; & tunc præparare se ad Sacramentum: A Confessore verò, quoniam in ipsa confessione potest aduertere quantum discretionis, aut deuotionis possit inesse. Et mox subdit, nimiam cautelam à parentibus adhiberi, qui non exponunt puellas decem annorum ad communionem. Et quamuis pueri, ac puellæ ipsæ excusari videantur ob parentum imperium, Confessore non præcipiente; parentes tamen non excusari. Verùm Sylnest. in ver. Eucharistia, 3. nu. 7. vers. Septimum, post Petr. & Aureolum, dicit sacram Communionem dari posse pueris incipientibus habere discretionē ante perfectam ætatem, puta cùm sunt decem, vel vndecim annorum, si in eis signa discretionis, & deuotionis appareant; & in hoc standum esse arbitrio boni viri.

34 Itaque anni discretionis, de quibus hic loquitur Concilium, recipiunt latitudinem, & extensionem à subiecta materia, sicut ad contrahendum matrimonium, & professionem emittendam de iure communi intelliguntur post pubertatem, cap. 2. supra de desponf. impub. & cap. 1. de regul. lib. 6. Et quoad bonorum administrationem post annum ætatis vigesimum quintum, vt ff. de minor. per totum secundum Hostien. hic num. 2. Ioan. Andr. n. 3. & Abb. n. 9. qui constituunt tres gradus annorum discretionis.

An autem non habentibus totaliter vsum rationis Eucharistia exhiberi possit, distingue secundū D. Thom. in 3. par. q. 80. art. 9. Aut numquam habuerunt vsum rationis, sed sic à natiuitate permanserunt; & talibus non est hoc Sacramentum exhibendum, quia in eis nullo modo præcessit huius Sacramenti deuotio. Aut non semper caruerunt vsu rationis; Et tunc si prius dum erant mentis compotes apparuit in eis deuotio huius Sacramenti, debet eis in articulo mortis exhiberi, nisi fortè timeatur periculum vomitus, vel expuitionis. Sequitur Syluest. in verb. Confessor, 3. num. 16. & fusiùs in ver. Eucharistia, 3. nu. 7. vers. Nonum, & probatur in cap. Is quis, 26. qu. 6. quod est Concilij Carthaginensis cap. 76. vbi sic legitur: [Is, qui infirmitate pœnitentiam petit, si casu dū Sacerdos ad eum inuitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim conuersus fuerit, dent testimonium, qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam; & si cōtinuò creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius Eucharistia.] Vbi Archidiaconus hoc ampliat etiamsi prius Eucharistiam non petijsset: & concordat Syluest. d. vers. Nonum, & Nauarr. in Manual. cap. 26. num. 27. Facit textus in c. Qui recedunt, de consecr. dist. 2.

35 Sextò nota ibi, *solus*. Pœnitentem debere peccata sua confiteri solum. Vnde plures ad confessionem non sunt simul recipiendi: nec pœnitens debet alium secum adhibere, vt hic notant Host. num. 7. Anton. de Butr. num. 3. Petr. de Anchar. n. 4. & Marian. Socin. num. 5. Imò Io. Andr. num. 5. post Gofred. appellat pessimam consuetudinem, secundum quam plures ad pœnitentiam accedebant, vt
36 in cap. Quamuis, de pœnit. dist. 1. Quod tamen limitat Innocen. in princ. nisi esset surdus, vel mutus, vel ita æger vt sine periculo loqui non posset, vel nisi esset alterius linguæ, quàm Confessor; quia tunc per scripturam, vel per alium confiteri posset: & sequitur Abb. Antiq. in princ. Ioann. Andr. nu. 7. Henr. Boich. post princ. Card. num. 1. Anchar. in 6.
37 notab. & Marian. Soccin. num. 25. Intellige dummodo coram Sacerdote corporaliter se sistat, & præsens absoluatur, alioquin nec muto liceret in absentia per epistolam, vel nuncium confiteri, aut absolutionem obtinere. Ad hoc cap. Quem pœnitet, de pœniten. distinct. 1. vbi Leo Papa: [Quem pœnitet omnino pœniteat, & dolorem lacrymis ostendat, repręsentet vitam suam Deo per Sacerdotem, præueniat iudiciū Dei per confessionem; præcepit enim Dominus mundandis vt ostenderent ora Sacerdotibus, docens corporali præsentia confitenda peccata, non per nuncium, non per scriptum manifestanda: Dixit enim ora monstrate & omnes, non vnus pro vobis; non alium statuatis nunciū, qui pro nobis offerat munus à Moyse statutum; sed qui per vos peccastis, per vos erubescatis.] Pondera illa verba, *Corporali præsentia, ora monstrate, & per vos erubescatis*: quæ etiam à muto per seipsum impleri possunt, ac debent. Prę-
38 terea Clemens VIII. auditis votis Patrum Theologorum, & tecum S. R. E. Cardinalibus contra hæreticam prauitatem generalibus Inquisitoribus maturè, ac diligenter considerata, hanc propositionem, scilicet licere per literas, seu internunciū Confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere, ad minus vti falsam, temerariam, & scandalosam damnauit, ac prohibuit; præcepitque ne quis deinceps eandem propositionem publicis, priuatisque lectionibus, concionibus, & congressibus doceat: neue vnquam tamquam aliquo casu probabilem defendat, imprimat, aut ad praxim quouis modo deducat; alioquin præter excommunicationem latæ sententiæ, quam ipso facto incurrat, & à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quoquam etiam Maiori Pœnitentiario, nisi à Romano Pontifice absolui; alijs etiam pœnis arbitrio infligendis subiaceat, vt in litteris publicatis die 19. Iulij 1602. quæ habentur in Bul-
39 lar. tom. 3. pag. 535. Pondera illa verba, *neue vnquam tamquam aliquo casu probabilem*, quæ ostendunt nullum prorsus casum dari posse, in quo aliquis siue mutus, siue æger, siue alterius idiomatis in absentia sacramentaliter confiteri possit, aut à

Sacer-

Sacerdote absente absolutionem validè obtinere,
etiamsi prius præsens confessus fuisset, vt per Card.
Tolet. in Summ. lib. 3. cap. 6. Gregor. de Valen. p. 3.
disput. 7. q. 1. pun. 1. §. Quod autem, & Suarez to. 4.
disput. 19. sect. 3. n. 7.

40 Septimò nota ibi, *ad minus in Pascha*. Sacram
Eucharistiam non esse sumendam pluries in anno
ex necessitate præcepti, sed semel tantùm, atque
ita sublata est dispositio cap. Etsi non frequentius
de consecr. dist. 2. quo vnusquisque tenebatur ter
saltem in anno recipere Corpus Christi, videlicet
in Pascha, Pentecoste, & Natali Domini. Hodie
41 enim non tenetur nisi in Pascha. Et pro Pascha
intellige octo dies ante, vel post Dominicam Re-
surrectionis. Declarauit enim Eugenius IV. sa-
tisfactum esse huic Canoni si in hebdomada San-
cta, vel infra octauam Paschæ Resurrectionis Do-
minicæ secundum meliorem dispositionem con-
scientiæ, & apriorem mentis deuotionem fideles
Sanctum Eucharistiæ pignus suscipiant, vt in Con-
stitutione, quæ incipit, Fide digna, edita die 8. Iu-
nij 1440. & habetur in Bullar. tom. 1. pag. 200.

42 Porrò Regulares habentes facultatem mini-
strandi Eucharistiam præterquam in die Pascha-
tis, sicut in specie habet fratres Minores, non pro-
hibentur illam ministrare intra Dominicam Pal-
marum, & Dominicam in Albis. Sed ita com-
municantes non satisfaciunt præcepto Ecclesiæ.
43 Ipsa verò die Resurrectionis nec ipsi quidem, qui
die Iouis Sancti de manu Parochi Eucharistiam
sumpserunt deuotionis causa, possunt illam sume-
re de manu Regularium, vt S. Congregatio Conci-
lij declarauit die 23. Ianuarij 1586.

44 Omittentes verò huic præcepto satisfacere non
tantùm peccant mortaliter, vt per Nauarr. in Ma-
nual. c. 21. n. 45. Sed etiam sunt de hæresi suspecti
secundum Hostien. hic in princ. & Ioan. Andr. n. 3.
Hoc enim est signum hæresis, & malæ credentiæ, vt
per Franc. Pennam in direct. Inquisit. p. 3. Comm.
24. & Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 6.
num. 27.

45 Cæterum quamuis ex necessitate præcepti se-
mel tantùm in anno sit communicandum; tamen
vt legitur in decreto Concilij Tridentini sess. 22. de
Sacrif. Missæ cap. 6. Optaret sacrosancta Synodus
vt in singulis Missis fideles adstantes non solum
spirituali affectu, sed Sacramentali etiam Eucha-
ristiæ perceptione communicarent, quo ad eos
sanctissimi huius Sacrificij fructus vberior proue-
niret. Et hoc est quod innuit hic Concilium La-
teranense in verb. Ad minus: quasi dicat bonum
est pluries recipere, sed ad minus in festo Pascha-
tis, vt explicat Abb. num. 2. in 3. notab.

An autem Episcopo præscribere volenti certa
tempora, nempe dies Dominicos, quartam, & sex-
tam feriam, quibus liceat viris laicis, coniugatis,
negotiatoribus, & mulieribus etiam non coniu-
gatis sanctissimam Eucharistiam sumere ob irre-
uerentiam, quam posset quotidiana huius Sacra-
menti sumptio in sua diœcesi parere, obstet decre-
tum d. cap. 6. sess. 22. Die 9. Ian. 1587. Sacra Con-
gregatio Concilij respondit non obstare absolutè
doctrinam Concilij; sed Episcopum non posse di-
cta tempora præscribere.

45 Octauò nota ibi, *de proprij Sacerdotis consilio*,
tempus Paschale hic præfixum ad sacram Com-
munionem suscipiendam posse à proprio Sacer-
dote ex causa prorogari.

Prosp. Fagn. in 2. par. 5. lib. Decretal.

Hinc S. Congregatio Concilij consulta, An ad-
uersus eos, qui temporibus ab Ecclesia statutis ad
Confessionis, & Eucharistiæ Sacramenta accedere
negligunt, & pœnas iuris vtriusque sexus de pœ-
nit. & remiss. contemnunt, liceat Episcopo etiam
ad excommunicationem procedere, & pro satisfa-
ctione pœnas pecuniarias pio loco applicādas in-
iungere; & an expediat talem absolutionem Epi-
scopum sibi reseruare: Ad primum respondit li-
cere, nisi fortè de proprij Sacerdotis consilio ex
rationabili causa huiusmodi perceptio ad tempus
dilata sit. Ad secundum respondit posse iniungi
eleemosynas pio loco applicandas: Ad tertium
non expedire.

Sed cum Episcopus petijsset à S. Congregatione
Concilij vt tempus communicandi intra Domi-
nicam Palmarum, & in Albis prorogaretur à die
Cinerum ad Dominicam in Albis ob populi fre-
quentiam, exiguum numerum Sacerdotum, & ne-
cessitatem agricolarum post Pascha: S. Congre-
gatio censuit nihil noui decernendum, cum ipse
possit id tempus ex causa prorogare.

47 Porrò ex consuetudine in aliquibus diœcesibus
tempus Paschale extenditur ab initio Quadrage-
simæ vsq; ad decimumquintum diem post Pascha,
vt testatur Henriquez in Summa lib. 8. cap. 5. §. 1.
Et in Insulis Philippinis fideles ex Indulto Apo-
stolico ob Sacerdotum paucitatem, & populi fre-
quentiam quolibet anni die præcepto Ecclesiæ sa-
tisfaciunt ad viginti annos, & durante necessitate
iudicio Episcopi, vt reperi adnotatum in libris pu-
blicis S. Congregationis tomo 23. post pag. 546.

48 Nonò nota ibi, *diligenter inquirens, peccatoris
circumstantias, & peccati*: non tantùm peccata
ipsa, sed etiam illorum circumstantias esse in con-
fessione aperiendas, vt hic, & in cap. Deus qui, su-
pra eod. cap. Sicut dignum, de homicid. & c. Con-
sideret, de pœnit. dist. 5. Sed insignis est controuer-
sia de quibus circūstantijs hoc intelligitur: multi
enim existimant esse in confessione exprimendas
non tantùm circumstantias, quæ mutant speciem
peccati, sed etiam illas, quæ notabilem quantita-
tem peccato addunt, seu, vt alij explicant, quæ no-
tabiliter peccatum aggrauant. Cuius sententiæ
sunt Altisiodorensis, Alexander de Ales, Marsilius,
Caietanus, Victoria, Sotus, Suarez, & alij. Et ex
Canonistis Innocen. hic sub num. 1. ibi, *cum om-
nibus circumstātijs, quæ peccatum aggrauant*. Henr.
Boich. col. 3. in princip. vers. Aut quæris de quinto,
post Hostien. in Summa hoc tit. §. Qualis debet,
sub §. Integra, & Io. de Friburgo in Summa Con-
fess. eod. tit. qu. 81. Vtrum teneamur confiteri, &
& quæst. seq.

49 Sed contra plerique arbitrantur esse aperienda
in confessione illas tantùm circumstantias, quæ
mutant speciem peccati. Quod censent S. Thom.
S. Bonauen. S. Antonin. Scotus, Durand. Palud.
Gabr. Hadr. Turrecr. Syluest. Couarr. & alij com-
plures. Et hanc opinionem testatur esse probabi-
liorem S. Thomas in 4. dist. 16. q. 3. art. 2. quæst. 5. &
S. Bonauen. dist. 17. art. 2. q. 3. n. 133. veriorem Syl-
uest. in ver. Confessio, 1. num. 10. Item veriorem
Collect. hic n. 12. in fine, communiorem, & pro-
babiliorem Nauarr. in Man. cap. 6. num. 6. vers. In-
fertur octauò, vbi ostendit oppositam sententiam
esse multis difficultatibus, scrupulis, & periculis
obnoxiam; & pluribus hanc partem tuetur. Cui
hodie apertè suffragatur Concilium Tridentinum

R sess. 14.

sess. 14. de Pœniten. Sacram. cap. 5. vbi S. Synodus
docet eas circumstantias in confessione explican-
das esse, quæ speciem peccati mutant quod fine
illis peccata ipsa neque à pœnitentibus integrè ex
ponantur, nec iudicibus innotescant, & fieri ne-
queat, vt de grauitate criminum rectè censere
possint, & pœnam, quam oportet pro illis, pœni-
nitentibus imponere; & can. 7. [Si quis dixerit in
Sacramento Pœnitentiæ ad remissionem pecca-
torum necessarium non esse iure diuino confiteri
omnia, & singula peccata mortalia, &c. & circum-
stantias, quæ peccati speciem mutant, anathema
sit] Quo decreto non obscurè docuit Concilium
circumstantias notabiliter aggrauantes non esse ex
necessitate exprimendas; tum quia includendo
circumstantias, quæ peccati speciem mutant, vi-
detur omnes alias ab huiusmodi obligatione ex-
cludere, arg. l. Cum ita legatum, ff. de condit. & de-
monstr. l. Cum lex, ff. de legib. & l. Maritus, C. de
procur. tum quia cum ibi tradat doctrinam de
integritate confessionis sacramentalis, doceatque
necessarium esse confiteri omnia, & singula pecca-
ta, & circumstantias, quæ peccati speciem mutãt;
vtique supposuit alias circumstantias ad integri-
tatem confessionis non pertinere; alioquin do-
ctrinam non integram tradidisset, & reliquisset in-
definitum articulum tantoperè necessarium vni-
50 cuique fidelium ad remissionem peccatorum ob-
tinendam, quod non est dicendum. Cæterum
sub nomine circumstantiarum, quæ peccati spe-
ciem mutant, Concilium videtur intelligendum
etiam de illis circumstantijs, quæ de bono, vel in-
differenti faciunt mortiferum, vel de veniali mor-
tale, vel speciem vnius mortalis in aliam mutant,
vt fusè explicat Nauarr. in Man. d. cap. 6. nu. 3. vers.
Et quamuis prædictum Concilium.
51 Decimo nota ibi, *qui peccatum*, sacerdotem in-
cidere in pœnam hic statutam non tantùm reue-
lando peccatorem, sed etiam peccatum in confes-
sione sibi detectum: quod secundum Abb. hic n. 8.
in vltimo notab. est contra simplices, qui asserunt
peccatum impunè posse reuelari, sed non peccato-
rem. Hunc articulum plenè examinaui in c. Offi-
cij supra eod. vbi videas.
52 Vltimò nota confessionem sacramentalem esse
faciendam proprio sacerdoti dumtaxat, non autẽ
alieno, nisi de proprij sacerdotis licentia petita, &
obtenta, concordat cap. 2. infra eod. lib. 6 & dicunt
DD hoc esse intelligendum non solùm cum quis
confitetur semel in anno vt satisfaciat præcepto
Ecclesiæ, sed etiamsi pluries, vt hic per Abb. in 7.
53 notab. Et benè, quia confessio sacramentalis est
actus iudicialis, non autem nudum ministerium
pronunciandi, & declarandi remissa esse peccata,
vt est diffinitum à Concilio Tridentino sess. 14. de
Sacram. Pœnit. can. 9. Natura autem, & ratio iudi-
54 cij postulat vt sententia in subditos dumtaxat fe-
ratur, cum non à suo iudice ligari nullus valeat, vel
absolui, cap. Quod autem, supra eod. cap. At si Cle-
rici, de iudic. l. 1. C. Si non à compet. iud. cum suis
concordan. vnde persuasum semper in Ecclesia
Dei fuit, & Tridentina Synodus verissimum esse
confirmauit dicta sess. 14. cap. 7. nullius momenti
absolutionem eam esse debere, quam sacerdos in
eum profert, in quem ordinariam, aut subdelega-
tam non habet iurisdictionem.
55 Dicitur autem proprius sacerdos, cui cura Pa-
rochialis Ecclesiæ est commissa siue ut Rector, si-
ue Vicarius, cap. 1. & fin. supra de offic. Vicar. cap.
Quia nonnulli, de Cler. non resident. secundum
56 Host. hic nu. 12. in ver. Proprios & cura est vigil, &
onerosa, ac sollicita custodia animarum commissa
alicui vt curet ne pereant, sed saluentur, quæ com-
petit ex lege, vel commissione canonica, aut con-
suetudine, seu præscriptione per Sedem Apostoli-
cam non improbata, cap. intelleximus, §. fin. supra
de ætat. & qualit. cap. 1. de offic. Archid. & de offic.
Archipresb. cap. vnico, de offic. Primicer. cap. Pro
humani, de homicid. lib. 6. cap. Qui Episcopatum, 8.
qu. 1. & ita curam magistraliter diffiniunt, & per
partes explicant Hostien. n. 13. & Io. Andr. n. 8. cir-
ca fin. vers. Aut quæris de secundo, Cardin. num. 5.
Marian. Socin. nu. 28.
In specie autem proprij sacerdotis nomine præ-
ter Presbyterum Parochialem intelliguntur Papa,
qui est Maximus, & Summus Sacerdos, Legatus
in Prouincia, & eius Pœnitentiarius, Episcopus, &
illius Vicarius Generalis, & Archipresbyter Maio-
ris Ecclesiæ: nam vnusquisque ex prædictis sacer-
dos proprius immediatè dicitur; & sic si ab alte-
ro ipsorum obtineat quis licentiam, sufficit, vt hic
notant Hostien. nu. 25. in ver. A proprio sacerdote,
Io. Andr. nu. 22. in eod. ver. Henric. Boich. & Card.
loco cit. Anch. in 7. notab. & Marian. Socin. nu. 30.
plenius idem Hostien. in summa eod. tit. §. Cui cõ-
fitendum, Io. Andr. & DD. in cap. 3. §. Confessiones
supra de offic. Archipresb.
57 Regulares verò habent licentiam audiendi cõ-
fessiones sæcularium à Papa, & sic à proprio, &
summo Sacerdote, vt in Clem. Dudum, §. Statui-
mus, de sepultur. & consequenter qui illis confitẽ-
tur, satisfaciunt præcepto Ecclesiæ, de quo hic, nec
tenentur iterum confiteri parochiali Presbytero,
vt est tex. in Extrauag. Vas electionis, de hæret. vbi
damnatur error Ioannis de Pollaco Doctoris Pari-
siensis, qui oppositum adstruebat.
58 Imò cùm Archiepiscopus Salernitanus dubitas-
set an posset Episcopus mandare ne quis tempore
Paschatis confiteatur Fratribus Mendicantibus,
nisi de proprij Parochi licentia, iuxta textum hic
attenta Constitutione Sixti IV. quæ Incipit, Vices
illius, de treg. & pace, in Extrauag. Commun. voca-
ti fuerunt Fratres Obseruantes S. Francisci; & cùm
exhibuissent compendium priuilegiorum suorum
pag. 2. ver. Ioannes XXII à tergo apparuit Regula-
ribus istis datam facultatem audiendi confessio-
nes etiam tempore Paschatis; & ita censuit Sacra
Congregatio Concilij ex eo loco necessariò in-
ferri.
59 Hodie ex decreto Concilij Tridentini c. 15. sess.
23. nullus Presbyter etiam Regularis potest con-
fessiones sæcularium etiam sacerdotum audire,
nec ad id idoneus reputatur, nisi aut parochiale
beneficium obtineat, aut ab Episcopo idoneus
60 iudicetur. Vnde eo decreto sublata est dispositio
textus nostri in ea parte, in qua statuit vt sacerdos
alienus possit audire confessiones de licentia pa-
rochialis presbyteri: hodie enim in sacerdote non
parocho huiusmodi licentia non sufficit, sed requi-
ritur licentia, & approbatio Episcopi. Item eo
61 decreto ea sententia S. Congregationis restringitur
quod statutum fuerat in d. Clem. Dudum, §. Statui-
mus; nempe vt Regulares approbati ad audien-
das confessiones à suis superioribus possent audi-
re confessiones sæcularium, etiam sine licentia
Ordinariorum, si tamen illam petijssent, & sine iu-
sta

sta causa ab ipsis non obtinuissent.
61 Verumtamen decreto d.cap.15.nō comprehenduntur Regulares ratione suorum subditorum
62 Regularium, vt S Congregatio respondit; ex cuius
63 etiam sententia Prælati regulares, sine alij Religiosorum confessores audire possunt confessiones
sæcularium, qui sunt de familia, & continui commensales; non item eorum, qui deseruiunt in eorum monasterijs: ad hoc cap.11.in princip.sess.25.
de Regular.
64 Et cùm Fratres monasterij S Dominici de Lago
Imolen.diœcesis declarari postulassent, An ipsis liceret, præsertim ex suis priuilegijs, audire confessiones virorum, & mulierum professorum Tertij
Ordinis S.Dominici, eisque in Paschate Sacramētum Eucharistiæ ministrare, Viaticum præbere, atque extremam Vnctionem ministrare. S. Con-
65 gregatio considerauit, præsupposito quod huiusmodi professi eodem iure censeantur cum alijs
66 professis tertij Ordinis S.Francisci, de quibus in glos.in Clem.Cum ex eo,de senten.excom.eorum
non esse aliquam Religionem, sed modum quemdam viuendi approbatum à Sede Apostolica, nec
dici plenè translatos ad Ordinem, itaut desinant esse de sæculo, Card.in Clem. Per litteras, nu.9. de
præben. Quod cum ita sit, non magis horum, quā aliorum sæcularium confessiones prædictos religiosos audire posse, iuxta cap.15.sess.23.vbi priuilegijs quibuscumque derogatum est, & amplior
derogatio habetur in Bulla Pij IV. reuocatoria omnium priuilegiorum sub quibusuis formulis in
his, quæ Sacro Tridentino Concilio sunt contraria: ex quo sequitur tales Religiosos non esse proprios sacerdotes horum professorum; ac proinde
non posse eisdem Sacramentum Pœnitentiæ, vel Eucharistiæ in Paschate ministrare, iuxta c. Omnis vtriusque sexus, de pœnit.& remiss.idemque iuris esse de Viatico: siquidem præcedente confessione exhiberi debet, cap.7.de præpar.quę adhibenda est, &c. sess. 13. in decreto de Sanctissimo
67 Euchar Sacramento. De extrema Vnctione non
esse iudicium Congregationis, sed tamen constare eius administrationem sicut aliorum Sacramētorum pertinere ad parochum, de cuius parochia
dicuntur esse tales professi, nisi speciali priuilegio
sint exempti.
68 Porrò Regulares, qui Clericis, aut laicis Sacramentum Vnctionis extremæ, vel Eucharistiæ ministrare, Matrimoniaue solemnizare præsumunt,
non habita super his parochialis presbyteri licentia speciali, suo ipso facto excōmunicati per Clem.
Religiosi, de priuileg.
69 QVERO, An Monachi ad confessiones personarum sæcularium audiendas à suis tantùm superioribus Regularibus approbati in locis, in quibus
ijdem superiores vtramque iurisdictionem in parochos, & parochianos exercent, possint audire
confessiones confluentium ex aliena diœcesi.
Ad hoc dubiū, quod aduersus Monachos Cassinenses proposuit S. Congregationi Concilij D.
Vulpius Archiepiscopus Theatinus, videtur affirmatiuè respondendum: nam aut Archiepiscopus
contendit Regulares etiam legitimè ab Ordinario approbatos ad confessiones sæcularium audiendas non posse in loco, vbi sunt approbati, audire confessiones alterius diœcesani, Aut contendit Monachos Cassinenses non posse approbari ad
confessiones sæcularium audiendas à suis superioribus Regularibus, sed debere à seipsis approbari,
cùm intra suæ diœcesis fines existant.
70 Si primum, videtur respondendum dictos Regulares posse audire confessiones etiam diœcesanorum Archiepiscopi: quia etiamsi de iure communi nullus sacerdos possit absoluere pœnitentē
sibi non subditum, etiam in illa diœcesi, in qua
est approbatus, vt per DD.in Clemen.Dudum, de
sepult. vbi in specie post Paul.notant Card.num.2.
vers.Quinto nota, & Anchar.nu.2. vers.Tertiò du-
71 bitatur: imò nulla possit consuetudine introduci, vt aliquis præter sui superioris licentiam confessorem sibi eligere valeat, vt legitur in cap.2.de
pœniten.& remiss.lib.6. etiamsi sit tanti temporis,
cuius initij non extet memoria, vt ibi tradit Gem.
col.1.vers.Quarto circa secundum, & Franc. col.1.
vers.Tertio nota.
72 Aliud tamen videtur dicendum in casu præsenti, cùm Monachi Congregationis Cassinen. ab
Ordinario approbati ex priuilegio Eugenij IV.
possint audire confessiones alterius diœcesani,
73 etiam Inuito Episcopo. Potuisset autem Summum
Pontificem tribuere hanc facultatem, admittunt
omnes sine delectu in hac Decretali: & dicit
Franch.in d.cap.2.vers.Tertiò nota. In hoc esse
maioris potentiæ priuilegium, quàm consuetudinem: & probatur apertè in cap.fin.iuxta eod. imò
contrariam opinionem vti erroneam, & periculosam in fide damnauit Ioannes XXII in Extrauag.Vas electionis, de hæret. vt dixi supra n.57.
Neque verò d.priuilegio Eugenij IV. quidquā
obstat Concilium Tridentinum cap.15.sess.23.nā
74 ibi tantum disponitur non posse Regulares sæcularium etiam sacerdotum confessiones audire,
nisi fuerint legitimè approbati. An autem quando sunt legitimè approbati possint in loco, vbi approbati sunt, audire confessiones alterius diœcesani necne, hoc ibi Concilium non declarat. Atq;
ita Concilium d.cap 15.nihil statuisse de hoc casu
supponit clarè Nauarr.in repet. cap. Placuit, n.43.
de pœnit.dist.6. vbi dicit per d. cap.15 non adimi
sæcularibus potestatem deligendi confessarium
probatum, quamuis alioqui esset alienus: ideoque
75 & aliàs cùm in S. Congregatione fuisset disputatū,
an exempti, qui ex priuilegio cap.fin. de pœnit. &
remiss. possint etiam in aliena diœcesi confiteri sacerdoti sibi non subdito, possent post Concilium
eligere quemcumq; sacerdotem etiam à suo Ordinario non approbatum: Congregatio censuit
referendum Sanctissimo. Et Sanctitas sua audita relatione Congregationis non reuocauit in dubium, an possent confiteri sacerdoti non subdito;
sed tantùm respondit huiusmodi sacerdotē oportere esse ab illius Ordinario approbatum. Atque
ita Sanctissimus probauit priuilegium ante Concilium obtentum de confitendo sacerdoti extra
diœcesim non fuisse à Concilio sublatum, dummodo idem confessarius fuerit aliàs legitimè approbatus à suo Ordinario.
Obseruandum est enim ante Cōcilium vnicum
fuisse impedimentum, quia nemo poterat confiteri alieno sacerdoti sine proprij sacerdotis licentia, vt patet in hac Decretali: sed hodie ex Concilio additum est alterum in d.cap.15.sess.23.idest
vt nemo sit idoneus ad confessiones sæcularium
audiendas, nisi parochiale beneficium habeat, vel
sit approbatus ab Episcopo. Et quidem primum
impedimentum de non eligendo sacerdote alieno

remansit in dispositione iuris communis; ideoq; potuit tolli per priuilegium ante Concilium, quia Concilium non sustulit nisi priuilegia, quæ aduersantur impedimento à se imposito, non autem quæ aduersantur dispositioni iuris cõmunis. Quare vt Monachi Casinen. non approbati ab Ordinario audiant confessiones, repugnat Cõcilium in d.cap.15. Vt approbati audiant confessiones sibi non subditi; non Concilium, sed ius commune repugnat. Impedimentum Concilij non adest, quia Monachi Casinen. hoc casu possunt approbari à suis superioribus regularibus ad confessiones personarum sæcularium audiendas, nec est opus approbatione Episcopi, vt inferius dicetur. Impedimentum iuris communis est sublatum priuilegio Eugenij IV. ergo nihil eis obstat quominus possint pœnitentes sibi non subditi confessiones audire.

76 Sin autem Archiepiscopus contendat dictos Regulares non posse approbari ad cõfessiones audiendas à suis superioribus regularibus, sed debere à seipso vti diœcesano, approbari; adhuc nihil videtur obstare, quin Monachi prædicti in locis, vt supra, sibi subiectis possint audire confessiones alterius diœcesani; quamuis enim etiam subditi inferiorum exemptorum licentiam audiendi confessiones petere ab Episcopo debeant, vt sæpius censuit S. Congregatio, & præcipuè in
77 causa Feretrana: hoc tamen non procedit in illis monasterijs Congregationis Casinen. quorum Abbates in locis sibi subiectis vtramque iurisdictionem exercent in parochos, & parochianos, vt probatur apertè in cap. 11. sess. 25. de regular. vbi in monasterijs, quibus imminet animarum cura personarum sæcularium, tam sæculares, quàm regulares huiusmodi curam exercentes, subijciuntur immediatè iurisdictioni Episcopi diœcesani in his, quæ ad dictam curam, & sacramentorum administrationem pertinent: & statuitur, ne aliqui etiam ad nutum amouibiles ad dictam curam deputentur, nisi de consensu Episcopi, & præuio illius examine. Ac deinde in vers. Excepto à dicta regula excipiuntur specialiter monasteria, seu loca, in quibus Abbates episcopalem, ac temporalem iurisdictionem in parochos, in parochianos exercent.

Quamobrem si Monachi in prædictis locis non subsunt Episcopo in concernentibus omnium sacramentorum administrationem, & deputari possunt ad totam curam animarum exercendam sine illius consensu, & examine: ergo nec eidem subsunt, nec egent illius approbatione pro administratione solius Sacramenti pœnitentiæ: nam à quocumque remouetur genus, remouetur quælibet eius species, iuxta textum in cap. nam concupiscentiam, quem ad hoc ponderat Io. de Imola de constitut. & in l. Si causa cognita, iuncta glos. in ver. Peremissi, C. de transact. & quod iuris est de toto quoad totum, &c. l. Quæ de tota, in princip. ff. de rei vendic. & cap. Pastoralis, §. Item cùm totũ, vbi glos. & DD. notant de præscription. cum concordant.

Et confirmatur, quia strictiùs subijciuntur Episcopo regulares curam animarum administrãtes, quàm administrantes solùm Sacramentum Pœnitentiæ.

Siquidem primo casu puniri possunt ab Episcopo si delinquant in concernentibus curam animarum, & Sacramentorum administrationem, vt constat ex d. cap. 11. At in secundo regulares non curati delinquentes in administratione Sacramenti Pœnitentiæ, puniri non possunt ab Episcopo in vim Concilij, vt sæpius Sacra Congregatio declarauit, licèt hodie puniri possint in vim Constitutionis Gregorij XV. de exemptor. priuileg. Ergo si Monachi in casu, in quo magis subsunt Episcopo, pro exercenda cura animarum in locis, vbi vtramque iurisdictionem exercent, non egent illius approbatione; longè minus dicendi sunt egere huiusmodi approbatione in casu, in quo minus subsunt pro confessionibus audiendis: atque ita cap. 15. sess. 23. limitatur ex d. cap. 11. sess. 25. de regular.

Vnde tempore Cardinalis Aiciati, cùm Abbas Monasterij S. Eliæ de Carbono Anglonen. Diœcesis exercens vtramque iurisdictionem in Parochos, & parochianos dicti oppidi dubitasset an presbyteri eiusdem oppidi ab Episcopo Anglonen. approbari deberent ad confessiones audiendas ex cap. 15. sess. 23. An verò ab ipso Abbate ex cap. 11. sess. 25. de regular. S. Congregatio censuit mittandum supplicem libellum ad Episcopum, contra quem tamen inclinauit. Tempore verò Cardinalis Carafæ, cùm Militea S. Ioannis Hierosolymitani habentes in oppido Maragglj iurisdictionem temporalem, & spiritualem, dubitarent, an ipsis prohibitum esset in eodem oppido sacerdotes ad confessiones audiendas approbare; S. Congregatio respondit non esse prohibitum.

Non obstat quòd in d. cap. 11. in fine preseruetur ius illorum Episcoporum, qui maiorem in prædicta loca, vel personas iurisdictionem exercent; quia de exercitio huius maioris iurisdictionis hactenus non docuit Archiepiscopus.

78 Successiuè QVAERO, An regulares in aliqua diœcesi ad confessiones personarum sæcularium audiendas ab Episcopo approbati cum facultate absoluendi etiam à casibus illi reseruatis, absoluere possint pœnitentes ex aliena diœcesi confluentes à casibus reseruatis in diœcesi pœnitentium, non autem in qua confessiones audiunt.

79 Iam Sacra Congregatio Concilij declarauit Regulares intra diœcesim Episcopi approbantis posse etiam absoluere pœnitentem alterius diœcesis, cùm habeant iurisdictionem à Papa ex Clemen. Dudum de sepultur. vt not. glos. in in cap. 2. Ante figurationem casus, de penit. & remiss. lib. 6. cuius iurisdictio non restringitur ad limites alicuius Territorij, cap. Cuncta per mundũ, 9. qu. 3. Socin. cons. 237. col. fin. lib. 2. Cravet. cons. 128. nu. 2. sed vniuersus orbis est sua diœcesis, cap. Per principalem ead. cau. & quæst. Thomas Campeg. in tract. de Annatar. institutione nu. 9.

Nunc dubitatur, An similiter possint eum absoluere à casibus in diœcesi pœnitentis tantùm reseruatis: In qua dubitatione non controuertitur, quominus decretum Clementis VIII. sustulerit regularibus facultatem absoluendi à reseruatis ab Ordinarijs locorum, quam habent ex priuilegio. Sed quæritur an reseruatio obstet regularibus alterius diœcesis quoad subditos reseruantis. Id autem pendet ab inspectione, an actus reseruationis afficiat pœnitentes, an verò sacerdotes: nam si afficiat pœnitentes non poterunt regulares absoluere alterius diœcesanos habentes illud vinculum reseruationis, quod vbique inhæret perso-

80 personæ; idque satis patet exemplo excommunicationis, quàm sibi Episcopus reseruauit, quæ cũ feratur in subditum, eiusque animam liget, cap. Si quis Presbyterorum, de reb. Eccles. non alienan. Hostien. in cap. Romana num. 5. de senten. excom. lib. 6. Tolli non potest ab alieno Episcopo, non ob iurisdictionis defectum in sua diœcesi, sed propter obicem in persona excommunicati iniectum, qui reddit illũ incapacem absolutionis ab omni alio, quam ab alio Episcopo, qui sententiam tulit Hostien. in Summ. de sent. excomm. num. 12. §. Quis possit, & §. Et qualiter, Couarr. in cap. Alma Mater, par. 1. § 12. num. 4. in princ. eod. tit. lib. 6. Do-
81 ctores in cap. Nuper, eod. tit. Si autem actus reseruationis non afficiat Sacerdotes, clarum erit reseruationem huiusmodi non obstare Confessoribus non subditis Episcopo reseruãti, quia siue hic actus
82 reseruationis sit iurisdictionis contentiosæ, siue voluntariæ; neutro casu ferri potest in non subditum, cap. Vt animarum, de Const. in 6. cap. At si Clerici, supra de Iudic. & cap. A nobis, il primo, de senten. excomm. Et Episcopum etiam quoad suos subditos nõ posse in hac materia limitare iurisdictionem Sacerdotis sibi non subditi not. Raymun. in Summ. de pœnit. & remiss. lib. 3. §. 15. vers. Item proprius Sacerdos. Et Card. Zabarell. in d. Clem. Dudum, §. Etsi ijdem, post num. 2. vers. Et hoc videtur, de sepult.

83 Ex his verò, quæ à scriptoribus traduntur, satis manifestum videtur actum reseruationis casuum non afficere nisi personam Sacerdotis confessionem audientis, licèt indirectè obstet etiam pœnitentibus, in quorum vtilitatem institutus fuit iuxta decretum Concilij Trident. sess. 14. de Sacram. Pœniten. cap. 7. de Cas. reseru. non quòd ipsi ex se sint incapaces absolutionis, sed quia Sacerdotem
84 non habent, à quo legitimè absoluantur. Qua in re satis erit recensere loca, è quibus educitur casus reseruare nihil aliud esse, quàm iurisdictionẽ inferiorum Sacerdotum restringere, seu limitare.

Et primò ita decidit Specul. in repert. §. Vt autem scias, col. pen. relatus à Steph. de Gaet. in repet. cap Ad limina, num. 35. 30. q. 1. [Casus ponere, inquit, nihil aliud est, quàm potestatem Sacerdotum restringere,] & sequitur Io. Friburg. in Summ. Confess. tit. de Confess. & absol. q. 50. vers. Guiliel. Paul. in Clem. Dudum, relatus sibi à Card. in §. Si verò, num. 8. vbi ait: Regulares prohibentur absoluere à casibus Episcopo reseruatis non ex defectu potestatis Ordinis, sed ex ordinatione canonica iurisdictionis exercitium restringente: & eum sequitur Imol. ibid. num. 69. vers. Fatetur tamen.

Io. Mon. in eadem Clem. relatus per glos. in §. Per huiusmodi, in ver. Concessa. Sicut, inquit, Episcopus casus sibi reseruando potest arctare potestatem Ordinariam Curatorum, ita etiam extraordinariam Regularium.

Guiliel. de Monte Laudun. in Sacramentali, in ver. De Baptismo, col. 3. Possunt Superiores inferiorum Presbyterorum potestatem restringere subtrahendo, & casus sibi reseruando; quem sequitur Stephan. de Gaet. in reper. d. cap. Ad limina, nu. 359. vers. Et licèt tantæ virtutis, & Beatus Antonin. in Summ. par. 2. tit. 17. cap. 11. col. 3. Vitalin. in d. §. Per huiusmodi, num. 8. In reseruatione, inquit, potest Episcopus potestatem Curatorum ordinariam restringere, & ibi nu. 7. pluribus probat reseruationem Episcopi obstare quidem Curatis, quominus absoluere possint, sed non Regularibus, secundum formam dictæ Clement. Quod planè verum non esset, si reseruatio afficeret pœnitentem: quia tunc, etiamsi is ad Regulares cõfugeret, esset incapax absolutionis, Syluest. in ver. Casus, sub nu. 3. vers. Hæc ille valdè benè, dicens, Sacerdotalis clauis omnia crimina potest absoluere, nisi ipsa à Superiori Prælato quantum ad vsum ligetur, Nauarr. in Manual. cap. 27. num. 159 Casus, inquit, reseruatus dicitur, cuius absolutio adimitur inferiori Sacerdoti.

Atque ex his patet reseruationem, vt initio diximus, nihil esse aliud, quàm limitationem iurisdictionis in Inferiori Sacerdote.

Id quod ratione etiam suaderi potest: nam etsi Presbyteri in sua ordinatione à peccatis absoluẽdi potestatem accipiant, vt in decreto Conc. Trid. cap. 15. in princ. sess. 23. Illam tamen accipiunt in habitu tantùm, non autem in actu, seu quantum ad vsum. In institutione verò, seu collatione beneficij Curati tribuitur eis executio illius potestatis: textus est apertus in c. Generaliter, §. Ecce sufficienter, & in cap. seq. 16. q. 1. & not. Abb. in cap. Extirpandæ, §. Qui verò, num. 53. supra de præben. & Præpos. in cap. Latorem, num. 17. vers. Panormitanus verò, 8. qu. 1. Et hodie executionem illius potestatis, seu iurisdictionem in actu accipiunt Presbyteri, vel cùm Parochiale beneficium obtinent, vel cùm ab Episcopo ad confessiones audiendas approbantur, vt est expressum in d. cap. 15. sess. 23 Et ita quilibet Sacerdos Curatus, vel approbatus potest ab omnibus casibus generaliter, & indistinctè absoluere. Sed ab hac generali regula excipiuntur casus, quos Superior sibi retinuit, seu reseruauit, vt in cap Nuper, supra de sent. excomm. & in d. cap. 7. de casuum reseruat. Ergo per reseruationem quantum ad vsum limitatur generalis illa Sacerdotum potestas ad absoluendum: hæc enim est natura exceptionis vt regulam restringat, & vitiet in casibus exceptis. l. 1. ff de regul. iur. l. In his, l Quod verò, & l. Ius singulare, ff. de legib. cum simil. Et consequenter actus reseruationis principaliter, & directè non afficit nisi Sacerdotes, quorum potestas restringitur. Et inde fit, vt in d. Clemen. Dudum, §. Per huiusmodi, de sepultur. in Extrauag. Benedicti XI. Inter cunctas, § Sicque, de priuileg. Et in decreto Clemen. VIII. prohibitio absolutionis à reseruatis non in pœnitentes, sed in Confessores derogatur. Ad idem d cap. Nuper, vers. Quis tamen conditor, & d. cap. 2. de pœnit. & remiss. lib. 6.

Ex his consequitur vt actus reseruationis minimè afficiat Regulares extra diœcesim Episcopi reseruantis, cùm, vt initio diximus, nequeat Episcopus etiam quoad suos subditos limitare iurisdictionem Sacerdotis sibi non subditi.

85 Secundò, non potest Episcopus concedere, vt suus subditus absoluatur in alia diœcesi à Sacerdote, qui à suo Episcopo iurisdictionem non habeat: vt hic notat glos. communiter approbata in ver. Alieno Sacerdoti: in Clemen. 1. de priuileg. Et vtrobique notat Abb Ergo nec potest prohibere quominus suus subditus absoluatur in aliena diœcesi à Sacerdote à suo Episcopo iurisdictione habente, ex regula l. Nemo qui condemnare, ff. de reg. iur. & cap. Non potest, supra de re iudic.

86 Tertiò actus reseruationis est localis, & restri-

ctus

ctus ad suam cuiusque Episcopi diœcesim ex de-
creto d.cap.7. sess. 14. de casuum reseru. ibi. Nec
dubitandum est quin hoc idem Episcopis omni-
87 bus in sua cuiusque diœcesis liceat. Ergo non ex-
tenditur ad Regulares degentes extra diœcesim
Episcopi reseruantis. Et quamuis decretum Cle-
mentis quoad Regulares sustulerit priuilegia, &
exemptiones quascumq; non tamen fecit vt sub-
ijcerentur Episcopo, qui etiam cessante exemptio-
ne eidem subditi non erant; neque enim prodijt
ad ampliationem, sed ad declarationem Concilij,
ideoque non subiecit Episcopo reseruanti Sacer-
dotes alterius diœcesis, quos nec Concilium sub-
iecit; ac propterea impedit solùm, quominus Re-
gulares possint absoluere à reseruatis Episcopo, in
cuius diœcesi morantur, sed non à reseruatis alie-
no, cui non subijciuntur.

Quartò, non est dubium quin Regulares pos-
sint absoluere à casibus reseruatis de Episcopi li-
centia. Pone igitur subditum Episcopi reseruan-
tis reperiri in aliena diœcesi, atque habere casus
aliquot reseruatos, quos necesse habeat confiteri.
Quæro cuius Episcopi licentia sit requirenda, vt Sa-
cerdos à dictis casibus absoluere valeat. Non Epi-
scopi, in cuius diœcesi pœnitens reperitur; quia
ipse, vt supponimus, eos casus non reseruauit, cap.
Verbum, de pœnit. dist. 1. cap. Cum inferior, de
maior. & obed. Federic. de Sen. cons. 14 Monach.
num. 4. vers. In secunda quæst. Item non Episcopi
reseruantis, quia is non potest licentiare Sacerdo-
tes non subditos ad confessiones suorum subdito-
rum audiendas, secundum glos. hic in ver. Alieno
Sacerdoti, quæ communiter recipitur. Ergo nul-
lius Episcopi licentia requiritur, ac proinde lice-
bit Regularibus approbatis à prædictis casibus
absoluere, quocumque Episcopo inconsulto, ne
alioquin pœnitentes necessariò careant beneficio
absolutionis.

Quibus accedit quod esset nimia graue indistin-
ctè pœnitentes remittere ad Episcopum reseruan-
tem: numquid enim Italus in Galliam, aut Ger-
maniam profectus, reijci debeat ad suum Ordina-
rium pro absolutione à reseruatis obtinenda?

88 Quintò, si Regulares non possent absoluere
pœnitentem à casibus in aliena diœcesi reserua-
tis, tenerentur habere notitiam casuum illic reser-
uatorum: Oportet enim scire Sacerdotem à qui-
bus casibus absoluere non possit. Clem. Religiosi,
de priuil. Syluest. in verb. Confessor, 3. num. 2. To-
let. instruct. Sacerd. lib. 3. cap. 15. vers. Tertiò. Sed
consequens est absurdum, quia impossibile est, vt
Sacerdotes nouerint casus vbique locorum reser-
89 uatos. Ergo & antecedens; præsertim verò quod
ex eodem decreto Clementis locorum Ordinarij
iubentur paucos tantùm, & necessarios sibi reser-
uare, ne subditis, aut Confessoribus in animarum
salute procuranda sint onerosi.

90 Sextò. Inter alias causas, ob quas Episcopi ca-
sus sibi reseruant, vna est Sacerdotum imperitia,
propter quam in arduis casibus volunt ad se ha-
beri recursum, vt post Laud. inquit Steph. de Gae-
ta, in d. repet. cap. Ad limina, num. 359. vers. Quarta
autem, Hæc autem ratio potest non vigere in ea
diœcesi, ad quam pœnitens diuertit; Ergo illuc
non habebit locum reseruatio ex defectu non so-
lùm potestatis, verumetiam voluntatis reseruan-
tis. Neque enim est verisimile, vt exempli gratia
Episcopus Cattaren. qui fortè casus grauiores sibi
reseruauit ob ruditatem Sacerdotum illius diœ-
cesis, intendat huiusmodi reseruationem afficere
etiam Sacerdotes in vrbe, aut Mediolani ad con-
fessiones audiendas cum facultate casuum reser-
uatorum approbatos.

91 Septimò, ex decreto Clem. Episcopus non pro-
hibetur absoluere pœnitentem alterius diœcesis à
casibus illic reseruatis, quia vnius Episcopi reser-
uatio ex defectu iurisdictionis non afficit alium,
Tolet. instruct. Sacerd. lib. 3. cap. 14. Ergo nec de-
bet censeri prohibitus Regularis ab Episcopo De-
legatus ad casus Episcopales: nam sicut Episcopus
non habet in alium Episcopum iurisdictionem, ita
nec in Delegatum ab eo. Ideoque Syluester in
ver. Confessor, 2. num 4. vers Secundus est, do-
92 cuit eum cui huiusmodi facultas absoluendi com-
mittitur posse absoluere contra prohibitionem al-
terius Prælati, vel inferioris, vel æqualis.

93 Octauò; quilibet Sacerdos approbatus potest
absoluere peregrinos, scholares, & vagabundos à
casibus reseruatis ab illorum Episcopis gl. ad Sum.
Raymun. de pœnit. & remiss. §. 15. in ver. Longum,
Caiet. in Sum. verb. Absolutio, cap. 3. vbi testatur
Eugenium Papam ita ore expressisse, licèt huius-
modi viatores absque licentia proprij Sacerdotis
viam fecerint: & sequitur Tolet. instruct. Sacerd.
94 lib. 3. cap. 13. num 7. vers. Tertius casus. Id autem
nulla alia ratione procedit, nisi quia scholares, &
alij supradicti sortiuntur forum pœnitentiale
vbi moram trahunt, glos. in Clem. 2. in ver. Pres-
byteri de priuil. quam dicit notandam Card. n. 8.
& tradunt DD. proximè relati. Sed ratio eadem,
quæ in scholaribus, & peregrinis militat respectu
omnium Sacerdotum, viget etiam in alijs omni-
bus respectu Regularium, quia illis tanquam De-
legatis Sedis Apostolicæ similiter subijciuntur pœ-
nitentes ex alienis diœcesibus conuolantes, & il-
lorum forum sortiuntur, vt iam censuit Sac. Con-
gregatio. Ergo sicut reseruatio Episcopi non ob-
stat peregrinis, quominus absolui possint à Sacer-
dotibus approbatis ab Episcopo, in cuius diœcesi
reperiuntur; ita etiam non obstabit cæteris alijs,
quominus absolui possint à Regularibus similiter
approbatis ab Episcopo, in cuius diœcesi mo-
rantur.

95 Postremò hanc sententiam probauit in specie
Nauarr. cons. 21. de pœnit. & remiss. & in man c. 27.
n. 261. vers. Ad quæstionem, vbi etiam respondit
non modo regularem, sed etiam parochum ha-
bentem facultatem absoluendi à casibus reserua-
tis Episcopo suo, posse absoluere pœnitentem al-
terius Episcopatus. Atque ibi etiam asserit ita se
habere consuetudinem: nunquam enim, inquit,
intellexi vllum confessorem legitimum, cui esset
prædicta facultas, remisisse quem ad Episcopum
alterius Episcopatus, & consuetudo ampliare po-
test iurisdictionem, imò & dare non habenti, cap.
Duo simul, cum glos. de offic. ordin. eamdem opi-
nionem secutus est Tolet. instruct. sacerd. lib. 3. c.
14. in fin. Iacob. Graff. decis. canon. par. 1. lib. 1. c. 13
nu 48. Henriq. lib. 3. de Pœnit. Sacram. cap. 8. §. 5. &
cap. 14. §. 8. & nonnulli alij ex recentioribus; qui
omnes similiter testantur ita obseruari ex con-
suetudine.

Quæ tamen opinio quoad sacerdotes sæculares
maximam patitur difficultatem, imò vera non vi-
detur, quia nulla potest consuetudine introduci,
quod aliquis præter sui superioris licentiam con-
fesso-

fessorem sibi eligere valeat, qui eum possit soluere, vel ligare: quæ sunt formalia verba tex. in c. 2. §. Nulla quoque, de pœnit. & remiss. lib. 6. vbi glos. in verb. Consuet. reddit rationem cur huiusmodi consuetudo non valeat, quia, inquit, esset onerosa Ecclesijs, cap. 2. de consuet. & ex ea frangitur ecclesiasticæ disciplinæ neruus, cap. Cum venerabilis, eod. tit. & etiam esset contra obedientiã Principis præscribere, c. Cum non liceat, de præscr. quod procedit etiamsi cõsuetudo esset immemorabilis, vt in d. cap. 2. adnotarunt Gemin. col. 1. vers. Tertiò nota.

Et cum d. textus non simpliciter tollat consuetudinem, sed dicat nullam posse consuetudinem introduci, atque ita resistat principijs introductionis illius; per ea verba reprobatur, ac tollitur tam præterita, quàm futura consuetudo secundum communem Canonistarum opinionem in c. Vni, de Cler. non resid. in 6. & patet ex quampluribus congestis à Tiraq. in proœ. n. de vtroque retract. n. 17. & seq. Sed quia hæc quæstio non est præsentis indaginis, in ea diutius immorandum non duximus: satis est quod pertinet ad dubium, de quo nunc agitur, regulares in ea diœcesi, in qua sunt approbati, posse absoluere confitentes etiam à casibus in aliena diœcesi reseruatis: in hoc enim plus operatur Apostolicum priuilegium, quàm consuetudo, vt patet in cap. fin. hoc tit. & in Extrauagant. Vas electionis, de hæret. vbi damnatur error Ioãnis de Poliaco asserentis Summum Pontificem nõ posse concedere regularibus generale priuilegium audiendi confessiones sine licentia proprij sacerdotis, quem dicebant esse parochialem curatum.

96 In dubijs autem fauendum est absolutioni, quia
reseruatio est strictè intelligenda, & vt minus lædat facultatem regularium, quam fieri possit, Vital. in d. Clem. Dudum, §. Per huiusmodi, nu. 7. de sepult.

97 Nec obstat quod in fraudem reseruationis sæ-
pè pœnitentes confinant ad propinquas diœceses
pro absolutione impetranda. Nam respondetur
hanc obiectionem petere principium: quia si li-
cet pœnitenti confiteri reseruata in aliena diœce-
si: ergo nullam fraudem committit confitendo:
neque enim videtur dolo facere, cùm iure suo
vtatur, vt in regula Digestorum Nullus: nam, vt
ait Vlpianus in l. Iniuriarum, §. 1. ff. de iniur. Is, qui
iure publico vtitur, non dicitur iniuriæ faciendæ
causa hoc facere; iuris enim executio non habet
iniuriam. Præterquamquod posset fieri decisio
98 cum limitatione, dummodo id non fiat in fraudẽ
reseruationis: idq; verius, ac tutius videtur exem-
plo Clerici primæ tonsuræ, qui beneficium obti-
net in aliena diœcesi: nam etsi promoueri possit
ad minores Ordines ab Episcopo beneficij quan-
tumuis tenuissimi, ad præscriptum cap. Cum nul-
lus, de tempor. ord. in 6. tamen si illud beneficium
99 sibi in fraudem conferri curauerit; vt eludat exa-
men, ac iudicium sui Ordinarij; censetur male
promotus, & remanet suspensus ab executione
Ordinum tamquam ordinatus à non suo Episco-
po, iuxta cap. 8. sess. 23. vt S. Congregatio declara-
100 uit, quæ idem etiam respondit in laico ordinato
post commissum delictum: nam quamuis crimen
non habens censuram annexam, si de illo pœni-
tentiam egerit, nõ impediat illius promotionem,
vt notatur per DD. in cap. Si pro Clericis, de præb.
in 6. tamen si promoueri se fecerit in fraudem iudicis laici, vt quia causa est præuenta in Curia sæculari, in ea causa fori priuilegio nõ gaudet. In quo S. Congregatio secuta est opinionem Io. Andr. quæ communis est in cap. Vnico, de oblig. ad ratioc. Et in hac materia cauẽdum esse ne quid fiat in fraudem, vel præiudicium proprij sacerdotis, aduertit Syluest. in ver. Confessor, 1. nu. 10. vers. Nisi fortè sit Episcopo reseruatum.

De Pænitentijs, & remissionibus.

Cap. Cum ex eo.

SVMMARIVM.

1 *QVæstores eleemosynarum sine Apostolicis, vel Diœcesanorum litteris admitti non debent, & num. 4.*

2 *Et debent esse modesti, & discreti, & à locis, & expensis incongruis abstinere, & num. 9.*

3 *Indulgentias Episcopi concedere non possunt in dedicatione Basilicæ vltra annum, & in anniuersario dedicationis, & pro quibuslibet alijs casibus vltra 40. dies, & num. 14.*

5 *Quæstores eleemosynarum indigent litteris Papæ, vel Episcopi, si eleemosynas quærant nomine alieno; secus si proprio.*

6 *Quæstores non possunt pro eleemosynis colligendis aliud populo proponere, vel prædicare, quàm in eorum litteris continetur.*

Et quid post Concilium Tridentinum, num. 18. & num. 22.

7 *Quæstorum abusus corrigere ad officium Episcoporum pertinet non obstante exemptione, & numer. 24.*

8 *Litterarum forma pro colligendis eleemosynis, qua vti solet Sedes Apostolica, & secundum quam Episcopi debent suas litteras moderari, refertur in textu.*

10 *Beguinarum sororum hospitia sunt quasi prostibula, à quibus modis omnibus est cauendum.*

11 *Indulgentia per Prælatos concedenda debet esse moderata, & secundum quantitatem, & qualitatem causæ.*

12 *Per indulgentias indiscretas, & immoderatas claues Ecclesiæ contemnuntur, & pœnitentialis satisfactio eneruatur.*

13 *Indulgentiæ prosunt nedum in Purgatorio, sed etiã quoad pœnitentiam hic iniunctam.*

14 *Papa potest restringere potestatem Episcoporum in concedendis indulgentijs.*

15 *Indulgentiæ, quæ ab Episcopis conceduntur vltra annum in dedicatione Ecclesiæ, & vltra 40. dies in aliis casibus, sunt ipso iure nullæ in ea parte, in qua excedunt.*

16 *Episcopi habent potestatem concedendi indulgentias à Papa: ipse verò à solo Deo.*

17 *Indulgentias vltra numerum dierum hic taxatum non prohibentur Episcopi concedere in foro pœnitentiali.*

18 *Quæstores eleemosynarum, qui per se, vel per alios prædicare præsumunt, ab Ordinarijs locorum sunt puniendi non obstantibus priuilegijs, & num. 24.*

19 *Quæstorum nomen, atque vsum aboleri iussit Concilium Tridentinum.*

Indul-

20 *Indulgentia adhibitis duobus de Capitulo, debitis temporibus ab Episcopo sunt publicanda.*

Episcopi eleemosynas, & oblata sibi charitatis subsidia colligere, nulla tamen mercede accepta, ibidem.

21 *Formula litterarum in Sacra Congregatione Concilij compilata ad colligendas eleemosynas pro hospitalibus actu hospitalitatem exercentibus refertur.*

22 *Eleemosynarum collectores hodie quas qualitates habere, & qua obseruare debeant in quærendis eleemosynis.*

23 *Campanella vsus in eleemosynis colligendis soli Religioni Sancti Antonij à Sede Apostolica fuit concessus.*

24 *Eleemosynarum collectores non obseruantes leges sibi præscriptas publicè sunt puniendi, & statim remouendi ab Episcopo diœcesano.*

25 *Monachis Sancti Antonij non est prohibita à Concilio Tridentino eleemosynarum collectio, quam faciunt tempore æstatis.*

26 *Presbyteri non prohibentur à Concilio Tridentino accedere ad accipiendas primitias frugum, siue animalium.*

27 *Fratres Ordinum Mendicantium non prohibentur eleemosynas quærere, & eorum nomine triticum, & vinum tempore messium, & vindemiarum, & alias res colligere.*

Dummodo id non faciant per alios, sed per seipsos num. 30. & num 32.

28 *Cruciata non obstat quominus Religioni S. Antonij liceat colligere eleemosynas forma à S. Congregatione Concilij præscripta.*

29 *Indulgentias quæstuandi facultatem quomodolibet continentes reuocauit Pius V. prætextu indulgentiarum, & facultatum quæstas fieri prohibuit.*

31 *Eleemosynas colligere pro piorum locorum necessitatibus non est prohibitum.*

32 *Regulares quærentes eleemosynas extra diœcesim, in qua situm est monasterium tenentur suorum superiorum licentiam Ordinario ostendere, & illius consensum obtinere.*

33 *Episcopus potest tam in sua diœcesi, quàm in aliena de Diœcesani consensu per personas spectatæ probitatis, ac fidei eleemosynas quærere pro Ecclesijs, & pijs locis suæ diœcesis.*

1 CVM EX EO. Eleemosynarum quæstores sine Apostolicis, vel Diœcesanorum litteris admitti non debent; nec tunc proponant vltra id, quod in ipsis litteris continetur. Hoc primò: & communis forma lit-
2 terarum inseritur. Hoc secundò: & debent esse modesti, & à locis, & expensis incongruis absti-
3 nere. Hoc tertio; in dedicatione Basilicæ vltra annum, & in anniuersario dedicationis, & in litteris indulgentiarum concessis ab alio, quàm à Papa, vltra 40. dies remissio excedere non debet. Hoc quartò: & sic patet quatuor esse partes principales. Secunda ibi, *formam*. Tertia ibi, *qui autem*. Quarta ibi, *ad hæc*. Io. Andr. cum quo cæteri concordant.

4 Nota primò ibi, *Apostolicas, vel diœcesani litteras*. Eleemosynarum quæstores, quales sunt quæstores hospitalium Sancti Antonij, & Sancti Spiritus in Saxia, & consimiles, non esse admittendos, nisi litteras apostolicas, vel Episcopi diœcesani ostendant; & altera istarum litterarum sufficit, vt innuit disiunctiua, *vel* cap. Inter cæteras supra de rescriptis, & cap. Inter alternatiuis, de regul. iuris, lib. 6 sic cap. Excommunicamus, §. Quia verò nonnulli, de hæretic. secundum Hostien. hic nu. 1. in verb. Nisi Apostolicas, & Io. Andr. eodem num. & verb. & hoc verum secundum eos si apparent litteræ non suspectæ, aliàs cótra, vt cap. Quod super, de fid. instrumentor. nec tales excusantur ab hac Constitutione ex eo, quod sint exempti, vt in Clem. 2. de pœnit. & remiss. & hoc iusta de causa fuit constitutum, vt dignosceretur an essent tales, quales se asserunt, Plerumque enim contingebat, atque contingit, vt assumpto falsæ Religionis habitu, se fingant alios, quàm sint, vt patet in textu ibi, *se alios mentiendo*, necnon ibi, *ne falsæ religionis habitum gestent*: & propterea antequam admittantur, debent diligenter ab Episcopis examinari. Hoc tamen obtinet in his tantùm quæstoribus, qui eleemosynas quærunt nomine alicuius hospitalis, vel pij loci, & sic nomine alieno: secus verò si proprio nomine pro seipsis eleemosynas quærerent; quia tales nullis indigent litteris, cap. Quiescamus, 42. dist. cap. Non satis, 82. dist. secundum Mar. Socin. hic nu. 4.

6 Secundò nota ibi, *præter id, quod in ipsis continetur*, tales quæstores non posse pro eleemosynis colligendis aliud populo proponere, vel prædicare, quam in eorum litteris continetur: quod prouidè sancitum fuit, quia tales consueuerant multas proponere abusiones, & mendacia; & plures illorum fraudes recitat Hostien. in cap. Cum ex eo, num. 11. supra de reliq. & veneration. SS. nam plerumque & vota commutabant, & absoluebant à pœna, vt ibi per eum. Ad officium autem Prælatorum pertinet prauos illorum abusus corrigere, ne fidelis populus varijs illorum figmentis, & falsis documentis decipiatur, vt habetur in d. cap. Cum ex eo, & excedentes ab eisdem Prælatis puniri possunt, non obstante exemptione, vt in d. Clem. 2. in fin. de pœnit. & remiss. vbi ratio subijcitur, vt à suis temerarijs ausibus, qui vbique (vt communis habet assertio nimiũ excreuerunt, pœnæ formidine propensius compescantur.

8 Tertiò nota formam, qua communiter vti solet Sedes Apostolica in indultis quæstuandi pro hospitalibus, ac locis pijs, & secundum quam Episcopi diœcesani debent & ipsi suas litteras moderari, vt hic dicitur in verb. Formam: sed hodie qualis esse debeat ista forma, patebit infra nu. 21.

9 Quartò nota in vers. *Qui autem*, quales esse debent isti quæstuarij; debent enim esse modesti, & discreti, & non diuertere in tabernis, & alijs locis incongruis; & notandum est, vt dicunt Host. n. 12.
10 Io. Andr. & Marian. Socin. eod. nu. quia textus non dicit, prostibulis, quæ omnino prohibentur: nam & cauendum est à quasi prostibulis, sicut sunt hospitia quarumdam beguinarum fictarum, quod perniciosum genus est mulierũ, nec de facili alios, quàm Religiosos admittunt, à quibus modis omnibus est cauendum, cap. Perniciosam, & cap. Diffinimus, 18. qu. 2. Hodie istarum status damnatus est per Concilium Viennense, vt in Clem. Cum de quibusdam, de religios. domib. & in Clem. fin. de hæretic. & de istis beguinis vide quod scripsi in cap. Nullus, nu. 56. & 66. supra de fot. competen. Itẽ isti quæstores abstinere debent ab inutilibus, & sumptuosis expensis, vt in littera, sic supra de censibus,

fibus, cap.Cum Apostolos,§.1. nec gestare debent
falsæ religionis habitum; sic supra de priuileg.cap.
Tuarum, & excedentes in talibus, ab Episcopo
puniri possunt, vt dixi supra nu.7.
11 Quintò nota in vers. *Ad hæc*, indulgentiam per
Prælatum concedendam non debere esse indiscre-
tam, sed moderatam, & secundum quantitatem,
& qualitatem causæ: & signa rationem in textu
12 expressam, quia per indiscretas, & immoderatas
indulgentias claues Ecclesiæ contemnuntur, &
pœnitentialis satisfactio eneruatur: & ex his vlti-
13 mis verbis collige singulariter secundum Marian.
Socin.in 8.notab. quod indulgentiæ prosunt nedũ
in Purgatorio, sed etiam quoad pœnitentiam hic
iniunctam: quare si aliquis tenetur quindecim
diebus ieiunare, habita super talibus Indulgentia,
non tenebitur, secundum eum.
14 Vltimò nota ibi, *decernimus*, Papam posse re-
stringere, & moderari potestatem Episcoporum
in concedendis indulgentijs, prout hic fecit Inno-
centius III. in Concilio generali restringendo eo-
rum potestatem ad annum in dedicatione Basili-
cæ, & ad quadraginta dies in anniuersario dedi-
cationis, & in litteris indulgentiarum, quæ conce-
duntur pro quibuslibet alijs casibus, idest pijs
causis, veluti pro ædificatione, vel reparatione
Ecclesiarum, vel sustentatione hospitalium, & alijs
15 similibus secundum Host.nu.20.in verb. Pro qui-
buslibet, concordat cap.fin.eod tit.lib.6.vbi indul-
gentiæ ab Episcopis concessæ vltra numerum hic
taxatum irritæ decernuntur, scilicet in ea parte,
in qua excedunt, vt ibi declarat glos. in verb. Non
obtinent, & glos. vltim. hic in addit. & perpetuò
16 commenda memoriæ rationem, quam reddit In-
noc.hic nu.2.quia minores Prælati omnes habent
hanc potestatem à Papa, & ipse à solo Deo, cap.
Quamquam, 21.dist.& cap.1.22.dist. Item hoc po-
test Papa ratione principatus, & iurisdictionis, quã
habet super omnes, cap.In nouo, 21.distinct.& hoc
facit ex iusta causa, quia hac potestate abutebantur:
ita formaliter Innoc quem totidem verbis se-
quitur Io.Andr. nu.13. & pondera has auctorita-
tes contra eos, qui contendunt Episcopos habere
iurisdictionem immediatè à Deo; de quo articulo
dic vt plenè scripsi in cap.1 à nu.29 vsque ad n.55.
17 supra de offic.Ord.subdit tamen notabiliter Inno-
cen.vbi supra potestatem Episcoporum hic restri-
ctam esse, quoad illas tantùm indulgentias, quæ
fiunt publicè; sed non intelligitur restricta in foro
pœnitentiali, quin Episcopus possit annos, & dies
prout vult indulgere, dummodo discretè faciat.
18 QVÆRO, An ea quæ disponuntur in hac De-
cretali circa eleemosynarum quæstores, & forma
litterarum in eleemosynis quærendis sint correcta,
vel aliqua ex parte modificata ex iure nouissimo
Concilij Tridentini.
Solutio. Statuit S.Synodus in cap.vltim. in fin.
sess.5.sub Paulo III. vt quæstores eleemosynarij,
qui etiam quæstuarij vulgo dicuntur, nullo modo
nec per se, nec per alium prædicare præsumant, &
contrafacientes ab Episcopis, & Ordinarijs loco-
rum priuilegiis quibuscumque non obstantibus,
opportunis remedijs omnino arceantur. Quod
& prius interdixerat Vrbanus IV. in Constitut. 2.
incip.Licet ex omnibus, §.14 vt in Bullar. tom.1.
pag.96.& Clemen.IV. in cap.Vt officij,§.Compe-
scentes, de hæret.lib 6. Deinde sub Pio IV. cap.9.
19 sess.21. statuit Concilium, vt quæstorum nomen

Prosp.Fagn.in 2. par.5. lib.Decretal

atque vsus in quibuscumque Christianæ Religio-
nis locis penitus aboleatur, nec ad officiũ huius-
modi exercendum vllatenus admittantur, quia
remedia, quæ statuta fuerant aduersus prauos il-
lorum abusus tam in Concilio Lateranensi, vt in
tex.nostro, ac Lugdunensi, vt in cap.fin.de pœnit.&
remiss lib.6. quàm Viennensi, vt in Clemen. Abu-
sionibus, eod.tit.posterioribus temporibus reddi-
ta fuerunt inania, & eorum malitia ita quotidie
excreuit, vt de eorum emendatione nulla spes re-
20 licta videatur. Indulgentias verò per Ordinarios
locorum adhibitis duobus de Capitulo debitis
temporibus publicandas esse decernit; quibus etiã
datur facultas eleemosynas, atque oblata sibi cha-
ritatis subsidia fideliter colligendi, nulla prorsus
mercede accepta.
21 Porrò f. mem. Pius V. & Gregorius XIII. ex sen-
tentia S.Congregationis Concilij statuerunt scri-
bendas litteras in hanc sententiam locorum Or-
dinarijs, in quorum diœcesi hospitalia reperiun-
tur, vt eas eleemosynas, quæ pro vsu dd.hospitaliũ,
in quibus hospitalitas actu exercetur, dabuntur
infra fines ciuitatis, & eius diœcesis tantùm colli-
gi permittant, petita tamen ab ipso, & obtenta
in scriptis, & gratis licentia, quæ sanè danda vide-
tur, cùm in eodem hospitali, sicut asserit, curari
soleant pauperes omnes, & morbo laborantes, vt-
pote Sancti Antonij, qui ex tota ista diœcesi ad-
ducuntur; dummodo personæ, quæ colligent, ho-
nestæ vitæ, & spectatæ religionis sint, suoque iudi-
22 cio approbatæ ac minimè propter hanc operam
participes dictarum eleemosynarum, atque hoc
munere citra vllum dolum, etiam omni modestia,
& dexteritate fungantur; quæstorumque nomen
nullo modo gerant, sed simpliciter eleemosynarũ
collectores nuncupentur, non secum ferant sua
priuilegia, nec reliquias; non minis, aut infucatio-
nibus inducant fideles ad eleemosynas, non cam-
23 panellam, aliaque similia instrumenta quorumdã
quæstorum insignia ad excitandas personas pul-
sent (collectoribus tamen Sancti Antonii fuit cã-
panella concessa, cuius vsus soli Religioni Sancti
Antonij à Sede Apostolica fuit concessus) non pe-
tant tamquam debitum, aut solitum, neque vlla
arte, etiam prætextu dicendi orationem Sancti
Antonii, vel cuiusuis alterius Sancti, aut aliter ex-
torqueant pecunias, vel alia bona, sed simplici-
ter, piè, & modestè petendo eleemosynam pro su-
stentatione dictorum hospitalium, accipiant tan-
tùm, quod sibi spontè offertur, vel super ijs elee-
mosynis vllam quouis nomine conuentionem fa-
ciant, etiam in vtilitatem ipsorum hospitalium.
24 Mox adiungebatur, vt diligenter Episcopus ani-
maduerteret, vt hæc omnia præcisè obseruentur,
atque non solùm ad delationem aliorum, sed ex
suo etiam mero officio inquireret si qua fraus præ-
sertim aduersus leges præscriptas in eis commit-
teretur ab ipsis collectoribus, quos si verè reos
compererit, puniret publicè pro modo culpæ ar-
bitrio suo, eosque statim amoueret, atque alios,
qui boni, & idonei sint ab eisdem superioribus
sufficiendos curaret.
25 Ad hæc censuit Sac. Congregatio decretum
d.cap.9.sess.21. Non prohibere collectionem elee-
mosynarum quam Monachi Ecclesiæ sub inuoca-
tione S.Antonij quotannis tempore æstatis faciũt
pro ipsorum subuentione, nec etiam Presbyteros,
26 qui accedunt ad accipiendas primitias frugum,

siue animalium, quæ offerri spontè solent deuotionis ergo.
27 Item nec fratres Ordinum Mendicantium, quominus mendicent, & eleemosynas quærant, eleemosynarumque nomine triticum, & vinum tempore messium, & vindemiarum quærant; sic etiam dicendum de alijs rebus. Et hic iunge quæ scripsi in cap. Tuarum, in 2. notab. supra de priuileg.

28 Rursus cùm fuerit quæsitum, an Cruciata obstaret, quominus Religioni sancti Antonij liceret colligere eleemosynas forma à sacra Congregatio præscripta: Responsum est non obstare, sed referendum Sanctissimo, qui probauit Congregationis sententiam, dum agatur de simplici collectione eleemosynarum pro illis hospitalibus, in quibus actu exercetur hospitalitas.

29 Cæterum Indulgentias à Sede Apostolica concessas, pro quibus consequendis manus sunt porrigendæ adiutrices, & quæ quæstuandi facultatem quomodolibet continent, generaliter, ac perpetuò reuocauit Pius V. & prætextu Indulgentiarum, & facultatum sine speciali licentia Sedis Apostolicę quęstas fieri prohibuit, vt in sua Constitut. 30. quę incipit, Et si Dominici, in Bullar. tom. 2. pag. 214. & in proposito vide aliam eiusdem Pontificis Cõstitutionem, Quamplenum sit: quæ in ordine est 99. eodem tom. 2. pag. 394.

30 Fratres Conuentuales sancti Francisci eam degentes in Abbatia, seu monasterio sancti Viti Polignanensis diœcesia, quæ quidem Abbatia Conuentui SS. Apostolorum Vrbis vnita est, consueuerunt per quodcumque personarum genus colligere eleemosynas non modo in ciuitate, ac diœcesi Polignanensi, sed in vniuersa fere Apulia, atque huiusmodi eleemosynæ non cedunt solum beneficio Ecclesiæ sancti Viti, sed in augmentum quoque redituum dicti Conuentus SS. Apostolorum.

Quærit Episcopus Polignanensis an possit tuta conscientia permittere, vt dicti Regulares pergant in hac quasi possessione quæstuandi. Et quoad hoc iam censuit S. Cõgregatio fratres Mendicantes ex decreto Concilij cap. 9. sess. 21. non prohiberi quidem eleemosynas quærere, sed tamen non posse alios eorum nomine, & authoritate quoquo modo quæritare; & in casibus contingentibus sæpius respondit dictos Regulares per seipsos tantum posse eleemosynas colligere, & probatur in c. Tuarum, supra de priuileg. & ibi dixi in 2, notab. post Butr, n. 2. & Anchar n. 1.

Verum quia Regulares dicti Conuentus obijciunt, quod sine dictis eleemosynis per alios conquisitis viuere non possunt, cùm Abbatiæ reditus non excedant valorem quadringentorum ducatorum, & omnes applicentur Conuentui Sanctorum Apostolorum, deliberandum videtur, an sit illis concedenda facultas quærendi eleemosynas per alias diœceses ad aliquod tempus de Ordinariorum licentia, & cum conditionibus solitis præscribi in litteris Sac. Congregationis.

Ad hæc ex piorum eleemosynis in Cathedrali Polignanensi iamdiu constructa est Cappella in honorem sancti Viti, in qua brachium eiusdem Sancti asseruatur.

Pro conseruatione, & vsibus necessarijs dictæ Capellæ Presbyteri Ecclesiæ de Episcopi cõsensu, & authoritate soliti fuerunt hucusque colligere eleemosynas,

Regulares verò negant id eis licere, tum quia illud Brachium sancti Viti ad ipsorum monasterium spectat, & in d. Capella non asseruatur nisi gratia depositi, vel custodiæ. Super quo lis pendet propediem expedienda. Tum quia id cedit in graue præiudicium dicti monasterij, quod maiori parte eleemosynis sustentatur.

Tum denique quia ipsi intendunt suppeditare necessaria ad vsum dictæ Capellæ, quamdiu in ipsa dicta reliquia asseruabitur, dicuntque hanc quæstorum multiplicitatem in diuersis diœcesibus esse non posse absque confusione, & scandalo.

Episcopus, qui asserit hanc eleemosynarum collectionem esse necessariam pro dictæ Capellæ manutentione, itidem consulit sacram Congregationem, an sibi liceat in dicta quasi possessione perseuerare, & saltem petit facultatem pro alijs diœcesibus iuxta formulam litterarum sacræ Con-
31 gregationis. Alias censuit sacra Congregatio nomen, & vsum quæstorum esse penitus à Concilio sublatum, sed tamen pro piorum locorum necessitatibus non esse prohibitum eleemosynis colligere. Sed quia quærentes, facilè hac facultate abutuntur, possent fortasse concedi Episcopo litteræ in forma consueta ad aliquot annos pro aliquibus diœcesibus, ac de Ordinariorum consensu.

32 Itaque ad primum dubium videtur respondendum prædictos fratres tanquam Mendicantes nequaquam esse prohibendos eleemosynas colligere, dum tamen si extra diœcesim Polignensem quæritare voluerint, suorum Superiorum licentiam ostendant loci Ordinario, atque illius consensum obtineant, quemadmodum & aliàs Congregatio respondit. Cæterum nullibi esse permittendum, vt eleemosynas quærant per alios, quàm sui Ordinis fratres.

33 Ad secundum, Episcopo licere quidem in sua diœcesi, atque etiam in aliena de Diœcesani consensu per personas spectatæ probitatis, ac fidei, suoque iudicio delegandas eleemosynas quærere pro Ecclesijs, Capellis, ac locis pijs suæ diœcesis, quæ ipse pro sua prudentia, & pastorali sollicitudine eiusmodi eleemosynarum præsidio magis indigere arbitrabitur. Et ita meo tempore ad vtrũque dubium fuit responsum.

De Pœnit. & Remiss.

Cap. Ne pro dilatione.

S V M M A R I V M.

1 *Episcopi, & alij Superiores, & minores Prælati exempti possunt sine alia licentia sibi eligere Confessorem.*

2 *Episcopi possunt sibi eligere Confessorem etiamsi exempti non sint.*

3 *Prælatus inferior non exemptus, aut exemptus non Prælatus non gaudet priuilegio sibi eligendi Confessorem.*

4 *Rectores Ecclesiarum, item Scholares Episcopo, vel eius Pœnitentiario, aut Archipresbytero ciuitatis confiteri debent.*

5 *Episcopus an hodie possit eligere Confessorem sibi non subditum, qui à proprio Ordinario non fuerit approbatus ad præscriptum Concilij Tridentini in cap. 15.*

cap. 15. sess. 23. & num. seq. vsque ad num. 31. & num. 62.

6 Confessor eligendus ex priuilegio huius cap debet esse habilis ad confessiones audiendas, & n. 13.

7 Impedimenta vno ex duobus sublato actus expediri non potest.

8 Sacerdos, vt validè à peccatis absoluat, debet non solum esse approbatus ab Ordinario, sed etiam habere iurisdictionem in pœnitentes.

9 Regulares habentes priuilegium absoluendi alienos Parochianos an possint illos absoluere sine proprij Sacerdotis licentia, & n. 28.

10 Priuilegium habens eligendi Confessorem non potest eligere nisi eum, qui habet executionem, & num. 53.

11 Confessorem eligere est iurisdictionem prorogare.

12 Sacerdos ab Ordinario non approbatus habet iurisdictionem habitu, sed non actu.

14 Sacerdos de iure communi satis est vt habeat potestatem absoluendi habitu, ad hoc vt illius executio per electionem prorogetur; secus post Concilium Tridentinum.

15 Episcopus eligendo Confessorem sibi subditum videtur illum approbare.

16 Confessor electus in vim huius capituli an censeatur ordinarius.

17 Consuetudo, ac priuilegium eligendi Sacerdotem non approbatum ad confessiones audiendas sublata sunt à Concilio Tridentino.

18 Confessor eligendus in vim Bullæ Cruciatæ debet esse approbatus ab Ordinario ipsius Confessoris, licèt in Bulla id non exprimatur.

19 Confessio sacramentalis an sit nulla, si fiat Sacerdoti in aliena diœcesi commoranti etiam ibi approbato ab Ordinario.

20 Prælati inferiores exempti an possint sibi eligere Confessorem ab Ordinario non approbatum.

21 Et an possint approbare ad confessiones audiendas.

22 Priuilegium eligendi Cõfessorem quid operetur post Concilium Tridentinum, & num. seqq.

23 Sacerdotes sæculares non curati non possunt audire confessiones confluentium de alienis diœcesibus etiam in diœcesi, in qua sunt approbati, & n. 27.

Secus est in Regularibus seclusa fraude, n. 28.

24 Parochus potest confessiones suorum Parochianorum vbique locorum audire aliorum non potest etiam in propria parochia, & n. 29.

25 Confessor ab Episcopo electus potest illius confessiones audire etiam extra diœcesim Episcopi approbantis.

26 Sacerdotes non curati siue sæculares, siue regulares non possunt audire confessiones etiam subditorum Episcopi approbantis extra diœcesim, in qua sunt approbati.

30 Actus voluntariæ iurisdictionis possunt etiam in alieno territorio exerceri.

Episcopum iter agentem non decet eligere sibi Confessorem in singulis diœcesibus, ibidem.

31 Cardinales in vim huius cap. an possint sibi eligere Confessorem non curatum, nec approbatum ab Ordinario iuxta Concilium Tridentinum in cap. 15. sess. 23. & n. seq. vsq. in finem.

32 Cardinalis Episcopus, aut Legatus de latere indubiè habet priuilegium sibi eligendi Confessorem, ibidem.

Priuilegia non extenduntur de persona ad personam, etiam ex maioritate rationis.

Declaratur, n. 40. & 47.

33 Prælatus quantumcumque maximus de iure communi non potest sibi eligere Confessorem.

34 Episcopus de iure communi confiteri debet Archiepiscopo, Archiepiscopus Patriarchæ, Patriarcha Papæ, & n. seq & 39.

35 Prælati exempti, qui immediatè non subsunt Papæ non habent priuilegium sibi eligendi Confessorem & n. 38.

36 Cardinales non possunt recedere à Curia sine licentia Papæ.

37 Tenentur residere in suis titulis.

38 Priuilegij causa cessante cessat priuilegium.

Declaratur, n. 48.

39 Cardinales de iure communi confiteri debent Papæ, vel maiori eius Pœnitentiario, & n. 50.

40 Cardinales dignitate, & officio sunt superiores Episcopis.

41 Prælatorum appellatione qui comprehendantur.

42 Cardinales etiam non Episcopi in suis titulis habent iurisdictionem quasi episcopalem, & minores Ordines conferunt; non tamen vti possunt facultatibus, quæ à Concilio Tridentino Episcopis tribuuntur.

Cardinalis Regni Protectore potest inquirere super qualitatibus promouendi, & examen super aliquo articulo subdelegare. Sed processum Nuntij præuenientis per se, vel per alium impinguere non potest, ibid. vers. Et per quæ dicta.

43 Cardinales sunt Papæ immediatè subiecti tamquam ipsorum iudici Ordinario, & n. seq.

44 Familiares Cardinalium à solis Cardinalibus iudicantur.

46 Cardinales gaudent priuilegio Altaris portatilis.

47 Priuilegium sibi eligendi Confessorem tamquam fauorabile, & nulli noxium est latissimè interpretandum.

48 Priuilegium eligendi Confessorem quam ob causam Episcopis, & Prælatis exemptis concessum fuerit, & n. seq.

49 Causa in dubio an præsumatur finalis, vel impulsiua.

50 Priuilegiatus an possit sibi eligere Confessorem non curatum, nec approbatum ab Ordinario, & num 52.

51 Sacerdotes simplices an habeãt priuilegium sibi eligendi Confessorem, & n. 54.

52 Cardinalium priuilegia non comprehenduntur in generali priuilegiorum derogatione.

Contrarium, n. 55.

Declaratur, n. 58 & 60.

53 Priuilegium habens eligendi Confessorem tenetur eligere Sacerdotem habẽtem executionem ab Ordinario.

55 Cardinalium prærogatiuæ quamuis multum attendantur in honoribus deferendis, non tamen eximunt eos à vinculis sacrorum Canonum, & Apostolicarum Constitutionum.

56 Augusta quamuis gaudeat priuilegijs Augusti, tamen sub generali legum vinculo comprehenditur.

57 Princeps non est sub lege fori, sed sub lege poli, naturæ, & rationis.

58 Cardinales comprehenduntur in generali derogatione respiciente fauorem publicum, & salutem animæ.

59 Ideoque comprehenduntur in cap. Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss.

60 *Item in generali derogatione habente clausulas pregnantes*

61 *Lex corrigens in vno ex correlatiuis, corrigit etiam in alio.*

62 *Episcopi possunt sibi eligere Confessorem, sed tenentur eligere curatum seu approbatũ ab Ordinario.*

63 *Priuilegium eligendi Confessorem curatum, vel approbatum in quo prosit Cardinalibus.*

64 *Parochus etiam intra limites parochiæ suæ non potest audire confessiones alterius Parochiani sine proprij Sacerdotis licentia.*
Sed suos Parochianos absoluere potest etiam extra propriam parochiam, n. 66.

65 *Confessor siue sæcularis, siue regularis in vna diœcesi approbatus, non potest extra illam audire confessiones etiam personarum illius diœcesis, in qua est approbatus, & n. seq.*

67 *Sacerdos sæcularis etiam in illa diœcesi, in qua est approbatus, non potest audire confessiones confitentium ex alia diœcesi.*

68 *Consuetudo etiam immemorabilis, vt quis præter sui Superioris licentia Confessorem sibi eligere valeat, reprobatur.*

1 NE PRO DILATIONE. Episcopi, & alij
superiores, & minores Prælati exempti
possunt sine alia licentia sibi eligere con-
fessorem. Hoc dicit.
2 Nota primò Episcopos etiam non exemptos
posse sibi confessorem eligere, prout ex littera sub-
tiliter, & accuratè deducit Host. hic nu. 6. vers. Sed
numquid, cui subscribunt Io. Andr. Cardinal. &
Anchar. omnes in princip. Butr. nu. 5. & Abb. nu. 3.
vers. Sed quæro.
3 Secundò nota ibi, *minoribus Prælatis exemptis*,
inferiores Episcopo non gaudere hoc priuilegio
sibi eligendi confessorem, nisi duobus concurren-
tibus. Alterum est vt sint Prælati, puta Abbates,
Præpositi, Priores, vt in cap. In singulis, supra de
statu Monach. de Presbytero parochiali dicam
infra num. 41. Alterum vt sint exempti, idest Sedi
Apostolicæ immediatè subiecti, secundum Host.
nu. 7. vers. Inferiores verò, & latiùs patebit infra
nu. 35. Quapropter exemptus non Prælatus, aut
Prælatus inferior non exemptus hac permissione
non vtitur, vt per Host. eodem nu. 7. in ver. Mino-
ribus, & Abb. Siculum nu. 3. in vltimo notab. Quod
4 secundum Abb. Antiq. facit contra scholares, qui
sibi eligunt confessorem, quem maluerint; & se-
cundum Petrum de Sampsone facit contra Re-
ctores capellarum, qui sibi eligunt confessores,
cum tamen Episcopo, vel eius Pœnitentiario, aut
Archipresbytero ciuitatis debeant confiteri, cap. t
de off. Archipresb. & sequuntur hic Ioan. Andr. &
Butr. ambo in fine, Cardin. & Ancharan. ambo in
princip.
5 QVÆRO, An Episcopus in vim huius Decre-
talis hodie possit eligere confessorem sibi nõ sub-
ditum, qui à proprio Ordinario non fuerit appro-
batus ad confessiones audiendas ad præscriptum
Concilij Tridentini in cap. 15. sess. 23.
6 Videtur respondendum non posse.
Primò, quia hic textus exigit, vt eligatur con-
fessor prouidus, & discretus: sed talis non videtur
posse intelligi is, qui ab ipso Concilio in d. cap. 15.
declaratur non idoneus ad audiendas confessio-
nes. Ergo neque in vim huius Decretalis est eli-
gibilis.
7 Secundò de duobus impedimentis ad actum,
vno sublato, & altero remanente, actus expediri
non potest, cap. Ex tuarum, supra, de vsu pall. &
cap. Pastoralis, de priuil. Sed duo impediunt quo-
8 minus sacerdotes, quamuis in sui ordinatione ab-
soluendi potestatem receperint, absoluere pœni-
tentes possint; quorum vnum personam respicit
ipsorum sacerdotum, videlicet si non sint appro-
bati ab Ordinario, vel parochiale beneficium non
obtineant, d. cap. 15. Alterum quod pœnitentes
respicit, idest si in eos iurisdictionem nõ habeant,
cap. Placuit, dist. 6. cap. Omnis, vbi notatur, supra
eod. Ergo quamuis ex priuilegio huius textus sub-
latum sit impedimentum ex defectu iurisdictio-
nis, quia tamen remanet alterum ex inhabilitate
personæ confessoris, non poterit actus absolutio-
nis expediri. Atque hoc argumento in hac ma-
teria vtitur glos. in dicto cap. Omnis, in ver. Alie-
no sacerdoti.
9 Confirmatur argumentum, quia sicut non suf-
ficit priuilegium Regularium vt possint alienos pa-
rochianos recipere ad pœnitentiam, sed requiri-
tur licentia proprij sacerdotis, glos. in d. cap. Om-
nis, in eod. ver. Alieno sacerdoti, nisi sint super hoc
specialiter priuilegiati, in quibus terminis proce-
dit Extrauag. Vas electionis, de hæret. vt declarat
in prædicta Decretali, Omnis, Io. Andr. & post eum
Abb. nu. 14. vers. Sed Io. Andr. ita non sufficit licen-
tia proprij sacerdotis, cui æquiualet licentia ex
priuilegio iuris, nisi ille qui audire debet confes-
siones alias idoneus sit vt possit absoluere pœni-
tentes.
10 Tertiò, quando simpliciter datur licentia pa-
rochiano eligendi confessorem, non potest eligi ni-
si is qui habet executionem, vt puta curatus, glos.
præall. & Abb. in d. cap. Omnis, n. 14. glos. in Clem.
1. in ver. Speciali, de priuil. & ibidem Cardin. q. 13.
Et idem Cardin. in Clem. 1. qu. 14. de offic. Vicar. &
latius dicam infrà n. 53. ergo idem quando à iure
huiusmodi licentia tribuitur, vt hic.
11 Quartò facit ratio, qua mouetur glossa, & Abb.
vbi supra: eligere enim confessorem est proroga-
re eius iurisdictionem, vnde iudex prorogatus co-
12 gnoscit iure proprio. At sacerdos non approba-
tus iuxta decretum Concilij, licèt habeat iurisdi-
ctionem illam, idest potentiam; non tamen habet
actum. Ergo non poterit illius iurisdictionis exe-
cutio per eligentem prorogari. Nec applicatur
responsio Abbatis in Clem. 1. nu. 16. de priuil. post
Host. in summa de pœnit. vers. Cui confitendum,
nu. 14 post med. quod executio impeditur ex de-
fectu subditorum, quod cessat quando aliquis ali-
cui sacerdoti se legitimè subijcit, vtpote per li-
13 centiam legitimam: nam hoc procederet nisi
aliud subesset impedimentum in persona confesso-
ris proueniens ex eo quod non est approbatus.
Sicut ergo non potest eligi excommunicatus, vt
per Host. vbi supra in §. Cui Patriarcha, nu. 18. ita
nec iste a Concilio inhabilitatus.
Ex quibus concludendum cum Abb. hic in fine,
& Capell. Tholos. decis. 222. talem eligendum per
Episcopos, & Prælatos debere esse curatum, vel
aliàs habere potestatem ligandi, & soluendi in
actu; quod multò magis tenendum est post Con-
cilium, quo expressè in d. cap. 15. inhabilitati sunt
omnes, qui aut parochiale beneficium non obti-
nent, aut aliàs approbati non sunt.
14 Non obstat ratio, ob quam præcipuè Host. vbi
supra

ſupra, & Abb.in d.Clem 1 de priuil. & plerique
alij ante Cocilium tenuerunt ſufficere vt ſolus ſa-
cerdos habitu habeat poteſtatem abſoluendi ad
hoc vt illius executio per electionem prorogetur,
ad notata in l 1.de iudic. quia, vt dictum eſt, pro-
cederet, niſi ſubeſſet aliud impedimentum, quàm
ex defectu ſubditorum.
15 Non obſtat ſi dicatur cum Hoſt. vbi ſupra in S.
Cui Patriarcha, confeſſorem electum ab Epiſco-
po habere illam poteſtatem, quam habet Epiſco-
pus in ſubditum ſuum habet poteſtatem abſoluē-
di: ergo, &c. Quia reſpondetur argumentum tunc
habiturum locum, quando Epiſcopus eligeret ſa-
cerdotem ſibi ſubditum: Ex hoc enim quoniam
illum eligeret, tacitè videretur approbaſſe.
16 Non obſtat, quod talis confeſſor videatur or-
dinarius ex eo quod à lege accipiat poteſtatem fa-
cta electione per Epiſcopum, vt per Hoſt. vbi ſu-
pra; confeſſor autem ordinarius tali approbatio-
ne non indigeat: quia reſpondetur legem ſuppo-
nere ſacerdotem idoneum, & eligibilem ex ſe
quādo dat facultatem perſonæ vt poſſit illum eli-
gere, & illi ſubijci: at talis non eſt ſacerdos non
approbatus, cùm ex Concilio ſit inhabilis ad con-
feſſiones audiendas.
17 Non obſtat quod fortè conſuetudo interpretata
ſit aliter hanc licentiam, prout apparet in S. R. E.
Cardinalibus, qui cum habeant ſimile priuilegiū
à Papa, eligunt in confeſſorem ſacerdotem etſi nō
approbatum iuxta Concilium. Etenim omiſſo
priuilegio Cardinalium, de quo in præſenti non
quæritur: Reſponderi poteſt conſuetudinem quā-
uis aliàs tribuat iuriſdictionem non prodeſſe quic-
quam contra prædictum decretum Concilij, quod
priuilegia, & conſuetudines etiam immemorabi-
les ſuſtulit.
18 Melior interpretatio ad huiuſmodi priuilegium
ſumitur ex ipſis litteris Iubilei, in quibus cùm tri-
buitur licentia eligendi confeſſorem, adijcitur vt
ſit approbatus ab Ordinario: ſed etſi expreſsè non
eſſet adiectum, haberetur pro adiecto, prout ſen-
tiebat S.Congregatio Concilij interpretando Bul-
lam Cruciatæ.
19 Sed an talis confeſſor debeat eſſe approbatus
ab Ordinario ipſius confeſſuris, vel ab Ordinario
pœnitentis, S.Congregatio interpretando Bullam
Iubilei, & ex eius ſententia Sanctiſſimus declara-
uit Bullam eſſe intelligendam de Ordinarijs corū
qui audiunt confeſſiones, non autem de Ordina-
rijs pœnitentium.
In contrarium induci poſſet decretum prouin-
ciæ Mediolanen. recognitum à S. Congregatione,
& emendatum, quod relatum eſt inter ſcripturas
cap. 15. ſeſſ. 23. his verbis [Qui ad confeſſarium
etiam regularem in aliena diœceſi commorātem
dedita opera ſe conferens peccata ſua ſit confeſſus,
niſi confeſſarius ille ab Epiſcopo loci, & à conſi-
ſtentia Ordinario ad audiendas confeſſiones pro-
batus erit, ei tamquam inconfeſſo Parochus Eu-
chariſtiæ Sacramentum nemini præbeat.] Sed
reſponderi poteſt decretum illud loqui de pœni-
tentibus non habentibus facultatem ſibi eligendi
confeſſorem, qui ad eludendum proprij ſacerdo-
tis iudicium ad exteros ſacerdotes confugiunt.
20 Eadem dubitatio propoſita de Epiſcopis proce-
dit etiam reſpectu minorum Prælatorum, qui ſi
ſint exempti ſimili priuilegio gaudent, vt hic, in
21 quibus par etiam reſolutio fieri poterit; præter-
quam in eo quod dictum eſt Epiſcopum eligere
poſſe ſuum ſubditum, licèt prius non approbatum
ab ipſo ad audiendas confeſſiones, quia ipſum eli-
gendo tacitè, & ipſo facto videtur approbare. in-
feriores enim Prælati confeſſorem approbare non
poſſunt, niſi proprium territorium, ac iuriſdictio-
nem quaſi Epiſcopalem habeant, vt S. Congrega-
tio cenſuit.
22 Sed obijcies: quid ergo prodeſt priuilegium eli-
gendi confeſſorem à Concilio Epiſcopis nō adem-
ptum, ſi in aliena diœceſi eum eligere non poſſunt
niſi ab illius Ordinario approbatum, & in diœceſi
propria nullo egent priuilegio, cùm ſicut pro alijs,
& pro ſe poſſint ſacerdotes approbare.
Ac reſpondetur priuilegium operari duos effe-
ctus. Primus eſt, quia Epiſcopi poterunt ſibi eli-
gere exterum ſacerdotem curatum, vel ab eius
23 Ordinario approbatum, quem aliàs eligere non
poſſent ſine priuilegio. Nam quidquid ſit in re-
gularibus, presbyteri ſæculares parochiale benefi-
cium non habentes non poſſunt audire confeſſio-
nes confluentium ex alienis diœceſibus, etiam in
illa diœceſi, in qua ſunt approbati: etenim cum
illorum iuriſdictio non ſit ordinaria, ſed delegata
non extenditur ad eos, qui non ſubſunt Epiſcopo
deleganti; ac propterea nulla eſt abſolutionis ſen-
tentia, quam ijdem ſacerdotes in eos proferunt,
in quos ordinariam, aut delegatam iuriſdictionē
non habent, vt diffinitur à Concilio Tridentino
ſeſſ. 14. de Sacram. Pœniten. cap. 7. de caſ. reſeruat.
24 Habentes verò parochiale beneficium certum eſt
audire non poſſe cōfeſſiones alienorum Parochia-
norum, vt omnes notant in d. cap. Omnis vtriuſq;
ſupra eod. In hoc ergo prodeſt priuilegium, quod
ſacerdoti alterius diœceſis ſiue curato, ſiue appro-
bato, qui alioquin reſpectu exteri Epiſcopi eſſet
alienus, poterit Epiſcopus ſe ſubijcere illum eli-
gendo, eiuſque iuriſdictionem prorogare.
25 Secundus effectus eſt, quia Epiſcopi à ſacerdo-
te, vt præfertur, electo abſolui poterunt vbique
locorum, etiam extra diœceſim Epiſcopi appro-
bantis, quod ſine priuilegio nō liceret: nam pres-
26 byteri non habentes parochiale beneficium ſiue
ſint ſæculares, ſiue regulares non poſſunt audire
confeſſiones etiam ſubditorum Epiſcopi approbā-
tis extra diœceſim, in qua ſunt approbati, vt ſæ-
pius S. Congregatio declarauit.
27 Porrò conſueuerunt in hac materia ex ſenten-
tia ipſius S. Congregationis conſtitui regulæ in-
fraſcriptæ, videlicet: Sacerdotes ſæculares non
Parochi ad audiendas confeſſiones ab Epiſcopo
approbati non poſſunt illas audire extra diœce-
ſim, in qua ſunt approbati: ſacerdotes verò re-
gulares poſſunt ſeclusa fraude aliorum diœceſano-
rum confeſſiones audire in ea diœceſi, in qua ſunt
approbati, qui ab Epiſcopo ſolam approbationem
recipiunt, & iuriſdictionem habent ex priuilegio
Summi Pontificis, vt in Clement. Dudum, de ſepul-
tur. cuius authoritas non reſtringitur ad limites
alicuius territorij, cap. Cuncta per mundum, 9.q.3.
28 Et in hoc diſcrepant à confeſſoribus ſæcularibus;
ſed tamen cum ijs conueniunt in hoc quod non
poſſunt illas audire etiam quoad ſubditos Epiſco-
pi approbantis extra diœceſim, in qua ſunt appro-
29 bati. At Parochi è conuerſo alienorum quidem
Parochianorum confeſſiones audire non poſſunt
etiam in propria parochia, cùm in eos nullam ha-
beant iuriſdictionem, ſed ſuos Parochianos poſ-
ſunt

sunt vbique locorum absoluere, quia in eos ordi-
30 nariam habent iurisdictionem, & cùm actus au-
diendi confessiones sit iurisdictionis voluntariæ,
potest etiam in alieno territorio exerceri, l. 1. ff. de
off. Procons. glossa in c. Nouit, de off. Legati, Cal-
derin. cons. 468. circa princ. vers. Secundò ponde-
ro, alias 3. Qui fil. sint legit. Ob quam rationem
ita concludit Hostien. in Summa in tit. de pœnit.
§. Cui confitendum, num 54. vers. Et numquid ex-
tra, Asten. in Summa lib. 5. tit. 14 §. Cui Presby-
tero est confitendum, q. 4. Nauarr. in cap. Placuit,
num. 64. de pœnit. dist. 6. Capyc. decis. 203. num. 14.
& seqq. & in hoc discrepant ab alijs Sacerdotibus
tam sæcularibus, quàm regularibus, quorum au-
thoritas circumscribitur finibus diœcesis, in qua
sunt approbati.

Quæcumque autem de Parocho dicta sunt ea-
dem habent locum etiam in Confessore ab Episco-
po electo in vim textus nostri. Siquidem tam-
quam habens iurisdictionem à lege, cēsetur ipsius
eligentis proprius, & Ordinarius Sacerdos, vt do-
cent in d. cap. Omnis, Hostien. nu. 22. & Abb. n. 14.
Mandos. in tract. de signat. grat. in ver. Confessio-
nale, vers. Aduertendum est ad glossam; ac proin-
de ad instar Parochi potest audire cōfessiones Epi-
scopi tamquam subiecti suæ ordinariæ iurisdictio-
ni in quacumque diœcesi, quod non liceret seclu-
so priuilegio, vt dictum est. Hoc autem pluri-
mum prodesse poterit Episcopis præsertim in iti-
nere celebrantibus, iuxta cap. fin. de priuil. in 6.
Nec transeundo per alienas diœceses dimisso soli-
to, & propio Confessore, cogantur in singulis diœ-
cesibus diuersos Sacerdotes eligere. Quod consi-
derat Hostien. in d. §. Cui Patriarcha; Resolutio-
nem habes infra n. 62.

31 Vlterius QVÆRO. Posito decreto Concilij
Tridentini in d. cap. 15. sess. 23. An S. R. E. Cardina-
les in vim illius Decreti possint sibi eligere Con-
fessorem non curatum, nec approbatum ab Or-
dinario. Quæstio videtur diuidenda in duos arti-
culos. Primus est an Cardinalis habeat priuile-
gium sibi eligendi Confessorem, iuxta hoc capitu-
lum. Secundus est, quatenus habeat an possit eli-
gere non curatum, nec approbatum.

Quoad primum articulum si Cardinalis sit Epi-
scopus, nulla est difficultas, quin gaudeat hoc pri-
uilegio. Et idem dicendum de Cardinali Legato
de latere, quia proculdubio comprehenditur sub
illis verbis, *& alijs Superioribus*, & in ratione ex-
pressa in littera. Et hoc tenent post alios moderni
in institutione canonica lib. 5. in tit. de Sacramen.
Pœniten. n. 172.

32 Sed in Cardinali non Episcopo, aut Legato de
Latere dubium facit, quod cum hæc Decretalis
contineat priuilegium, vt notant hic Anchar. &
Abb. non videtur extendenda ad Cardinales in
ea non expressos ex notatis per Archid. in cap. fin.
in ver. Indulgemus, de priuileg. lib. 6. Generaliter
enim in priuilegijs non fit extensio de persona ad
personam etiam ex maioritate rationis, cap. Ne
aliqui, vbi Gemin. in 4. notab. de priuil. in 6. An-
ton. de Butr. in cap. Sanè, supra eod. tit.

33 Præterea de iure communi nullus Prælatus
quantumcumq; maximus potest sibi eligere Con-
fessorem, vt hic notat Abb. num. 2. in 2. notab. &
probat littera textus ponderando illud verbum,
permittimus, quod indicat ante hanc permissionē
Episcopos, & alios de quibus hic non potuisse se
subijcere alicui Confessori sine sui Superioris lice-
tia. Et est ratio, quia nemo potest ligari nisi à suo
iudice, vt in cap. Omnis vtriusque, & in cap. Quod
autem, supra eod. & cum nullus Clericus sine li-
centia sui Episcopi possit eligere iudicium non sui
iudicis, personæ, vel rerum; c. Si diligenti, & cap.
Significasti, de foro compet. & cap. Non liceat, 3.
qu. 6. Multò minus iudicium animæ, quod maius
est, vt arguit glossa hic in ver. Permittimus, & Ho-
34 stien. num. 5. in eod. ver. Vnde ex iuris commu-
nis dispositione Episcopus debet confiteri Archie-
piscopo, Archiepiscopus Patriarchæ, Patriarcha
Papæ, vt plenè per Hostien. in Summa, eodem tit.
§. Cui confitendum. Sed quia huiusmodi Prælati
habent Superiores nimis distantes, propterea fuit
eis concessum priuilegium de quo in textu nostro
35 vt hic aduertit Abb. num. 2. Similiter Prælati ex-
empti, de quibus loquitur littera huius textus de
iure confiteri debent soli Papæ, cui subsunt imme-
diatè: de his enim intelligitur hæc Decretalis, &
non de alijs Prælatis exemptis habentibus supra
se alium Superiorem, vt Prior Abbatem genera-
lem secundum Hostien. in d. §. Cui confitendum,
vers. Cui Abbas, & Abb. hic num. 2. in fine. Sed
quia prædicti exempti Papæ immediatè subiecti
itidem nimis distabant à Curia Romana, idcirco
fuit eis concessum priuilegium sibi eligendi Con-
fessorem, ne pro dilatione pœnitentiæ periculum
immineat animarum, quæ est ratio hic expressa,
& hanc distantiam à suis Superioribus, & à Curia
Romana fuisse causam, & rationem huius priuile-
gij dicit Hostien. hic nu. 7. in fin. vers. Nisi exempti
sint, & Abb. eod. n. 2.

36 At hæc ratio cessat in Cardinalibus non Epi-
scopis, aut Legatis de Latere, quia tenentur in
Romana Curia residere, vt eis districtè præcipitur
à Leone X. in Constitutione edita super reforma-
tione Prælat. Eccles. Tertio, Nonas Maij 1514 nec
possunt recedere à Curia sine licentia Papæ, cùm
habeant alas ligatas, vt inquit Hostien. in cap. Ec-
clesia vestra, il secondo, de elect. Sarnen. in cap. de
37 impetr. benef. vacan. per obit. famil. Cardin. qu. ..
num. 4. Et, vt ait Bald. in cap. Bonæ, il secondo, de
postulat. Prælat. æquiparantur stellis fixis, quæ non
mouentur nisi motu orbis, sicut & Cardinales nō
mouentur nisi motu Papæ. Et de iure communi
tenentur residere in suis titulis, alias debent de-
poni cap. 2. de Cler. non resid. vbi à Leone III. re-
fertur Anastasium Presbyterum Cardinalem titu-
lum Beati Marcelli in Synodo depositum fuisse eò
quod parochiam suam per annos quinque contra
Canonum instituta deseruerat, de quo per Ioann.
Andr. in addit. ad Specul. eod. tit. circa fin. & Ol-
drad. cons. 48. Ius commune, & arguit in simili Io.
38 Andr. post Hostien. in cap. In his, circa med. in ver.
Consecuti, supra de priuil. vbi concludit priuile-
gium Altaris viatici, de quo ibi, cum fuerit con-
cessum fratribus Prædicatoribus, & Minoribus in
nouitate sua quando carebant proprijs Ecclesijs,
& habebant Oratoria simplicia, non habere am-
plius locum, cùm hodie habeant Ecclesias conse-
cratas, & sic cessat ratio priuilegij: & sequuntur
ibi Anton. de Butr. num. 8. & Abb. num. 3. & magis
ad rem nostram priuilegium vt Episcopi, eorum-
que Superiores nullam interdicti, vel suspensionis
pœnam incurrant, nisi in sententia sint expressi, de
quo in c. Quia periculosum, de sent. excomm. in 6.
Non competit Cardinalibus, cum in eis cesset ra-
tio

tio illius Decretalis, scilicet impediendi officium episcopale, secundum Ioann. de Anan. in rubr. de Cler. excomm. in ult. col. & Felin. in cap. Quod super his, num. 12. vers. Secundò quia etiam, de fide instrum. & in terminis priuilegij, de quo agitur, quamuis littera huius textus indistinctè loquatur de Prælatis exemptis; tamen quia in exemptis, qui non subsunt Papæ, sed alijs Superioribus, cessat ratio distantiæ ab Vrbe, & dilationis in textu cõsiderata: cessat etiam priuilegium secundum Hostiensem, & Abb. locis citatis.

39 Quamobrem cessante priuilegio, Cardinales confiteri debent Papæ, vel Maiori eius Pœnitentiario, quibus in foro pœnitentiali subijciuntur. Martinus Laudensis in tract. de Cardinal. part. 2. qu. 28. & 29. & Lancell. Corrad. in Templo omn. iudic. lib. 2. cap. 2. de Cardinal. §. 2. num. 10. Videtur enim in eis seruandum quod de iure cõmuni statuitur in alijs Prælatis exemptis, qui ante concessionem, de qua in textu nostro, simpliciter tenebantur confiteri Papæ, vel Maiori Pœnitentiario secundum Abb. ibid. vers. Nota quod Prælatus exemptus.

Atque ita Cardinales in Curia non habere hoc priuilegium sibi eligendi Confessorem, sed solere illud per Papam concedi, tradit Marcus Antonius Cuccus in Institut. Canon. lib. 3. in tit. de Sacram. Pœnit. num. 173. Neque obstant verba prædictæ Decretalis, Et alijs Superioribus, quia verificantur in Archiepiscopis, Primatibus, & Patriarchis, vt notat ibi Io. Andr. in princ.

40 Quibus tamen minimè obstantibus, videtur respondendum hoc priuilegium competere Cardinalibus etiam non Episcopis, aut de latere Legatis. Primò ponderando litteram textus in illis verbis, *& alijs Superioribus*: nam posthabitis Doctorum altercationibus, Cardinales dignitate, & officio sunt superiores, & eminentiores Episcopis, vt validissimis rationibus diffinitur in epistola Decretali Eugenij IV. ad Archiepiscopum Cantuariensem scripta Florentiæ, vbi Eugenius præsidebat in Concilio Florentino anno sui Pontificatus octauo, quę incipit, Non mediocri, & est in Bullario 15. inter Constitutiones Eugenij.

Vnde cum Cardinales secundum latitudinem eorumdem verborum includãtur in dicta Decretali, non dicitur fieri extẽsio de vno casu ad alium, sed potius declaratio, & expressio eius quod tacitè inest: atque ita cessat ratio superiùs considerata in prima oppositione; nam & in priuilegijs fit lata interpretatio, quatenus patiatur verborum proprietas, vt post alios tradit Decius cons. 115. Viso tenore, num. 6. vers. Et ideò cum multis.

Præsertim verò quia, vt inquit Abb. hic num. 3. tùm in indulto eligendi Confessorem tractemus de fauore, & sit beneficium Principis nulli nocis, debet fieri latissima interpretatio, vt in cap. Olim, infra, de verbor. signif. & in l. fin. ff. de Constitut. Princ.

Ad hæc priuilegium electionis Confessoris conceditur hic, non solum Episcopis, & alijs Superioribus, sed etiam minoribus Prælatis exemptis. Vnde quatenus hoc casu spectanda non esset prærogatiua dignitatis, sed gradibus secundũ quam Presbyteri Cardinales sunt minores Episcopis, vt notatur per glossam, & Doctores in cap. Quanquam, 2. q. 7. & habetur in prædicta Decretali Eugenij IV. Atque ita quatenus Cardinales hoc respectu non comprehenderentur in illis verbis, *& alijs Superioribus*; comprehenduntur tamen in sequentibus, *necnon minoribus Prælatis exemptis*:

41 vtraque enim qualitas Prælationis, & exemptionis propriè verificatur in Cardinalibus: nam siue Prælatorum verbum accipiamus in strictiori significatione pro eis, qui habent iurisdictionem fori contentiosi iuxta textum in c. 2. & ibi glossa in ver. Prælati, de sepult. siue accipiamus largè, vt etiam cõprehendat habentes iurisdictionem fori pœnitentialis, vt sunt Rectores Parochialium Ecclesiarum, qui largo modo dicuntur Prælati, cap. Tua, de Cler. ægrot. prout secundum Abb. hic n. 3.

42 Accipi debet hoc casu, in quo agitur de fauore, & beneficio Principis nulli noxio: dubium non est quin comprehendantur Cardinales, qui in suis titulis, & in Ecclesijs, quæ ipsis titulis sunt subiectæ, facultatem habent corrigendi, censuras ecclesiasticas fulminandi, & cætera faciendi, quæ sunt iurisdictionis episcopalis, cap. His quæ, vbi omnes notant, de maior. & obed. cap. Querelam, de elect. Extrauag. Clem. VII. Sanctiss. in Christo Pater, &c. & est communis opinio, vt restatur Roman. sermone suo post consilia num. 19. in fine, & propterea conferunt minores Ordines vtũtur episcopalibus insignijs, & benedicunt solemniter, licèt non habeant consecrationem aliquam, sed nudos Ordines sacros, Felin. in cap. Inter monasterium, n. 2. de re iudic. Et quamuis cum olim dubitatum esset in Sac. Congregatione Concilij an Cardinales, qui habent titulos Ecclesiarum Vrbis, possent in suis Ecclesijs titularibus, & earum subditis vti illis facultatibus, quæ à Concilio Trident. tributæ sunt Episcopis in suis ciuitatibus, & diœcesibus, & specialiter illis, quæ comprehenduntur sess. 24 cap. 6. Facta relatione Sanctissimo Sanctitas sua dixerit se nolle eas, vt quæ Episcopis concessa sunt à Concilio, competant Cardinalibus in suis titulis, quia licèt habeant quasi episcopalem iurisdictionem, ibi tamen verè, & propriè non sunt Episcopi: Nihilominus hæc decisio vt in libris S. Congregationis est adnotatum, intelligenda est quoad facultates concessas à Concilio. Extra illas autem salua manet iurisdictio Cardinaliũ in titulis suis, iuxta notata in d. cap. His quæ, de maior. & obed. & propterea Cardinales prælaturam, seu prælationem Ecclesiarum habere patet clarè ex cap. vnico ibi, *Prælaturis perpetuò priuantes*, & infra, *Prælatione, dignitate, statu, & honore ecclesiastici omninò priuamus*, de schis. nat. lib. 6. & tradit glos. in cap. 2. in 1. notab. de Cler. non resid. & in d. cap. His quæ, in ver. Obedientiam. Et per prædicta cum in Constitutione 6. Gregorij XIV. de forma conficiendi processus super qualitatibus promouendorum ad Cathedrales Ecclesias, §. 7. Cautum sit vt Prælatus inquirens si per se non posset ob locorum distantiam testes examinare circa articulum aliquem, vt legitimos natales, vel ætatem, aut aliquid eiusmodi, liceat ei articulum illum alteri personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ subdelegare. In S. Congregatione rerum Consistorialium habita die 6. Augusti 1619. dictum fuit Prælatorum appellatione comprehendi etiã Cardinales Prouinciæ, vel Regni apud Sedem Apostolicam Protectores, qui ex eadem Constitutione §. 6. & ex Instructione Vrbani VIII. §. 4. facultatem habent huiusmodi inquisitiones faciendi. Licèt in speciali casu Ecclesiæ Archimandritatus Mes-

Messanen. in quo Cardinalis Siciliæ Protector pro impingnatione processus confecti à Nuncio Hispaniarum super statu dicti Archimandriatus commiserat Archiepiscopo Messanen. vt testes reciperet super valore illius Ecclesiæ dictum fuerit id ei minimè licuisse, quia stante præuentione Nuncij in inquisitione, Cardinalis Protector nô erat Prælatus inquirens, de quo Constitutio loquitur, nec poterat processum illius impinguare, aut supplere.

43 Indubiè etiam verificatur in Cardinalibus secunda qualitas, idest exemptio; quoniam Papæ immediatè subijciuntur, d. cap. 5. de schismat lib 6. Anchar. conf. 295 Pro clariori, n. 7. vers. Sextò probatur, & tamquam Senatorea lateri Principis assistunt, & dicuntur pars corporis illius, glos. in Extrauag. Execrabilis, in ver. Circa nos, de præben. Io. Monach io. Andr. & DD. in d. cap. vnico, de schism. lib. 6. & dicuntur liberi primi gradus, & membra capitis; cùm tamen reliqui Prælati sint membra corporis, vt ait glos. in Extrauag. Dudum, de sepult. inter commun litesque & causæ inter Cardinales quomodolibet vertentes Summi Pontificis decisioni reseruantur in Extrauag. Pauli IV. quæ incipit, Cum sæpius; adeout propterea ab Oldrado cons. 48. Ius commune, nu. 48. tamquam collaterales, & pars corporis Papæ dicantur magis illius familiares, quàm cæteri commensales, & seruientes: & Cardinalium exemptio redundet etiã in familiares ipsorum, vt in cap. 11. in fine sess. 24.

44 Tridentini Concilij, & tradit Clar. in §. fin. qu. 35. nu. 17. vbi ait familiares Cardinalium iudicari ab ipsis solis Cardinalibus, itaut nec Vicarius Papæ eos iudicet, sed remittat ad suos Cardinales, qui propterea habent priuatum carcerem; & testatur ita de stylo Curiæ obseruari.

45 Nec dicatur, Cardinales non videri exemptos, cùm subsint suo immediato superiori, ac iudici ordinario, qui est Papa, Anchar. d. cons. 295. nu. 7. vers Sextò probatur: nam respondetur textum nostrum, dum loquitur de Prælatis exemptis nullo modo esse intelligendum de Prælatis exemptis à iurisdictione Papæ, à quo nullus ecclesiasticus exemptus est, nec eximi potest, cap. Cuncta per mundum, 9 qu 3. cap. 1. cum plurib. seqq. 93. dist Extrauag. Vnam sãctam, d. maior. & obed. cũ concord. Innoc. in cap Cum dilecti, de foro compet. latè Felin. in cap. 1. nu. 6 & seqq. de Constit. aliàs lex lata esset super impossibili contra textum in cap Erit autem lex, 4. dist. sed esse intelligendum de exemptis ab Ordinarijs locorum; imò de illis rantùm, qui immediatè subiecti sunt Papæ, secundũ Host. & Abb. hic, quales dubitari non potest, quin sint Cardinales, vt ostensum est supra.

46 Confirmantur prædicta, & quia S. Congregatio Concilij iam declarauit Cardinales gaudere priuilegio altaris viatici, de quo in cap. fin. de priuil. in 6. & tamen illa Decretalis non loquitur nisi de Episcopis, & eorum superioribus: ergo multò magis gaudere debent priuilegio electionis confessoris in terminis huius Decretalis, cum hęc nô solum loquatur de Episcopis, & alijs superioribus, sed etiam de minoribus Prælatis exemptis; atque ita magis latè pateat, quàm illa, & sit etiam fauorabilior propter rationem periculi animarum in ca expressam, cap. Præcipimus, 15, qu. 1. Abb. cons. 63. Videtur primo, n. 3. vers. Item quis debet magis diligere, lib. 1.

47 Et ex his patet respôsio ad obiectãnem quoad primum, cùm littera textus ibi, *& alijs superioribus*, & ibi, *Prælatis exemptis*, propriè conueniat Cardinalibus; hæc non dicitur extensio priuilegij de persona ad personam, sed declaratio cap. Ad audientiam, & ibi glos. 1. & fin. de decim. In quacumque autem materia etiam odiosa, & strictè accipienda sit lata interpretatio quatenus patitur proprietas verborum, vt est textus in l. Cum lege, & ibi Aretin. notat, ff. de testam. & quatenus verba huius priuilegij essent dubia, deberent tamen largissimè interpretari, cap. Olim, de verb. signif. cap. Cum dilecti, de dolo, & contum. glos. in d. cap. Ad audientiam, in ver. Asserunt, & de hoc priuilegio eligendi confessorem tradit Abb hic n. 3.

48 Ad secundum motiuum respondetur distantiã à superioribus, vel à Curia Romana non fuisse causam finalem huius concessionis, sed potius impulsiuam; quod patet ex eo quod Episcopus non prohibetur sibi eligere confessorem, si Archiepiscopus esset præsens, puta ex causa visitationis prouinciæ, vel accessus Episcopi ad Synodum prouincialem, vel alia occasione; nec alius exemptus esset prohibendus in Curia vti hoc priuilegio ex eo quod patere posset accessus ad Papã, vel maiorem Pœnitentiarium. Ergo signum est huiusmodi distantiam fuisse causam motiuam priuilegij, qua cessante non cessat priuilegium, vt plenè notatur per Bartol. in Extrauag Ad reprimendam, in vee. Nec ex eorum absentia, in princ. n. 12. & seq quod colligitur etiam ex dictione illa, *pro*, de qua in textu, quæ causam impulsiuam importat quando adijcitur verbis prolatis ad fauorem priuilegiati, vt hoc casu, Bald. cons. 337. Ex præmisso, in princ.

49 n. 2. lib. 3. Præsertim quia in priuilegijs causa in dubio præsumitur impulsiua, Io. de Imola cons. 33. nu. 5. & seq. Ideoque videmus priuilegium altaris viatici fuisse concessum Episcopis, & alijs superioribus ob causam expressam in cap. fin. de priuileg. in 6. videlicet quoniam Episcopi se habent diuersis ex causis à suis Ecclesijs, & diœcesibus absentare frequenter: & nihilominus quia causa illa fuit impulsiua, Episcopi vti possunt priuilegio illo etiam in propria diœcesi, & extra casum absentię, vt notatur ibi Archid. in ver. Vbicumque, & declarauit S. Congregatio Concilij: ergo similiter vtì poterunt priuilegio electionis confessoria concessio propter distantiam superiorum etiam extra casum distantiæ.

Deinde respondetur non simplicem distantiam superiorum fuisse causam dicti priuilegij, sed periculum animarum, quod imminet ex dilatione confessionis, vt legitur in textu: quæ quidem causa magis latè patet, quia potest prouenire ex alijs causis, & impedimentis, quam ex superioris distãtia, puta si superior sit infirmus, vel aliàs impeditus, aut ad eum difficilis pateat accessus. Hæc autem causa satis verificatur in Cardinalibus in vrbe existentibus, quia experientia docuit Summum Pontificem grauissimis negocijs præpeditum, & Maiorem eius Pœnitentiarium vacare vix posse confessionibus Cardinalium audiendis; nec facilè aceos aditũ patere omnibus diebus, & horis, quibus Cardinales volunt confiteri; præsertim illis, qui singulis ferè diebus in suis capellis Missam celebrant. Ergo quatenus causa illa tamquam pia respiciens fauorem animæ esset finalis, iuxta notata per Roman. cons 438. In casu consultationis,

nis.nu.5. vers.Vltimo, hæc est, tamen si illa recto iudicio expendatur, non cessat in Cardinalibus in Romana Curia residentibus: verè enim si pro absolutione sacramentali obtinenda semper oporteret eos personaliter accedere ad Papam, vel Maiorem Pœnitentiarium; profectò necesse esset, vt sæpissimè confessionem differrent. Et propterea Victoris in summa in tit.de confess. nu. 154. attestatur quemlibet Cardinalem de consuetudine habere priuilegium prædictum; idemque de iure generaliter sentit Io.Andr.in addit.ad Speculat. in tit. de legato, §. Sequitur, in fine addit. vbi ait Cardinalibus etiam non Legatis competere sex priuilegia Episcoporum notata in Decretali vltima, de priuileg.lib.6.in glos.penult. Inter quæ priuilegia glossa secundo loco recenset priuilegium huius cap.

50 Quoad secundum articulum, videlicet an Cardinales, quatenus habeant priuilegium sibi eligẽdi confessorem, possint eligere non curatum, nec approbatum ab Ordinario.

Pro sententia affirmatiua affertur, quod quilibet sacerdos in collatione Ordinis recipit potestatem, seu iurisdictionem fori pœnitentialis habitu; licèt illam non consequatur actu, nisi quando habet personam, super qua liceat iurisdictionem, quam habitu habet, exercere actu. Quam iurisdictionem actu recipit, quando quis vigore priuilegii illum eligit in confessorem, & illi se subiicit. Et ideo Theologi communiter tenent priuilegiatum posse eligere sacerdotem non curatum, nec ab Ordinario approbatum, Sot.in 4.distin.18. qu.4.art 3.Nauarr.In cap.Placuit, nu.40. cum pluribus seqq. dist.6. vbi hanc partem acerrimè tuetur, & Iacob.Graff.in decis.cas.conscien.lib.4.c.15. nu.11.

51 Quod validius confirmari potest in priuilegio Cardinalis; quia ante Concilium Tridentinum quilibet sacerdos saltem de consuetudine habebat priuilegium eligendi sibi cõfessorem sacerdotem, tametsi non curatum, nec approbatum, vt tradunt Sot.Nauarr.& Graff.in locis præalleg.quare si Cardinalis post Concilium teneretur eligere approbatum, non operaretur aliquid suum priuilegium vltra illud simplicis sacerdotis, contra cap. In his, de priuileg.

52 Nec videtur obstare Concilium Tridentinum cap.15.sess.23. quia in generali priuilegiorum derogatione non venit priuilegium Cardinalis, Io. Monac.in cap.1.n.1.de schism.in 6. vbi tenet Cardinales, cùm ob dignitatis prærogatiuam, qua cæteris præstant, sint speciali nota digni, in clausulis generalibus non comprehendi, nisi specialiter exprimantur, vt factum fuit in d.cap.1.& testatur ita fuisse obtentum in terminis reuocationis expectãtium præbendas, quam fecit Bonifacius VIII. in cap.fin.de concess.præben.eod lib. & sequitur in d. cap.1.Io. Andr. vbi dicit sub generali dispositione quamuis comprehendantur Episcopi, non tamen comprehendi Cardinales, quia maior est ratio in Cardinalibus, cùm sint viciniores Papæ. Et hanc partem tuetur Abb.in Clem.1.in princip.de excess Prælator.Roman. cons.498. In casu quo quæritur Anchar.clarissimè cons.295.Pro clariori, & cõs.297 Efficacibus, Felin.in cap. Cum in iure peritus, in 3. col.de offic.delegat.Bartholom.Belen. olim Rotæ Auditor in cap.Super his, de fid.instrum, & quamplurimos recenset Quintil.Mandos. reg.19.de in-

Prosp.Fagn.in 2.par.5 lib.Decretal.

firm.q.2. Præterea considerandum est verba Concilij esse directa ad sacerdotes audientes confessiones, non autem ad pœnitentes, maximè habentes priuilegium eligendi confessorem; qui propterea non videntur comprehensi; & ex huiusmodi consideratione oritur responsio ad verba derogatoria priuilegiorum; nam illa verba derogatoria, & executiua non extenduntur ad non expressa in dispositiua, nec alterant dispositionem, Clem.1.§. Ad hoc si alicui, de præben.

53 Cæterum his non obstantibus verior videtur contraria opinio, quia habens priuilegium eligendi confessorem, tenetur eligere illum, qui ab Ordinario habet executionem, qualis est curatus, seu ab eodem Ordinario approbatus, glossa in c. Omnis vtriusque, §.Si quis autem, in ver. Alieno sacerdote, & ibidem Cardin.Zabar.col.2.Butr.num.39. Abb.n.14.& alij communiter, supra eod Petr. Rauenn.in compend.iur.canon.par.2 in eod tit lib.6. & Viuald.in Candelabr.aur.in tit de confess.nu.26. in fine. Et nimis rigorosa reprehensio Nauarri viri alioquin modesti cõtra prædictam glossam, quæ est communiter approbata à Canonistis, non videtur rationabilis; siquidem duæ rationes ab eo allegatæ contra glossam, quæ mihi visæ sunt magis vrgere, tolluntur.

Prima quippe ratio est Nauarri, & aliorũ Theologorum, quod sacerdos habens iurisdictionẽ fori pœnitentialis solum habitu, illam recipiat actu quando eligitur vigore priuilegij. Quæ tamen ratio vltra particulares, quas recipit, responsiones diluitur vno verbo, quod petat principium, quod controuertitur, An scilicet per electionem simplex sacerdos consequatur iurisdictionem fori pœnitẽtialis; & ideo in eo, de quo disputatur, non est faciendum fundamentum pro decisione disputationis, Ripa in rubr.solut.matrim.nu.58.

Secunda ratio est sumpta à simili de iudice Cartulario; de quo tamquam à diuersis non potest argui, quia iurisdictio, quam iudex Cartularius habet super eo, qui illum adit, non dicitur concessa ab eo priuato illum adeunte, qui non potest illam concedere, sed à Principe, qui eam illi iudici dedit, & dare potuit. Nos autem non versamur in iurisdictione à superiore data ipsi confessario, sed in facultate eligendi confessorem concessa pœnitenti: quæ facultas eligendi iudicem fori pœnitentialis intelligitur de iudice competenti, non autem de incompetenti, & illam actu non habente, ad Afflict decis.257.nu.4.& Marcabr. cons.84. nu 42.& 43.

54 Non obstat, quod priuilegium Cardinalium esset superuacaneum considerato priuilegio cuiuslibet Presbyteri; quia stant simul vt Presbyter habeat priuilegium eligendi, & Cardinalis habeat idem priuilegium, quod non propterea dicitur superuacuum, & inane, sed satis operatur, quia Presbyter habet illud vt Presbyter, & Cardinalis habet vt Cardinalis, licèt non sit sacerdos, quia sacerdotium non est de essentia, & substantia Cardinalatus, vt in Constitutione Sixti V. quæ incipit, Religiosa, 13.Aprilis 1587. Accedit quod cùm simplices sacerdotes non sint super hoc specialiter priuilegiati, consuetudo eligendi confessorem illis non suffragatur tamquam sublata in cap.2.inf.eod. lib.6. vt inferius dicetur, & verba illa, etiam sacerdotum, in c.15.sess.23. videntur apposita ad omne dubium remouendum.

55 Minus obstat quod Cardinales non veniant in generali priuilegiorum derogatione; siquidem contra iam sententiam, eo quod generalis legis dispositio comprehendat nō solum causas, sed etiā personas priuilegiatas, & Cardinalium prærogatiuæ quamuis multū attendantur in honoribus deferendis; non tamen eximunt eos à vinculis sacrorum Canonum, & Apostolicarum Cōstitutionum, vt per Sarnen. in proœm. regular. Cancell. qu. 4 n. 5. vbi pluribus rationibus vtrimque adductis cōcludit sententiam affirmatiuam esse firmiorem, & veriorem, quam etiam pluribus fundamentis comprobat Felin. in d. cap. Quod super his, nu. 12. vers. Et quando dicitur quod in lege, de fide instrum. & idem ante ipsum scripserunt Archid. & Io. Andr. in cap. Nemo deinceps, de elect. in 6. dum dixerunt illum textum in ver. Nemo, comprehendere etiam Cardinales, de quibus non oportuit fieri specialē mētionem, cum indefinita æquipolleat vniuersali; quod etiam tenet ibi Gemin. & in d. c. 1. de schismat. in 6. vbi reprobata opinione Io. Monachi dicit in hoc non esse illi credendum tamquam Cardinali, vt refert Felin. loco citato, & pro hac parte sæpius iudicauit Rota, vt testatur Sarnen. d. qu. 4. num. 7.

Inter fundamenta verò, quibus hæc posterior sententia fulcitur, duo sunt præcipua, Alterum est, quod considerat ibi Felin. quia aliàs sequeretur, vt ferè nulla lex canonica ligaret Cardinales, cùm rarissimè de illis fiat mentio; quod esset maximè absurdum, cù statuta Canonum ab omnibus sint custodienda, cap. 1. de Const. & maximè ab ijs, qui in eminentiori gradu constituti, reliquis inferioribus exemplo esse debent, cap. Cum quidam, de iureiur. c. Principium, de pœnit. dist. 2. l. Presbyteri, C. de Episc. & Cler. glos. in c. 2. §. fin. in ver. Tamquam, de translat. Episc.

56 Alterum est fundamentum, quod adducit Sarnen. vbi supra, quia etiam ipsa Augusta, quæ aliqquin irradiatur radijs Augusti, & gaudet illius priuilegijs, vt in l. Fiscus, §. fin. ff. de iure fisci, & vna, & eadem ratio cum Principe reputatur, sub generali legum vinculo comprehenditur, vt est textus notab. in d. l. Princeps, ff. de legib. nisi specialiter excipiatur, in quibus terminis procedunt l. penult. C. de donat. inter vir. & vxor. & in l. Benè à Zenone C. de quadrien. præscript. quas in contrarium adducit Andr. Barbat in c. In nostra, in 2. col. de rescrip. ergo idem dicendum in Cardinalibus, licèt eodem modo sint pars corporis Papæ, sicut Augusta Imperatoris; præsertim quia Cardinales nil aliud sunt, quàm Papæ Conciliarij, c. Fundamenta, §. Decet, de elect. lib 6. & c. In parochia, 16. qu. 1. cū concord Item Patritij, Consules, & Senatores, c. Constantinus. 96 dist. c. Ecclesia, 16. q. 1. Innoc. in c. Cum te, nu. 1. de re iudic. At nemo dixerit Senato-
57 res, aut Consiliarios legum vinculis non arctari, à quibus solus Princeps solutus dicitur in d. l. Princeps, ff. de legib. qui tamen à naturali illarum ratione immunis non est, vt l. Digna vox, C. eod. vbi Bald. in princ. ait Principem non esse sub lege fori, sed tamen esse sub lege poli, naturæ, rationis; de quo per Felin. in cap. 1. n. 31. & seqq. de Const.

58 Sed quidquid sit de veritate harum opinionū, quas fœdere distinctionis nititur conciliare Sarnen. in proœm. reg. d. qu nu. 5. in fine quatenus pro regula admittenda sit opinio negatiua; illa tamen communiter à Doctoribus limitatur, vt non procedat quando derogatoria dispositio respicit fauorem publicum, & animæ vtilitatem, vel periculum; quia tunc complectitur etiam Cardinales, vt tradit Præpos. in c. Non licet, in princ. 10. dist. Bartholom. Belenzin. in tract. de charit. subsid. qu. 66. nu. 16. & 17. idque per viam regulæ tradit Io. Monach. in Extrauag Bonifacij VIII. quæ est prima in ordine suo sub tit. de senten. ex comm. in Extrauag. commun. glossatis per eundem in ver. Clericus, & sequitur Sarnen. in proœm. regul. q. 4. n. 6. & in reg. de infirm. q 3 nu. 4. vbi testatur hanc videri communem resolutionem, siue de commodo, siue de præiudicio eorum agatur.

Ratio est, quia in his, quæ concernunt salutem animæ, Cardinalis non differt à quolibet populari, vt post Roman. & alios, quos refert, tradit Belen. loco citato, & Sarnen. in reg. de publ. resign. q. 13. n. 3. vbi præterea tenet illam regulam cōprehēdere etiam Cardinales, cùm sit fundata in bono animę, vt fraudes, & doli euitentur, & idem censet quoad regulam de infirmis in q. 3. n. 3. at Conciliū Tridentinum in d. c. 15. sess. 23. concernit publicum fauorem, & salutem animæ, dum committit Ordinarijs cognitionem, & approbationem sacerdotum ad confessiones audiendas; ad D. Thom. in 4.
59 dist. 17. q. 3. art. 3. q 4. & propterea videmus decretum Concilij generalis in c. Omnis vtriusque, supra eodem comprehendere etiam Cardinales, licèt de illis mentionem non faciat per ea, quæ dicit Abb. in c. Omnes, de maior. & obed. & in c. Nouit, in 3. col. de iudic. & firmat Sarnen. in proœm. d. q. 4 n. 6. Et sanè nemo dixerit Cardinales non teneri semel in anno peccata sua confiteri, & sacram communionem suscipere, cùm sanctiores cæteris esse debeant, vt per Sarnen. in reg. de impetr. benef viuen. q. 6. n. 1. Et quemadmodum Cardinales sunt subiecti peccato, quia nulla dignitas à peccato excusat, c. Magnæ, de voto; ita & iuri tractanti de remissione peccati, vt in Papa arguit Anton. de Butr. in d. c. Omnis vtriusque, n 18. Ergo idem dicēdum
60 de Concilio Tridentino; & eo magis, quia in d. c. 15. sess. 23. derogatur priuilegijs, & consuetudinibus quibuscumq; etiam immemorabilibus, quæ tamen derogatio nō legitur in d. c. Omnis vtriusq; vnde quatenus etiam hoc casu ageretur de dispositione pœnali, & odiosa odio irrationabili, & exorbitanti, quo casu communis opinio videtur, vt non includat Cardinales secundum Sarnen. in reg. de infirm. q 3. 4. & in proœmio q. 4. nu. 8. vers. Tertius casus; tamen succederet doctrina Felini in c. Cum iuris peritus, de off. deleg. & in rubr. de maior. & obed. vbi ait defendi non posse opinionē illam quod Cardinales non comprehendantur in dispositione generali habente clausulas prægnantes; cuius dictum refert, & sequitur Sarnen. in reg. de valore, qu. 1. n 6.

61 Similiter non obstat, quod verba Concilij sint directa ad audientes confessiones, non autem ad pœnitentes; quia confessor, & pœnitens, item audire confessiones, & confiteri sunt relatiua; & ita decretum Concilij loquens de vno comprehendit aliud: nam lex corrigens in vno ex correlatiuis, corrigit etiam in alio, l. fin. vbi hoc tenent Bart. Angel. & Doct. C. de indic. viduit. tollen.

62 Postremò iam S. Congregatio declarauit priuilegium eligendi confessorem, quod competit Episcopis in vim huius Decretalis non esse quidem à Concilio sublatum; sed tamen non posse sibi eligere

gere sacerdotem sibi non subditum, nisi aut parochiale beneficium habeat, aut à suo Ordinario approbatus fuerit ad confessiones audiendas, ad præscriptum d.cap.15.sess.23. idemque declarauit Gregorius XIII. audita relatione Congregationis; cuius resolutionis fundamenta habentur in præcedenti quæstione à n.6.vsque ad n.30. Ergo idem dicendum in Cardinalibus per ea, quæ tradit Sarnē. in reg.de valore q.1. nu.6. præsertim verò, quia in disputatione illius articuli multas rationes perpendit S. Congregatio, quæ plurimum hanc sententiam confirmant.

63 Quod si obijcias, si Cardinales in Curia residētes tenentur confiteri sacerdotibus approbatis, ergo nihil eis prodest priuilegium, contra c.In his, de priuileg. quia sacerdotibus approbatis omnis vtriusque sexus in Curia degens potest confiteri, iuxta d.cap.15. sess.23, neque hac in parte est opus priuilegio.

64 Respondetur priuilegium prodesse Cardinalibus in quatuor. Primò, quia possunt eligere alienum sacerdotem curatum, quem circumscripto priuilegio eligere nō possunt, cum non sit proprius eorum sacerdos, iuxta c.Omnis, supra eod. ibi enim omnes notant, & est ex mente S. Congregationis Parochum non posse audire confessiones alterius Parochiani sine proprij sacerdotis licentia etiam infra limites propriæ parochiæ, cùm confessio sacramentalis sit actus iudicialis, qui exerceri non potest in eum, in quem sacerdos ordinariam, vel delegatam non habet iurisdictionem, vt est diffinitum in cap.7.de cas. reseru. sess.15. Concilij Tridentini.

65 Secundò, quia stante priuilegio, Cardinales in vrbe poterunt confiteri cuicumque sacerdoti etiā extra vrbem ab Ordinario loci approbato, cui sine priuilegio confiteri non possent, cùm sacerdos siue sæcularis, siue regularis approbatus in vna diœcesi non possit audire confessiones extra illam diœcesim, vt similiter aliàs resoluit S. Congregatio.

66 Tertiò prodest priuilegium, quia Cardinalis extra Curiam poterit secum ducere confessorem in vrbe approbatum, & illi confiteri in quacumque diœcesi, quod non liceret circumscripto priuilegio, quia sacerdos in vna diœcesi approbatus ex sententia S. Congregationis non potest in alia diœcesi audire confessiones etiam personarum illius diœcesis, in qua est approbatus, licèt Parochus, qui iurisdictionem habet ordinariam, possit audire confessiones suorum Parochianorum in quacumque diœcesi.

67 Quartò, & vltimò prodesse potest priuilegium, quia Cardinalis extra Curiam poterit confiteri cuicumque sacerdoti etiam sæculari ab Ordinario loci approbato, aut ibi parochiale beneficium habenti, quod absque priuilegio non liceret: quia quidquid sit in regularibus, sacerdos sæcularis in vna diœcesi approbatus, ea sententia itidem Sacræ Congregationis non potest audire confessiones sibi non subditi, vt ostensum est supra in 1.casu.

68 Neque in supradictis quatuor casibus suffragatur quæuis contraria consuetudo: quia vt legitur in cap.2.de pœnit.& remiss.lib.6. nulla potest consuetudine introduci, quod aliquis præter sui superioris licentiam confessorem sibi eligere valeat, qui eum possit soluere, vel ligare; idque etiamsi consuetudo sit longissimi temporis, vt ibi per Io. Andr. qui ad hoc ponderat illam dictionem vniuersalem negatiuam, *nulla*, imò etiamsi sit immemorabilis, secundum Gemin.col.1.vers.Quæro circa secundum, & Franc.col.1.n.3.vers.Tertiò nota, atque ita in hoc maioris est potentiæ priuilegium, quàm consuetudo, vt ibi per Franc.

De Sententia excommunicationis.

Cap. Cum non ab homine.

S V M M A R I V M.

1 *Excommunicatus pro violenta manuum iniectione in Clericos ante denunciationem vitādus est, nisi sit occultus.*

2 *Excommunicatus non est interficiens Clericum, qui contempto Clericali habitu se enormitatibus immiscuit.*

1 CVM NON AB HOMINE. Ante denunciationem vitandus est excommunicatus pro violenta manuum iniectione in Clericos, nisi sit occultus. Hoc primo. In-
2 terficiens Clericum, qui contempto clericali habitu se enormitatibus immiscuit, excommunicatus non est. Hoc dicit secundò Io.Andr. Quoad primam partem Decretalis hodie ex Constitutione Martini V. in Concilio Constantiensi edita, quæ incipit, Ad euitanda. Excommunicati ante denunciationem non sunt vitandi, nisi sint notorij Clericorum percussores, de quo dic vt plenè scripsi in cap. Quod à prædecessore, à n.39. supra de schismat. Quo verò ad secundam partem, si quæris an Clericus, qui dimisso clericali habitu, & tonsura ingerit se enormitatibus, perdat priuilegium Canonis, vel fori, distingue, vt dixi in cap. Perpendimus, infra eod. præsertim à nu.12.vsque in finem.

De Sententia excommunicationis.

Cap. Peruenit.

S V M M A R I V M.

1 *Episcopus non potest absoluere eum, qui leuiter percussit Clericum, sine speciali commissione, iuxta vnum intellectum, & num. seqq.*
Qui reprobatur, nu.4. & seqq.

3 *Episcopus absoluit pro leuissima iniuria Clerico illata.*

5 *Lectura fugienda sunt, per quas Decretales reducuntur ad gratiam.*

6 *Dispositio respiciens duo determinabilia debet vtrū. que pariformiter determinare.*

7 *Dictio, etiam, est implicatiua casus præcedentis cum eisdem qualitatibus.*

8 *Excommunicati pro leui manuum iniectione in Clericum possunt per Episcopum absolui.*

9 *Excommunicati ob percussionem Clericorum quibus casibus per Episcopum absolui possint compendiosa distinctio.*

10 *Prælatus inferior habens iurisdictionem quasi Episcopalem an possit absoluere subditos ab excommunicatione ob leuem Clerici percussionem, & num. seqq. vsque in fin.*

31 *Absolutio ab excommunicatione ob leuem Clerici percussionem regulariter spectat ad solum Episcopum.*

32 *Declaratur.*

43 *Prælatis inferioribus habentibus iura episcopalia competunt ea omnia, quæ ad episcopalem iurisdictionem pertinent.*

34 *Prælatus inferior habens iura episcopalia potest absoluere ab excommunicatione Canonis, quando Canon eam non reseruat.*

35 *Canones loquentes de Episcopis, & Diœcesanis verificantur etiam in inferioribus habentibus iurisdictionem quasi episcopalem in his, quæ iurisdictionis sunt.*

36 *Vicarius Episcopi, & Vicarius Capituli sede vacante absoluunt ab excommunicatione Canonis si leuis sit percussio.*

1 PERVENIT. Plures habet intellectus. Quidam enim opinati sunt, quod hic dicitur de absolutione ob ieuem manuum iniectionem in Clericum vendicare sibi locum ex speciali gratia, & indulgentia; & in hac opinione fuerunt Vincentius, Alanus, Philippus, Tancredus, & Innocen. hic num. 1. & Abb. Antiq.
2 num. 1. & 2. ponderantes hanc litteram ibi, *Tuæ fraternitatis arbitrio duximus committendum*; quasi dicat non aliterius, nisi & specialiter ei committeretur: & pro hac opinione facit textus in cap. Si verò, il secondo, infra eodem, vbi in casu speciali absoluit Episcopus quando iniuria non est enormis. Ad idem etiam facit cap. Quoniam, supra de vita, & honestat. Cleritor. vbi ex priuilegio speciali Clerici communiter viuentes absoluuntur ab Episcopo si iniuria non est enormis. Si est speciale in illis casibus, ergo in contrarium est ius cõmune, l. Ius singulare, & l. Quod verò contra, ff de legibus. Et iuxta hunc intellectum Decretalis sic summari potest. Episcopus potest absoluere iniicientem manus in Clericū leuiter, si hoc sibi specialiter committatur.

3 Goffredus verò in Summa hoc tit. §. Qui possit ab hac, in a. coi & seq. distinguit in hæc verba: [Vt Decretalis hæc sanè intelligatur, puto inter personarum conditionem, iniuriamque grauem, leuem, & leuissimum arbitrio boni viri fore perspicaciter distinguendum.] Deinde vnumquodque membrum declarat concludens hanc litteram nõ intelligi de graui percussione, cum illam excludat. Si de leui intelligatur, procedit de gratia, & commissione speciali iuxta primam opinionem Vincentij, & sequacium. Si verò intelligatur de leuissima, tunc omnino continet ius commune. Facit text. in l. Item apud Labeonem, §. Prætor ait si quid aliud, ff. de iniurijs, vbi cauetur, vt qui percutit seruum leniter, vel maledicit, non teneatur iniuriarum. Et hanc Goffredi distinctionem in effectu approbat Hostiensis hic in princ. & latius in Summa huius tituli, §. Quis possit ab hac sententia absoluere, vers. Sed vt dicunt quidam, nisi quod a secundo membro de leui percussione excludit personas priuilegiatas, quas Episcopus potest absoluere de iure cõmuni, vt notat ibidem Hostien. in §. Quis possit excommunicate, vers. Super illo autem canone: & iuxta hanc distinctionem Goffredi, & Hostien. intelligendo hanc litteram de leuissima, Decretalis summatur sic: Pro leuissima iniuria Clerico illata absoluit Episcopus,

4 Verum prædictos intellectus merito refellit Io. Andr. hic num. 3. vers. Et ibi consuetudo: Nam tu, qui dicis Episcopum in leuissima tantùm posse absoluere, indica ius super hoc, sed non habea aliud, quàm istud, quod de leui loquitur; aut ergo
5 neges de qualibet, aut de leui concedas. Item fugiendæ sunt lecturæ per quas reducuntur Decretales ad gratiam, vt inquit idem Ioann. Andr. in cap. Ex parte Adæ, num. 19 de testibus, quem sequuntur Doctores, vt dixit Felin hic in fine. Et sanè si hæc Decretalis procederet de speciali commissione, nec egrederetur personam illius Episcopi, cui facta fuit commissio, vt quid occuparet mẽbranas? & ad quid inserta esset in volumine Decretalium, contra id, quod legitur, & notatur suprà in proœmio, §. Sanè, & in cap. Canonum sta-
6 tuta, de Constitut. Pro hac parte inducitur etiam integra relata ab Anton. August. collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 18. cap. 6. In cuius principio cautum erat, vt Episcopi possent liberè absoluere mulieres, senes, & pueros, qui in Canonem inciderent; postea sequebatur: [De ijs etiam, qui Clericis non enormem, sed modicam, vel leuem iniuriam irrogarunt, Tuæ fraternitatis arbitrio duximus cõmittendum.] quasi dicat sicut illis poterat Episcopus iure ordinario, & communi absolutionis beneficium impendere, ita & in istis, quia vbi vna dispositio respicit duo determinabilia, debet vtrumque pariformiter determinare, l. Iam hoc iure, §. Si autem, & ibi Bart. num. 1. ff. de volgar.
7 & pupillar. cum simil. Præsertim ponderando particula n *etiam*, quæ est implicatiua casus præcedentis cum eiusdem qualitatibus, vt notant omnes in l. Etiam, ff solut. matrim. C. Si Tutor, vel Curator, & in l. Qui se Patris, C. Vnde liber. Decian. conf. 17.
8 Quæstio ista, num. 9. lib. 1. Communis igitur lectura est hanc Decretalem continere ius commune, vt attestatur Abb. hic in princip. & Marian. Socin. n. 4. & iuxta hanc lecturam communiter sic summatur. Excommunicati pro leui manuum iniectione in Clericum possunt per Episcopum absolui. Hoc dicit, Io Andr. Butr. Card. Anchar. Abb. Io. de Anan Mar. Socin. & Felin, & tenent Lapus allegat. 76. Quidam Presbyter, Romanus, singular. 26. Cardin. conf. 42. Reuerendissime Pater super casu suprascripto, & passim Doctores, & hic intellectus est amplectendus, tum quia benignior est, tum quia continet aliquam dubitationem, & vtilius prouidet; tum quia consuetudo eum approbauit, vt hic per Abbatem num. 5. & Marian. Socin. num. 5. 6. & 7.

9 Non obstant allegata in contrarium pro prima opinione: nam ad hunc textum dum dicit, *duximus committendum*: potest responderi, scilicet de iure communi iurisdictionem suam excitando, vt cap. Licèt, supra de offic. Ordinar. Ad secundum argumentum desumptum ex iuribus supracitatis, num. 2. Responderi potest distinguendo tres casus, secundum Io. Andr. hic num. 3. vers. Et ad contrariorum solutionem: nam aut iniuria est leuis, & pro ista absoluit Episcopus de iure communi, vt hic: aut iniuria est mediocris, & ab illa non potest absoluere Episcopus nisi priuilegiatos, vt Oitarifi officialem, seruum, Clericum, communiter viuentes, & professos; & ita procedunt cap. Si verò, & cap. Quoniam, in contrarium allegata, & alia similia iura. Aut iniuria est grauis, seu enormis, & Episcopus sine speciali commissione

non

non obſoluit niſi eos, qui Papam non poſſunt adire, vt ſenes, & mulieres, pueros, valetudinarios, & huiuſmodi, de quibus hic in integra, & in cap. Ea noſcitur, cap. Mulieres, ſupra eodem, & infra cap. Quamuis, & cap final. Et hanc diſtinctionem Ioan. Andr. ſequitur hic Abbas num. 5. Marian. Socin. à num. 7. & communiter Doctores.

10 Nunc QVAERO, An Prælatus inferior habens iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem poſſit abſoluere ſubditos ab excommunicatione ob leuem Clerici percuſſionem.

11 Et ſi facultas abſoluendi ab excommunicatione Canonis, Si quis ſuadente, vbi leuis eſt percuſſio, ſolis Epiſcopis competat, non autem inferioribus Prælatis, per hanc Decretalem, quæ dirigitur dumtaxat Epiſcopo, vt patet ibi, *fraternitatis tuæ*, iuncto cap. Quam graui, ſupra de crim. falſ. & hic notant Abb. num. 2. in verb. Fraternitatis tuæ, & Marian. Socin. num. 8. Felin. in cap. Paſtoralis, nu. 10. verſ. Limita hanc primam fallentiam, de off. Ordinar. Tolet. in Summa lib. 1. cap. 32. Hoc
12 tamen non habet locum in Prælatis iura Epiſcopalia habentibus, vt declarat Abbas in cap. Monachi, ſub num. 3. verſ. Hoc verum, ſupra eodem, poſt Feder. de Senis, conſ. 14. Monachus Peruſinus, num. 4. verſ. Si tamen dictus Abbas, quos refert, & ſequitur Franc. in cap. Religioſo, in vlt. notab. verſ. Et ita determinat, de ſent excomm. lib. 6. Felin. qui alios plures allegat in d. c. Monachi, nu. 4. verſ. Primò limita, Tabien. in Summa, ver. Abſolutio, 2. n. 4.

13 Ratio eſt, quia inferioribus Prælatis habentibus iura epiſcopalia competūt ea omnia, quæ ad Epiſcopalem iuriſdictionem pertinent, licèt non competant ea, quæ Ordinis ſunt Epiſcopalis, gloſ. in Clem. 1. in ver. Proprij, de reb. Eccleſ. non alienan. Innocen. relatus à Cardin. in cap. Ex ore, in fin. de priuileg. & in c. At ſi Clerici, §. De adulterijs, n. 13. de Iudic. Feder. de Senis d. conſ. 14. num. 4. Abb. in cap. Sicut vnire, num. 3. verſ. Et circa hoc do regulam, de exceſſ. Prælat. & idem Abb. poſt Io. And. in cap. Ioannes, n. 2. de teſtam. Gloſ. pragm. Sanct. par. 2. tit. de concub. §. Et nihilominus, ver. Superiores; Abſolutio autem ab excommunicatione can. Si quis ſuadente, non eſt Ordinis Epiſcopalis, ſed iuriſdictionis, Cardin. conſ. 42. Reuerende Pater, n. 3. in fin. Ergo hæc facultas competit etiam inferioribus iuriſdictionem quaſi epiſcopalem ha-
14 bentibus: ideoque eos poſſe indiſtinctè abſoluere excommunicatum à Canone, quando canon non reſeruat abſolutionem, ſcripſit Calder. conſ. 538. aliàs 6. de ſent. excomm.

Neque obſtat, quod Clemens III. in hoc cap. reſcribat Epiſcopo, ibi: *Tuæ fraternitatis arbitrio duximus committendum*: cùm inferiores ab Epiſcopo Papa non appellat fratres, ſicut Epiſcopos, ſed filios, vt in d. cap. Quam graue, de crimine falſ. & quod propterea Syluest. in verb. Abſolutio, num. 5. Dixerit hanc facultatem non competere Abbati iuriſdictionem quaſi epiſcopalem haben-
15 ti, ea ratione, quia non eſt Epiſcopus. Reſpondetur enim etſi Canones loquatur de Epiſcopis, & Diœceſanis: tamen in his, quæ iuriſdictionis ſunt, verificari etiam in inferioribus Prælatis iuriſdictionem epiſcopalem habentibus, excluſis Epiſcopis, vt tradit gloſ. not. in Clem. 1. in ver. Diœceſanis, de foro compet. quam illic ſequuntur communiter DD. Rota deciſ. 597. in fin. p. 2. diuerſ.

Ideoque quamuis Concilij Tridentini decretis dicatur ad Epiſcopum pertinere Sacerdotes approbare ad confeſſiones audiendas, licentias prędicandi concedere, Virginum Deo dicandarum voluntates explorare, pias diſpoſitiones, litteras Apoſtolicas exequi, caſus ſibi reſeruare, & alia quamplura id genus: tamen hæc omnia competunt etiam inferioribus Prælatis, de quibus loquimur, vt in caſibus contingentibus ſæpius reſoluit S. Congregatio. Quinimo in c. 20 § Ad hæc, ſeſſ. 24. Decernitur, vt cauſæ matrimoniales, & criminales non inferiorum iudicio, ſed Epiſcopi tantum examini, & iuriſdictioni relinquātur; & ſic Concilium loquitur taxatiuè: & tamen per ea verba non excluduntur inferiores Prælati proprium territorium, & iuriſdictionem quaſi epiſcopalem habentes, vt ſimiliter S. Congregatio declarauit.

Et eodem modo inferiores Prælati iuriſdictionem ordinariam habentes ex ſententia ipſius Cōgregationis non excluduntur à cognitione cauſarum contra Clericos concubinarios, quamuis Cōcilium in cap. 14. ſeſſ. 25. decernat, vt illarum cognitio ad Epiſcopos ipſos pertineat; ponderando dictionem, *ipſos*, quæ cum ſit perſonaliſſima, habet vim taxatiuā, Bald. conſ. 304. Nobilis vir, n. 1. lib. 5. Quod eam pręcipuè habet rationem, quia huiuſmodi Prælati in his, quæ ſunt iuriſdictionis, ſimiles ſunt Epiſcopis, Abb. & DD. in cap. Dilectis, de appellat. & alij ſupra citati num. 13. Dictio autem taxatiua in diſpoſitione legis non includit cauſas ſimiles, & eamdem rationem habentes, Gloſ. in l. Ob æs, C. de Præd. Minor Abb. conſ. 63. Vt veritas, col. penult in fin. verſ Nec obſtat, lib. 2. Iaſ. in l. 1. verſ. Secundò limita, ff. Si qui ius dicenti non obtemper.

16 Et in hac ipſa materia abſolutionis ob leuem percuſſionem videmus abſoluendi facultatē competere etiam Vicario Epiſcopi, ſecundum Cardin. d. conſ. 42. num. 3. verſ. Vel eius Vicarij Generalis. Et tamen idem Vicarius non eſt Epiſcopus, licèt vtriuſque ſit idem tribunal, & Auditorium, c. Non putamus, de conſuet. lib. 6. Geminian. conſ. 114. Si Procurator Epiſcopi, num. 5 in fin. verſ. Non obſtat ratio, Abb conſ. 21. Viſo dubio, n. 2. lib. 1.

Similiter videmus eamdem facultatem competere Vicario Capitulari per Gloſſam in cap. vn. in verb. Iuris, de maior. & obed. lib. 6. & tamen nec ipſe eſt Epiſcopus, ſed Epiſcopi ſucceſſor in his, quæ iuriſdictionis ſunt, vt per DD. in dicto cap. vnico.

De Sent. Excomm.

Cap. A nobis, il primo.

S V M M A R I V M.

1 *EXcommunicatio generalis non ligat niſi ſubditos proferentis.*

2 *Verba generalia ſtatuentis, vel ſententiam proferentis reſtringuntur ad limites poteſtatis ſua.*

3 *Diſpoſitio generalis commenſuratur agentis poteſtati.*

4 *Verborum larga prolatio commenſuratur organizantis potentia.*

5 *Exercitium non excedit metas habitus, à quo vt à cau-*

causa, dependet exercitij vires.

6 *Statutum laicorum puniens declinantes iurisdictionem potestatis, ad Clericos non extenditur.*

7 *Statutum laicorum prohibens alienationem stabilium in non subditos, non includet clericos.*

8 *Statutum imponens pœnam excommunicationis an liget subditos delinquentes extra territorium statuentis.*

9 *Statutum est lex territorij.*

10 *Constitutio synodalis regni Poloniæ inhabilitans dimissos à Societate Iesu ad Prælaturas, & Canonicatus Cathedralium Ecclesiarum, an obstet quominus sic dimissus possit esse Episcopi suffraganeus, & n. seqq. vsque ad n. 22.*

11 *Synodus prouincialis non potest inhabilitare subditos ad episcopatus in partibus infidelium.*

12 *Statutum non porrigit vires extra territorium statuentis.*

13 *Synodi prouincialis statuta non obligant extra prouinciam.*

14 *Episcopatus clero, & populo carentes sunt ad liberam prouisionem Papæ.*

15 *Eiecti extra Religionem degentes sunt perpetuò suspensi ab exercitio Ordinum.*

16 *Societatis Iesu Religiosi, qui vota substantialia simplicia emiserunt, non comprehenduntur in decretis de apostatis, & eiectis.*

17 *Possunt à Societate dimitti à Præposito Generali, & sic dimissi non sunt apostatæ, & sunt liberi ab omni obligatione dictorum votorum.*

18 *Statuta laicorum quantumuis generalia non extenduntur ad Ecclesias, & personas ecclesiasticas.*

19 *Statutū excludens à minoribus dignitatibus multò magis censetur excludere à maioribus.*

20 *Nisi quoad maiores sit defectus in potestate.*

21 *Suffraganeatus non est Prælatura, sed officium.*

22 *Statutum imponens certam pœnam, puta excommunicationis an liget forensem delinquentem in territorio statuentis, distinguitur vt nu. seqq. vsque ad n. 43.*

23 *Statutum generaliter loquens, data illius scientia, ligat etiam forensem in loco statuti delinquentem, & n. seq.*

24 *Forum quis sortitur ratione delicti,*
Et pluribus alijs modis, vt n. 26.

25 *Indulgentia concessa ab Episcopo non prodest non subditis, & n. seq.*

27 *Archiepiscopus non potest deputare officiales in diœcesibus suorum suffraganeorum pro appellationibus ad eum interponendis.*

28 *Statutum, & sententia in quo differant, & n. 51. & seqq. vsque in fin.*

29 *Statutum est quædam lex, quæ semper loquitur, & nisi expressè reuocetur, semper durat, & nu. 44. & 31.*

30 *Habet tractum successiuum, & incipit ligare tempore patrati delicti, & n. 51. & n. seqq.*

31 *Statutum Episcopi excommunicans ludentes ad Azardum in sua diœcesi an liget Metropolitanum ibi ludentem.*

32 *Statutum puniens factum à iure damnatum ligat forenses etiam data ignorantia.*
Contrarium, n. 36.
Sed primum verius, n. 37.
Nisi quoad pœnam excommunicationis, n. 38.

33 *Statutum puniens factum non damnatum à iure non ligat ignorantes, & n. 35.*
Nisi ignorantia sit crassa, vel supina.

39 *Excommunicatio regulariter non ligat nisi in contemptu.*

40 *Ignorans non dicitur contemnere.*

41 *Forensis an in dubio præsumatur ignorare pœnam statuti.*

42 *Statutum Patriarchæ excommunicans Archiepiscopos suffraganeos in sua prouincia delinquentes valet.*

43 *Statutum Archiepiscopi imponens pœnam excommunicationis Archiepiscopis, qui in prouincia sua fecerint ante se Crucem ferri, an valeat.*

44 *Statutum durat etiam post mortem, vel recessum statuentis, & n. 51. & seqq. vsque ad nu. 57.*

45 *Capitulum sede vacante an possit præcipere Sacristæ sub pœna suspensionis, ne asportet sacram supellectilem extra Ecclesiam absque Capituli licentia, & num. seqq.*

46 *Ante hoc præceptum expiret per ingressum Episcopi & n. 50. & seqq. vsque in finem.*

47 *In Capitulum sede vacante transit omnis iurisdictio, & sic etiam potestas suspendendi.*

48 *Vicario sede vacante per Capitulum constituto, non abdicatur iurisdictio ab ipso Capitulo.*

49 *Nec in eum transeunt quæ requirunt speciale mandatum.*

50 *Licentia, vel præceptum an expiret morte concedentis, vel præcipientis.*

51 *Statutum Capituli sede vacante etiamsi imponat pœnam pro futuro delicto, non expirat sede plena.*

52 *Præceptum per modum sententiæ, vel interdicti expirat per mortem præcipientis.*

53 *Sententia simpliciter lata non durat post obitum, vel remotionem proferentis, nisi successor eam confirmet, & ratam habeat, & n. seqq. vsque in finem.*

54 *Sed si lata sit sub conditione, expirat per mortem proferentis ante conditionis implementum, & num. 59. & 61.*

55 *Sententia excommunicationis à Delegato prolata in contradictores expirat mortuo, vel reuocato Delegato.*

56 *Sententia, quæ tēpore proferentis iniecit vinculum, durat vltra tempus proferentis.*

57 *Excommunicatus per Episcopum remanet excommunicatus etiam post mortem Episcopi.*

58 *Sententia respectu processus, vel effectus producendi in futurum, tollitur per remotionem proferentis.*

60 *Interdictum magistratus ne quis exerceat certam artem, expirat ipso facto finito magistratu.*

A NOBIS, il primo. Generalis excommunicatio non ligat nisi subditos proferentis. Hoc dicit secundum Io. Andr. & omnes: & sunt duæ partes. In prima ponitur quæstio. In secunda solutio, ibi, *ad quod*.

1 Nota ex textu ibi, *nonnisi subditi obligantur*: iuncto themate quæstionis: verba generalia statuentis, vel sententiam proferentis restringi ad limites potestatis suæ, itaut quamuis ex propria significatione sint apta comprehendere etiam non subditos, tamen ob defectum potestatis restringuntur, vt non comprehendant nisi subiectos, vt hic est casus apertus: Nam quæstio proponitur de sententia excōmunicationis prolata per hæc ver-

ba

ba generalia : Quisquis furtum fecerit excommu-
nicatus sit, & Papa determinat hac sententia non
nisi subditos obligari : & ita hic notat Cardin. n. 1.
vers. Ex quo nota, Anchar. in 5. notab. Abb. nu. 4. &
3 Marian. Socin. in 3. notab. & concordat Butr. nu. 2
& 3. qui ex textu colligit tria pulchra notabilia,
idem importantia. Primum scilicet, generalis di-
4 spositio commensuratur agentis potestati. Secun-
dum, verborum larga prolatio commensuratur
5 organizantis potentiæ. Tertium, exercitium non
excedit metas habitus, à quo, vt à causa, depen-
dent exercitij vires. Quod secundum Abb. & Ma-
6 rian. Socin. multum confert ad intellectum statu-
torum generaliter loquentium, vt non extendan-
tur ad non subditos; vnde statutum laicorum pu-
niens declinantes iurisdictionem potestatis non
extenditur ad Clericos: de quo vide plenius per
eumdem Marian. Socin. in cap. Si Clericus laicum
nu. 10. de foro competen. & idem dicendum secun-
dum Abb hic nu. 5. & Marian. Socin. nu. 7. in statu-
to laicorum prohibente alienationem bonorum
stabilium in non subditos, quia ad Clericos non
extenditur ob generale priuilegium, quod habent
in acquirendo, de quo in cap. fin. de immunit. ec-
clesiast. lib. 6. & ita in hac specie ibi determinat
Io. Andr. nu. 4 vers. Cum tamen de Ecclesia, cum
quo concordant ibi Anchatan. nu. 1. quæst 1. vers.
Quarto, post Io. Andr, Geminian. nu. 3. vers. Sed po-
ne, & Franc. nu. 2. vers. Et vltra etiam, & alij plu-
rimi, quos cumulaui in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ,
nu. 2. supra de Constitut. vbi plenè videas.
8 In glossa secunda pro declaratione materiæ
QVAERO. An subditus delinquens extra territo-
rium statuentis incidat in pœnam excommunica-
tionis à statuto impositam.
Innocentius hic in princip. distinguit an senten-
tia excommunicationis proferatur per hæc verba:
quisquis in diœcesi mea furtum fecerit, excommu-
nicatus sit. An verò indeterminatè iuxta verba
Decretalis, videlicet, *Quisquis furtum fecerit sit
excommunicatus*. In primo casu delinquens extra
diœcesim non ligatur ex defectu voluntatis sta-
tuentis, quia verba sententiæ sunt restricta ad de-
linquentes in diœcesi: & hoc planum. In secundo
autem casu putat Innocentius subditum statuen-
tis ligari, etiamsi delinquat in alia diœcesi, vel ter-
ritorio. Sed hoc secundum membrum est extra
textum in cap. Vt animarum, de Constitution. lib.
6. Bartol. verò aliter distinguit in l. Cunctus popu-
los, in 8. quæst. num. 45. vers. Aliquando ciuis delin-
quit, & nu. 47. C. de Summ. Trinit. & fid. Cathol.
videlicet quod aut statuens expressit se velle liga-
re etiam delinquentes extra territorium veluti si
dicat: quicumque commiserit furtum vbiuis lo-
corum, sit excommunicatus, & hoc casu ligantur
subditi etiamsi extra territorium delinquant. Aut
verba statuti sunt generalia, & tunc restringuntur
ad territorium statuentis; & Bartoli distinctionem
sequitur Mar. Socin. in cons. 302. Videbatur, nu. 1.
lib. 1. sed Bartoli distinctionem reprobat Angel. in
l. fin. nu. 8. vers. Sed valde miror de dicta distinctio-
ne, ff. de iurisdict. omn. iudic. & in sua disputatione
incip. Bononiensis à sua ciuitate bannitus, in 1. du-
bio, similiter Abbas hic n. 11. his distinctionibus
reiectis dicit verius esse, vt nullo casu delinquen-
tes extra territorium afficiantur pœna statuti per
rationem l. finalis, ff. de iurisd. omn. iudic. & d. cap.
Vt animarum: quia extra territorium ius dicenti
impunè non paretur; & quia statutum propriè est
lex territorij, l. Omnes populi, ff. de instit. & iur. vn-
de non potest extra limites territorij vires suas
extendere, aliàs ibi legem dicere videretur, de
quo plenius idem Abb. differit in cap. 2. de foro
competenti eandem opinionem pluribus tuetur
Federic. de Senis in cons. 16. Capitulum Ecclesiæ,
nu. 10. vers. Quidam verò scriptor, vbi latè firmat
statutum Episcopi excommunicans malefactorem
non porrigere vires contra subditum delinquen-
tem extra diœcesim statuentis, Fulgos. cons. 156.
Visis themate, in princip. & hanc latè tuetur Alex.
cons. 111. Ponderatis verbis, in princ. & per tot. vbi
col. 3. in fin. dicit communem lib. 2.
10 Et ex hoc etiam textu cum in S. Congregatione
rerum Consistorialium propositum fuerit dubium
an constitutio synodalis in Regno Poloniæ edita,
qua cautum est ne eiectis, vel dimissis è Societate
Iesu ad Cathedralium Ecclesiarum Prælaturas, &
Canonicatus sine speciali Sedis Apostolicæ gratia
aditus pateat: obstet quominus Ioannes RaKuuis-
Ki è dicta Societate iampridem dimissus, nunc
ad suffraganeatum Culmen, cuius præconium in
11 ipsius persona iam fuit factum, promoueri possit:
Die prima Aprilis 1652. resolutum fuit non obsta-
re; quia aut consideramus titulum Episcopatus in
partibus infidelium, ad quem sic dimissus debet
assumi pro exercitio Pontificalium, aut conside-
ramus ipsum Suffraganeatum Ecclesiæ Culmen.
12 Si primum, Constitutio non obstat, quia non por-
rigit vires suas extra territorium statuentium, vt
hic, & in cap. Animarum, de Constitutionib. lib. 6.
& in l. fin. ff. de iurisdiction. omn. iud. & dictum est
supra nu. 8. Sed Episcopatus Titulares sunt in par-
tibus infidelium, & sic extra prouinciam, & terri-
torium statuentium: ergo Constitutio ad huiusmo-
di Episcopatus non porrigitur: cùm præsertim il-
lius verba sint generalia, nec specificè loquantur
de Prælaturis extra prouinciam; vnde etiam ex
verisimili mente statuentium restringi debent ad
Prælaturas prouinciæ, iuxta secundum membrum
distinctionis Bartol. in l. Cunctos populos in 8. qu.
nu. 47. C. de Summa Trinitat. quem sequuntur ibi
Bald. & Salic. Io. de Ligran. & Abb. in cap. 1. supra
de raptor. & alij apud Marian. Socin. d. cons. 302.
nu. 1. lib. 1. & quemadmodum si subditus statuen-
tis delinquat extra territorium, non ligatur pœ-
na statuti, vt ex communi ostensum est supra nu. 8.
& 9. Simili modo subditus non ligatur statuto si
contra illius prohibitionem extra territorium
Prælaturam accipiat, idque tum ex defectu inten-
tionis, quia, vt prædixi, verba sunt generalia; tum
ex defectu potestatis, ad cuius limites verba sta-
tutorum semper restringuntur, vt est casus expres-
sus in hac Decretali secundum ea, quæ dicta sunt
supra in vltim. notab. Et in specie statuta Synodi
13 prouincialis non habere vim obligandi extra pro-
uinciam, probant iura in cap. 1. 5. qu. 2. in cap. De-
cernimus, 3. qu. 9. & scripsi in cap. Canonum statu-
ta, nu. 14. supra de Constitut.
14 Rursus prouisiones Episcopatuum titularium
clero, & populo carentium sunt ad liberam pro-
uisionem Romani Pontificis, vt est tex. in Clemen.
In plerisque, de election. & consequenter non est
in potestate Synodi prouincialis quemquam ex-
cludere ab huiusmodi Episcopatibus nouam inha-
bilitatem inducendo; quia sic per indirectum re-
stringeret potestatem Papæ contra tex. in cap. In-
ferior,

ferior, 21 distinct. & Clemen. Ne Romani, in princip. de electibn. cum concordant. vt pulchrè per Io. Andr. in cap. Cui licet, nu. 3. de reg. iur. lib 6. in Mercurial.

15 Quamquam enim ex decretis de apostatis, &
eiectis, §. Item vt eiecti, statutum sit, vt eiecti extra
religionem degentes sint perpetuò suspensi ab
exercitio Ordinum, sublata Ordinarijs locorum
facultate dictam suspensionem relaxandi, aut mo-
derandi: tamen hæc decreta non afficiunt Reli-
16 giosos, qui vota substantialia simplicia in Societa-
te Iesu emiserent, vt aliàs censuit S. Congregatio
Concilij: tales enim possunt à Præposito generali
17 reijci, seu dimitti è Societate, & à votis liberari ex
rationabili causa, vt in Constitutione Greg. XIII.
Quanto fructuosius, & sic dimissi non sunt aposta-
tæ, & remanent liberi ab omni obligatione præ-
dictorum votorum, vt in Constitutione 10. Gre-
gorij XIV. Ecclesiæ Catholicæ: quamobrem Con-
stitutio synodalis inijcit sic dimissis nouam inhabi-
litatem: ideoque verba ipsius Constitutionis vt-
cumque generalia ad Episcopatus titulares non
extenduntur ex vtroque defectu potestatis, & vo-
luntatis, iuxta tex. hic. Et quemadmodum statu-
18 ta laicorum quantumuis generalia non extendun-
tur ad Ecclesias, & personas ecclesiasticas, quæ sunt
omnino extra potestatem statuentium, vt decla-
rat Antonius de Butr. in cap. Ecclesia Sanctæ Ma-
riæ, prope fin. vers. Vnum tamen aduerte; & ibi di-
xi nu. 2. supra de Constitution. & patet ex dictis
supra nu. 6. & 7. Ita nec Constitutio hæc synodalis
extenditur ad Prælaturas, seu dignitates Episco-
pales, quæ sunt extra omnem potestatem ipsorum
statuentium, cùm vtroque casu sit defectus in iu-
risdictione, à qua potestas statuendi dependet, vt
notat Bartol. in l. Omnes populi in 1. qu. in princip.
ff. de iust. & iur. Abb. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ
nu. 10. & ibi etiam Decius n. 8. de Constit. Præterea
dum constitutio synodalis excludit dimissos è So-
cietate Iesu à Prælaturis Cathedralium Ecclesia-
rum, non debet intelligi de ipsis Cathedralibus,
arg. cap. fin. supra de præben. sed debet intelligi de
dignitatibus in Cathedralibus, putà Præpositutis,
& Archidiaconatibus, quæ appellantur Prælaturæ
cam ex consuetudine Regni Poloniæ, quàm de iu-
re communi, vt est tex. in cap. 1. de ætat. & qualit.
& ibi dixi in 4. notab. post Host. & Io Andr. num. 3.
19 in verb Prælationes, & Butr. in vltim. notab. Non
obstat quod dum Constitutio inhabilitat ad Præ-
laturas inferiores, multò fortius videatur inhabi-
litare ad prælaturas, & dignitates superiores, qua-
les sunt Episcopatus, per tex. in l. Relegatorum,
§. Soler, ff. de interdictis, & relegatis ibi: Si tamen
vt si cui honore vno interdictum sit, non tantùm
eum honorem petere non possit, verum nec eos
quoque, qui eo honore maiores sunt: est enim per
quam ridiculum eum, qui minoribus pœnæ causa
20 prohibitus, ad maiores aspirare: quoniam re-
spondetur non esse licitum arguere à minori ad
maius vbi est defectus in potestate, & in radice
iurisdictionis, quia maioritas rationis, & causa
grauissima defectum potestatis non supplet, vt no-
tat Bald. in l. Cunctos populos, nu. 55. vers. Illa ra-
tio non valet, C. de Summa Trinit. & fide Cathol.
Butr. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 20. & ibi
etiam Felin. nu. 39. vers. Dicuntur iuste, de consti-
tutionib. & fusius dixi in cap. Quæ in Ecclesiarum,
nu. 44. eod. tit. Neque obstat quod d. Constitutio
Synodalis fuerit cõfirmata à Sede Apostolica; quia
confirmatio dat robur actui confirmato, sed illum
non extendit, l. Aurelius, § Testamentum, ff. de li-
berat. legat. Bald. in l 1. in fin. C. si aduers. rem iudi-
dicat. Paul. de Castro in cons. 187. Notandum in
princ. lib. 2. Rota decis. 30 r. nu. 1. par. 1. recent. &
aliàs passim.

21 Si verò consideramus Suffraganeatum, simili-
ter dicta Constitutio non obstat, quia Suffraga-
neatus non est Prælatura, nec titulus, sed officium,
vt ex sententia Sacræ Congregationis Concilij di-
xi in cap. Episcopalem, nu. 55. de priuileg. & in cap.
Ad hæc, nu. 34. de præben. nec Suffraganeus intrat
Capitulum, sed tantùm exercet ea quæ sunt ordi-
nis Episcopalis; vnde cùm Suffraganeatui non
adaptentur verba Constitutionis, quæ de Prælatu-
ris, & Canonicatibus loquitur, consequenter nec
illius dispositio adaptari debet, l. 4. §. Toties, ff. de
damno infecto, cum similib.

22 Secundò QVAERO, An statutum imponens
certam pœnam, putà excommunicationis, liget
forensem delinquentem in territorio statuentis.

23 Hæc quæstio est satis inuoluta, sed pro faciliori
solutione constituenda sunt duo membra princi-
palia.

Primum est quando statutum generaliter loqui-
tur, itaut sit aptum comprehendere non solum
subditos, sed etiam non subditos, vt si dicat: quis-
quis furtum fecerit in territorio meo sit excom-
municatus. Et in hoc primo membro duo casus
sunt distinguendi: nam aut forensis delinquens in
territorio statuentis habet scientiam statuti, aut
24 illud ignorat. In primo casu, idest data scientia
statuti, extra dubium est forensem ligari, quia
forum sortitur ratione delicti, cap. vlt. de for com-
peten. cap. Tuarum, de priuileg. Authen. Qua in
prouincia, C. Vbi de crim. agi oport. cum concord.
de quibus hic in glos. 2. in princip. & forum sortiri,
& statutis ligari à pari procedunt, cap. Vt anima-
rum, de Constitut. lib. 6. Archid. in cap. Quo iure,
nu. 16. 8 distinct. Butr. post Innoc. in rubric. de con-
suetudin. nu. 7. vers. Nam regulam habetis, Sera-
phin. decis. 1018. nu. 6 & ita in hoc primo membro
determinat glos. 2. hic Host. ante num. primũ, vers.
Si verò non subditus, Henric. Boich. nu. 15 vers Aut
scientes. Butr. nu. 19. Cardin. n. 2. post med. vers. Dic
ergo, Anchar. nu. 7. vers. Quandoque non subditus,
Abb. nu. 7. vers. Conclude, Felin. n. 4. vers. Circa pri-
mam quæstionem, vbi alios referr, & Marian. So-
cin. nu. 13. dicens post Abb. nu. 6. hanc esse cõmu-
nem opinionem Legistarum in L. 1. C de Summa
Trinit. & fid. Cathol. Calder. in cap. 1. in 9. col. vers.
Quinto quæro, supra, de raptor. & nullus discre-
pat.

25 Sed obijcies: Indulgentia concessa ab Episcopo
non prodest in non subditis, vt est casus in c. Quod
autem, supra de pœnit. & remiss. & tamen est fa-
uorabilis: ergo & longè minus debet eis obesse
pœna statuto Episcopi imposita, quæ odiosa est,
arg l. Cum quidam ff. de liber. & post. & cap. Odia,
de reg. iur. lib. 6. At respondetur cum Host. hic n. 3.
& Henric. Boich. nu. 15. vers. Nec obstat, hæc fieri
propter salutem animarum: idcirco enim indul-
gentia non prodest non subditis, ne pœnitentiæ
eneruentur, quod expedit animabus, cap. Cum ex
eo, §. Ad hæc, supra de pœnit & remiss. Sed pœna
statuti afficit non subditos, vt medicina percepta
de delicto, quod commiserunt, citius pœnitentiam
agant,

agant, quod similiter expedit animabus, vt legitur, & notatur in cap. Cum medicinalis, infra eod. lib. 6. Quare, vt inquit Hostien. d. num. 30. Hanc pœnam dilatamus, quia ipsam non odiosam, sed fauorabilem indicamus, vt patet in eo, quod leg. & notat. in cap. Si quem, infra eodem, vel dic forensem ligari pœna statuti, quia ratione delicti sortitur forum in territorio statuentis; & sic de non
26 subdito efficitur subditus, vt in iuribus supracitatis num. 24. Sed ratione indulgentiæ non efficitur subditus, cùm hoc non reperiatur iure cautum: nam subditus quis dicitur tantummodo vel ratione domicilij, vel ratione originis, vel ratione delicti, vel contractus, aut rei sitæ, vt in cap. Volentes, de priuileg. lib. 6. & in cap. Nullus, de tempor. ordin. eodem lib. & hic notat Henric. Boych. num. 15. vers. Aut quæris, & quia a non suo iudice nullus ligari potest, vel absolui; meritò non subditis indulgentiæ non suffragantur, vt dicitur in prædicta Decretali, Quod autem.

27 Sed vrgebis: tempore, quo fit statutum, statuens non habet iurisdictionem in actu in non subditos; vnde cùm statutum assumat vires tempore promulgationis, non est potens ad comprehendendum non subditos, cum antequam veniat casus iurisdictionem tribuens, idest patratum delictum in loco statuti nequeat statuens suam iurisdictionem actualiter exercere, argumen. cap. 1. de off. Ordinar. lib. 6. vbi deciditur Archiepiscopũ non posse deputare officiales in diœcesibus suorũ Suffraganeorum pro appellationibus ad eum interponendis, quia ex quo appellationes non sunt interpositæ, iurisdictionem actu exercere non
28 debet. Verum respondetur obiectum non obtinere in statuto, sed in sententia, quæ regulariter ius præsens respicit, & super certis præteritis, vel præsentibus bene rimatis est tantum ferenda, non autem super futuris, vt §. Curare, Institut. de
29 action. & cap. Iudicantem, 30. q. 5. At secus est in statuto, quia fertur super futuris, & sic incertis, vt cap. Cognoscentes, & cap. fin. supra de Constitut. Cum enim statutum sit quædam lex, quæ semper loquitur, l. Arianis, C. de hæret. & Manich. nisi expressè reuocetur, semper durat, cap. fin. supra de
30 de offic. Delegat. & sic cum habeat tractum successiuum inijcit vinculum tempore delicti. Et hanc rationem differentiæ inter sententiã, & statutum assignat Ioan. Andr. & Cardin. in cap. Sacro, §. Caueant, super verb. Profuturis, infra eodem, Guil. de Monte Laudun. & Gemin. in cap. 1. super verb. A sententijs, de priuil. lib. 6. quos hic refert, & sequitur Henric. Boych. num. 5. vbi etiam n. 6. & 7. ponit alias octo differentias inter statutum, & sententiam quoad pœnã excõmunicationis, quas non refero, quia ad rem præsentem non faciunt. Item propositam rationem diuersitatis reddit etiã Marian. Socin hic num. 29. & plerique alij, & eod. modo responderi potest ad l. Obseruandum, ff. de offic. Proconsul. vbi Proconsul non potest causam delegare, antequam ingrediatur prouinciam, quia adhuc non habet iurisdictionem in actu, licèt habeat in habitu; & ad l. Vsusfructus, ff. de stipulat. seruor.

31 Ampliant nonnulli conclusionem superiùs firmatam, vt locum habeat etiamsi forensis delinquens in territorio statuentis sit ei superior, quia nihilominus data scientia ligatur pœna statuti generaliter loquentis, quod sensit Innocen. hic post

Prosp. Fagn. in 2. par. 5. lib. Decretal.

med. ibi, *quia non est generalis, à contrario sensu:* necnon ibi, *licèt Archiepiscopi aliàs legem in subditos factam seruare teneantur* Vnde si statuto Episcopi caueatur: quisquis in diœcesi mea luserit ad Azardum, sit excommunicatus, si Metropolitanus ludat in diœcesi Episcopi data scientia ligatur pœna statuti, vt tenuerunt Hugo, & Barthol. Brixien. relati à Io. Andr. in reg. Cui licet, num. 9. de regul. iur. lib 6. Archid. in cap. Vt animarum, n. 2. vers. Ego credo, de constit. eod. lib. Et hanc partem sequutus fuit Paulus de Biasucijs disputando in ciuitate Senensi, vt refert Marian. Socin. hic n. 15.

Sed contrariam opinionem probarunt Laurentius, Ioannes, & Bernardus Bouinclalis relati à Io. And. in d. reg. Cui licet, n. 8. Hostien. in Summa huius tituli, §. Quis valeat excommunicari; vers. Quid ergo, vbi ait: certò certius teneas, quod sicut sententia, vel canon proferentem non ligat, ita nec proferentis Superiorem, Ioan. Calder. in cap. 1. supra de raptor. Gaspar. de Calder. in repetit. cap. Nostro, de pœnit. & remiss. Petr. de Anchar. in c. 1. in 11. quęst. principali de constitution. Demum pro hac opinione post prolixam disputationem concludit Io. Andr. in dicta regula, Cui licet, à n. 2. Et idem tenet succinctè in cap. Cum inferior, n. 2. de maior. & obedient.

In hoc opinionum conflictu Henric. Boych. in eod. cap. Cum inferior, num. 9. credit secundam opinionem esse veriorem in foro iudiciali, sed in foro pœnitentiali primam esse tenendam, quia tutior, & securior pro anima, argum. cap. Iuuenes, de sponsalib. cum concordantib. per eum allegatis. Similiter Marian. Socin. hic num. 17. dicit in foro iudiciali communiorem, & veriorem esse secundam opinionem, sed in foro animæ sibi magis placere primam per rationem Henric. Boych Hoc tamen est optimum consilium, sed non præceptũ, quia vbi in aliquo articulo vtrinque sunt opiniones, etiam in foro pœnitentiali licitum est sequi opinionẽ veriorem, seu probabiliorem, licèt contraria sit tutior, c. Placet, in fine, de conuers. coniugat. & can. Nicęna, 31. dist. & fusiùs probaui in cap. Ne innitaris, num. 169. & seqq. & nu. 236. de Constitution.

32 In secundo casu, idest data ignorantia statuti, subdistingue: nam aut statutũ punit factum à iure communi damnatum, puta homicidium, furtum, sacrilegium, & huiusmodi: & tunc forensis vtcumque ignorans ligatur pœna statuti, quia in facto generaliter damnato non potest allegari iusta
33 ignorantia. Aut punit factum aliàs non damnatum à iure, puta sal vendere extra ciuitatem, vel prouinciam frumentum asportare, vel mercimonia deferre non solutis vectigalibus: & hoc casu forẽsis contrauenlens pœna statuti non ligatur. Ita notabiliter distinguit gloss. 2. hic, cum quo concordat Butr. num. 7. vers. Ideo ego pondero, Anthar. Bart. & alij quos citat & sequitur Marian Socin.
34 num. 36. Quod tamen procedit si ignorantia sit probabilis, secus verò si sit crassa, vel supina, vt notat glos. in cap. 2. in ver. Supina, de constitut. lib. 6. Veluti si forensis in loco statuti traxerit tantam moram, vt verisimiliter debeat esse informatus de illius pœna, vel si in partibus circumstantibus id communiter statutum reperiatur, iuxta notata per Bart. in l. Cunctos populos, C. de summ. Trinit. & fide Cathol. & per Io. And. in d. c. 2, quos refert, & sequitur Butr. hic n. 9.

35 Tu verò aduerte, quia quoad secũdam partem
huius distinctionis, scilicet ignorantes non ligari
pœna statuti punientis factum à iure aliàs non
damnatum, conueniunt vnanimiter omnes, prout
hanc esse communem opinionem omnium Do-
ctorum attestatur Marian. Socin. hic num.49. Sed
36 quoad primam partem scilicet, quando statutum
punit factum aliàs damnatum, Io. Andr. hic nu.5.
vers. Imo dic, & in cap. 2. in glos. Ordinaria, in
verb. Ignorantes, de Constitut. lib.6. contra gloss.
nostram tenet ignorantes non ligari, quia licèt
sciant factum damnatum à iure, tamen ignorant
37 nouam pœnam à statuto impositam. In hac va-
rietate Butr. hic num.9. vers. Si verò ignorat; pu-
tat primam opinionem glossæ esse veram, & Abb.
num.9. vers. Et hæc opinio videtur, affirmat eam
esse veriorem de rigore iuris: opinionem verò Io.
Andr. esse æquiorem, & sic residet, Marian. Socin.
luculenter disputat hunc articulum in vtrãq; par-
tem à num.26. vsque ad num.47. & num. 36. con-
cludit sibi placere primam opinionem glossæ, licèt
fateatur esse satis dubiam: & præcipuè mouetur
quia cùm delinquens non ignorauerit factum à iu-
re damnatum, videtur consensisse in omni genere
pœnæ, argum. l.1. § Bestias, ff. de pollui, & l. fin. ff.
de crim. expil. hæred. cum similib. vt per eum.

Opinioni glossæ ego etiam adhæreo, tum per
ratione Marian. Socin. quæ multum stringunt, tũ
quia eã sequuntur ferè omnes Doctores: & mul-
38 tos refert idem Marian. Socin. à d. num. 36. Sed
eam limito in pœna excommunicationis, prout li-
mitat Anto. de Butr. hic nu.9. vers. Sed quidquid
sit, vbi ait se credere opinionem glossæ esse veram
in alijs pœnis præterquam excommunicationis, &
39 & paulò infra rationem reddit, quia sententia ex-
communicationis regulariter non ligat nisi ex cõ-
temptu, vt cap. Sacro, infra eod. cum similib. Sed
40 ille, qui ignorat, non dicitur contemnere, vt in-
quit glos. notab. in l. Si ignorans, in verb. Contem-
nit, ff. Locati: ergo nec ligari potest cùm in igno-
rantem non sit dare contemptum: quod non con-
tingit in alijs pœnis: & hoc idem probat tex. no-
ster non violando litteram, secundum eum.

41 In dubio autem an delinquens præsumatur ha-
bere scientiam, vel ignorantiam statuti, bonus iu-
dex arbitrabitur ex cõiecturis, puta ex mora, quã
ibi traxit, modica, vel magna, vt tetigi supra n.34.
& in dubio standum esset illius iuramento, cap. Si
verò, il secondo, supra eod. secundum Hostien. hic
num.1. vers. To autem dicas, Henric. Boych. nu.15.
vers. Verum quis præsumatur Cardin. nu. 2. prope
fin. vers. Dic ergo arbitrandum, Abb. nu.10. & Ma-
rian. Socin. n.49. & 50. vbi plenius declarat quan-
do delinquens præsumatur scire, vel ignorare
pœnam Statuti.

42 Secundum membrum principale est quando
Statutum est particulare, & comprehendens cer-
tas personas dumtaxat; & tunc refert: nam aut
statutum loquitur de non subditis, qui sunt infe-
riores ipsi statuenti, puta si Patriarcha habẽs Ar-
chiepiscopos suffraganeos sic statuat: Quicumque
Archiepiscoporum fecerit ante se Crucem ferri in
prouincia mea, sit excommunicatus: & tunc In-
noc. hic post med. vers. Si autem Patriarcha, tenet
statutum valere, quia in subditos, & Archiepisco-
pos ligari: & cum sequitur Hostien. nu.3. argum.
cap. Quæ contra mores, 8. distinct. & Anchar. n.7.
43 vers. Tertia est opinio; Aut statutum loquitur de
non subditis, qui sunt pares ipsi statuenti, vt si Ar-
chiepiscopus statuat: Quicunque Archiepiscopo-
rum fecerit ante se Crucẽ ferri in prouincia mea,
sit excommunicatus: & tunc sunt opiniones. In-
nocentius hic circa med. vers. Vnde si aliquis, te-
net statutum non valere, quia non est generale, &
quia non comprehendit subditos, cum nullus Ar-
chiepiscopus habeat subditos Archiepiscopos, cõ-
tra quos non licet facere legem. Sed Hostien. hic
num. 3. vers. Quod autem Archiepiscopus, tenet
contrarium, idest Archiepiscopum ligari, & mo-
uetur per tex. in cap. Ex tuarum, in fin. de auth. &
vsu pall. Item quia ex opinione Innocentij seque-
retur, vt quis non posset facere statutum contra
peregrinos delinquẽtes in loco iurisdictionis suę:
quod est falsum, Similiter Abb. hic nu.7. vers. Ar-
ticulus iste: quamuis fateatur hunc articulum esse
dubium, tamen dicit posse teneri opinionem Ho-
stien, quia cùm statutum habeat tractum futurũ,
& sic lex territorij feratur in tempus habile vide-
tur statutum valere, cum dicat iurisdictionem in
territorio suo, & sequitur Marian. Socin. n. 27.

44 Vltimò quærunt hic DD. cum gloss.s. an Sta-
tutum, vel sententia duret vltra tempus statuentis,
vel sententiam proferentis, & concludunt statutũ
durare, quia cùm sit lex quædam, perpetuò du-
rat, nisi reuocetur expressè. In sententia verò
distinguunt vt hic per Abb. nu. 12. Hanc differen-
tiam tetigi supra num.28. & 29. Sed latius prose-
quar in quæst. sequenti in 2. parte à num. 50. vsque
in finem.

45 Ex facto quæsitum est an Capitulum sede va-
cante potuerit præcipere Sacristæ sub pœna suspẽ-
sionis, ne asportaret sacram suppellectilem extra
46 Ecclesiam absque Capituli licentia: An verò hu-
iusmodi præceptum per ingressum Episcopi expi-
rauerit.

47 Prima pars quæstionis est clara, quia in Capi-
tulum sede vacante transit omnis iurisdictio c. 1.
& cap. Cum olim, vbi omnes notant, de maiorit.
& obedien. cum concord. Ideoque etiam potestas
suspendendi Bellamet. concl.244. Ioan. Francis. Pa-
uin. de offic. & potest. Cap. Sed. vacant. in 2. parte
prin. quæst.6. in fin.

Et eò magis hoc casu, quia statuit circa res ad
custodiam ipsius Capituli pertinentes, vt not. Ar-
chid. & Ioan. Andr. in cap. Generalem, de elect.
lib.6.

48 Quod procedit etiam constituto Vicario iuxta
formam Concilij Tridentini cap. 16. sess.24. quia
Vicarius exercet iurisdictionem nomine Capitu-
li, & propterea non abdicatur ab ipso Capitulo
49 iurisdictio; imò in Vicarium non transeunt quæ
requirunt speciale mandatum, vt sæpius respondit
Sacra Congregatio Concilij.

50 Quoad secundam partem dubia est quæstio, an
licentia, vel præceptum expiret per mortem con-
cedentis, vel præcipientis, quam tractant DD. in
Clem. fin. de elect. & communiter recipitur opi-
nio negatiua, quæ est Cardin. ibi in 5 qu. sed quia
res est controuersa, & multi aliter sentiunt, ideò
quod pertinet ad hanc quæstionem, videtur vera
51 distinctio glossæ 2. hic; nam aut Capitulum sede
vacante procedit per modum statuti; & tunc etiã si
statutum imponat pœnam pro futuro delicto, nón
expirat sede plena. In hoc celebris est prælle-
gata quæstio Feder. de Senis 16. num.1. quæ inci-
pit, Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, & dicit Pa-
uin.

uin.qu.6. primæ partis principalis, num.4. vers. Et fateor, se non reperijsse aliquem famosum Doctorem contrarium tenentem; & in Episcopis est tex. in cap. Clericos, 3. qu.4. & hic non est casus noster, quia Capitulũ non processit statuendo generaliter.
52 Aut Capitulum procedit per modum sententiæ, vel interdicii, qui est casus noster; & tunc præceptum expirat per mortem præcipientis: ad hoc est tex. expressus in l. final. ff. de pœn. Hæc distinctio
53 in effectu est glossæ magnæ hic, cuius hæc sunt verba [Quid si moriatur, vel transferatur ad aliã Ecclesiam qui tulit illam sententiam, numquid tenet post mortem, vel recessum, vt qui contrafaciant sint excommunicati? videtur quod sic, quia scripta Episcoporum anathematizant etiam post mortem, & facere possunt decretum, itaut qui contrafaciat, puniatur, 3. quæst.4. nullus, &c. arg. contra: dicit lex quod interdictum non durat vltra iurisdictionem interdicentis, l. vlt. ff. de pœn. Dici potest quod interdictum, siue sententia excommunicationis simpliciter lata non durat vltra tẽpus proferentis, nisi successor etiam confirmet, & ratam habeat; sed cum diffiniendo statutum, seu decretum aliquod facit, ligat etiam post recessum, quia statuta huiusmodi perpetua sunt, de offic. deleg. c. vlt. nisi expressim per successorem reuocãtur] Sequitur Ant. de Butr. hic nu.10. vbi ait [Dic quod statuta, quæ vt edicta dependentiam nõ habent perpendiculariter super potentia statuentis, & sic ipsam non assumit pro causa permanendi, sed producendi, ex eo quod prodita a se virea sumunt, durant, & non extinguuntur extinctione iurisdictionis: sententia verò, quæ perpendiculariter habuit suum effectum, & vim promouendi à pronunciante, & ab eius potestate perpendiculariter dependent, prout sententia est in fieri, quia nundum ex contrauentione laqueum iniecit, extinguitur] hæc Butr. Item Anchar. nu.9. [Tu dic quod quædam emanant per viam statuti: & tunc mortuo, vel translato statuente, vel aliter eius iurisdictione finita ligabitur qui postea contrafecit,
54 cap. vlt. de offic. Leg. Quædam emanant per viam sententiæ; & tunc aut sententia fuit purè lata, & perpetuò ligat: si verò sententia non fertur pura, sed sub conditione; & tunc si existat conditio post mortem iudicantis, vel extinctam iurisdictionem: & non ligat: & pro tanto dicit Innocent. in c. Pro illorum, de præbend. quod si delegatus profert
55 excommunicationis sententiam generalem in contradictures, & rebelles, non erit illa perpetua, sed expirat mortuo, vel reuocato delegato: & idẽ dicit Io. Andr. Ne sede vacant. cap.1. lib.6. In Ordinario mortuo, vel translato, quod eius sententia conditionalis non ligabit contrafacientem sede vacante, vel in tempus successoris] Item Abb.
56 hic nu.12. dicens [Numquid statutum, seu sententia durat vltra tempus disponentis? Conclude quod statutum cùm sit lex quædam, perpetuò durat, nisi reuocetur expressè: vnde dicit Federic. quod si Capitulum sede vacante fecit statutum, durat etiam creato Episcopo, nisi expressè reuocetur per Episcopum. In sententia dic concludendo notabiliter, quod aut sententia iniecit vinculũ tempore proferentis, aut non. Primo casu durat
57 vltra tempus proferentis. exemplum in excommunicatione: vnde excommunicatus per Episcopum remanet excommunicatus post mortem Episcopi, cap. Pastoralis, §. 1. de offic. Ordin. sed respe-
58 ctu processus, vel effectus producendi in futurum, sententia tollitur per remotionem iudicis, qui sententiam tulit] & idem Abb. in cap. Cum ad hoc, de Cleric. non residen. sub nu.9. Idem est in quali-
59 bet alia sententia lata generaliter sub conditione, quæ expirat per mortem proferentis, ex quo non habuit in vita effectum consumatum. Ad idem
60 potest adduci textum in l. fin. ff. de pœn. vbi disponitur, vt si aliquis magistratus interdicit alicui ob nonum delictum ne exerceat certam artem, tollitur hoc interdictum, seu prohibitio ipso facto finito magistratu illius. Item Federic. d. qu.16. nu.6. posteaquam conclusit Capitulũm posse facere statuta pœnalia duratura etiam in tempus Episcopi. [Non obstat, inquit, ff. de pœn. l. vltim. cum simil. cum ibi notat. nam illud locum habet cùm interloquendo, vel sine cognitione alicui interdictum est vti arte sua: secus si diffiniendo, vel legem condendo, quod cum magna solemnitate fit.]
61 Contrarium censuit Io. de Deo in hac quæst. Si Episcopus excommunicauit Clericum, qui in proprio fundo ædificauit Ecclesiam, si Ecclesiam illã in aliquos Religiosos sine suo consensu transferret, quam eo mortuo, & sede vacante religioso loco vniuit: clericus est excommunicatus, quia sententia iusta à suo Iudice lata, nec fuit appellatum, licèt lata sub conditione, cap. Romana, §. Caueant, de appell. lib.6.

Verumtamen eius opinio reprobatur ab Aegidio de Sosa, vt per Pauin. de off. & potest. Cap. sed. vacan. qu.6. p. par. princ. n.10.

Confirmantur prædicta in casu præsenti, quia Capitulum prohibuit asportationem sine sua licẽtia: sed hanc licentiam non potest Capitulũ concedere assumpto Episcopo: ergo eius mens fuit ligare tantùm per tempus, quoad eum pertinebat licentiam concedere; & sic assumpto Episcopo interdictum non ligat ex defectu voluntatis interdicentis secundum ea, quæ dicta sunt supra num. 8. & 12.

De Sentent. excomm.

Cap. Perpendimus.

SVMMARIVM.

1 EXcommunicati ob violentam manuum iniectionem in Clericum non tenentur in multis casibus adire Sedem Apostolicam.

2 Clericus dimisso habitu se enormitatibus ingerere perdit priuilegium Canonis, & n.13.

Sed non priuilegium fori, n. 4.5.8. & 17.

Et quid post Concilium Tridentinum n.15.

3 Percutiens, seu interficiens Clericum, qui dimisso habitu sauis enormitatibus se immiscuit, non est excommunicatus, & n.13.

4 Clericus, qui dimisso habitu ingreditur bellum, vel aggressiones, captus debet restitui ecclesiastico iudici.

5 Clericus, qui dimisso habitu, & tonsura commiscet se enormitatibus, potest puniri per iudicem secularem, licèt non fuerit ter monitus, secundum vnã opinionem.

7 Saltem si in enormitatibus diu perseuerauit, secundum aliam opinionem.

8 *Contrarium.*
9 *Priuilegium Canonis, quo iure interdictum fuerit. Facilius perditur, quàm priuilegium fori. ibid. Et quid post Concilium Tridentenum, n. 16.*
10 *Extensio de casu ad casum fieri non debet, etiam ex maioritate rationis vbicumque potestas conceditur laicis super iuribus, & personis ecclesiasticis.*
11 *De priuilegio clericali secundũ Canones est iudicãdum, nec super his standum est legibus, statutis, vel consuetudinibus laicorum.*
12 *Clerici, qui dimisso habitu, & tonsura ingerunt se enormitatibus, an, & quando perdant priuilegiũ clericale, & num. seqq vsque in finem.*
13 *Quid de priuilegio Canonis.*
Et quid de priuilegio fori, n. 15. & 16.
14 *Clerici habitum clericalem dimittentes ex vanitate, vel negligentia non perdunt priuilegium Canonis ante trinam monitionem: secus si ex iniquitate, vel malitia.*

PERPENDIMVS. Difficilis est hæc Decretalis quoad casus positionem; sed difficillima, & maximè intricata in materia quoad conciliationem, & extricationem iurium, quæ illi contradicere videntur, vt inquit Cardinalis Zabarella in sua solemni repetitione in princip.

1 Ad faciliorem intelligentiam præmitte Canonem, Si quis suadente, 17. quæst. 4. continere duas regulas. Prima est, quòd iniijciens manus violentas in Clericum, excommunicatus est. Secunda, quod pro absolutione obtinenda tenetur Sedẽ Apostolicam adire; & quamuis hæ duæ regulæ ita se habeant ad inuicẽ, vt vna veniat in consequentiam alterius: hoc tamen non est perpetuum, quia multi excipiũtur casus, in quibus percussores Clericorum sunt excommunicati, & tamen non sunt mittendi ad Curiam pro absolutione, vt c. Mulieres, cap. De cætero, supra eod. & cap. Cum illorum, cap. Quamuis, vbi complures casus exprimuntur, & cap. vltim. infra eod. vnde non sequitur pernecesse, Percutiens Clericum est excommunicatus: ergo est cogendus adire Sedem Apostolicam. Sicut non sequitur; Non est cogendus adire Sedem Apostolicam, ergo excommunicatus non est; cùm multi incidant in huiusmodi excommunicationẽ, qui tamen ad Curiam non sint mittendi, vt in præcitatis iuribus, & in alijs concordantibus.

Hoc præmisso, cùm in hoc cap. dicatur interfectores istius sacerdotis non esse cogendos ire ad Curiam pro absolutione: hinc emerserunt duo principales intellectus ad hanc Decretalem. Primus est, quod iste sacerdos gaudebat priuilegio clericali; & ideo illius interfectores inciderent in excommunicationem, quæ est prima regula prædicti Canonis, Si quis suadente; sed tamen in odium dicti sacerdotis, qui dimisso habitu seditionem fecerat, releuabantur ab onere adeundi Sedem Apostolicam; quę est secunda regula eiusdem Canonis, & iuxta hanc lecturam Cardinalis, & Mar. Socin. summant sic: Percutiens Clericum, qui habitu clericali dimisso sæuis enormitatibus se immiscuit, pro absolutione ab excommunicatione, quam incurrit, non est ad Sedem Apostolicam mittendus. Hoc dicit, & secundum hunc intellectum, quem Io. Andr. hic nu. 3. dicit esse satis amicum litteræ, Abbas antiquus sic ponebat casum: non est mittendus ad Curiam interfector Clerici in seditione occisi, & Abbas Siculus: Percutiens, vel interficiens Clericum se dimisso habitu clericali sæuis enormitatibus immiscentem non tenetur ire pro absolutione ad Sedem Apostolicam, licèt isti casus vtriusque Abbatis sint generales ad vtramque lecturam, vt mox patebit.

2 Secundus intellectus est, quod iste sacerdos non gaudebat priuilegio clericali, & illius interfectores propterea non tenebantur ire ad Curiam pro absolutione, quia non erant excommunicati: & secundum hanc lecturam Decretalis communiter sic summatur: Clericus dimisso habitu se enormitatibus ingerens perdit priuilegium clericale, scilicet Canonis. Hoc dicit Io. Andr. Butr. Card. Anchar. & Felin. vel aliter secundum Marian. Socin.

3 Percutiens, seu interficiens Clericum, qui dimisso habitu sæuis enormitatibus se immiscuit,
4 non est excommunicatus. Loquitur ergo hæc Decretalis de priuilegio Canonis, & sic facit ad titulum; non autẽ de priuilegio fori, quod non amittit Clericus, qui dimisso habitu, & tonsura se immiscet enormitatibus ante trinam monitionem,
5 vt cap. Contingit, il secondo, & ibi dixi nu. 6. & n. 9. infra eod. & hunc intellectum amplectitur hic Io. Andr. nu. 5. dicens. Si clericus sumptis armis, & dimisso habitu ingreditur bellum, vel aggressiones, quoad illos, qui tunc eum percutiunt, perdit priuilegium, sed non quoad forum: vnde tunc captus debet restitui ecclesiastico iudici: & eumdem intellectum dicit esse veriorem, & magis communẽ Alex. in cons. 8. Videtur super primo nu. 3. lib. 1. & secundum hoc cons. Alex. nedum, imò semper fuisse iudicatum per Curiam, & Consilia Neapolitana, attestatur Grammaticus super Constitutionibus Regni fol. 29 col. 1. vers. Decimo vtique.

6 Non diffiteor tamen multos intelligere hoc cap. etiam in priuilegio fori, adeout Clericus, qui dimisso habitu, & tonsura immiscuit se enormitatibus, puniendus sit per iudicem sæcularem, etiamsi non fuerit ter monitus à Prælato suo; & hanc opinionem tamquam magis communem pluries seruatam fuisse attestantur Boer. decis. 69. nu. 16. & seq. & Guileim. de Benedict. in 2. p. repet. cap. Raynutius, fol. 81. n. 149. & seq. secundum quam etiam decisum fuit per Parlamentum Tholosanum teste Guido Pap. decis. 138. In Camera Consilij, quos refert, & sequitur Iulius Clarus in practic. crimin. §. fin. qu. 36. vers. Quarto modo, concludens secundũ magis communes decisiones, & consuetudinem approbatas, Clericum siue in sacris, siue in minoribus constitutum, qui dimisso habitu clericali aliquod enorme delictum committit etiam nulla monitione præcedente amittere priuilegium fori, & posse à iudice laico puniri; & putat ab hac opinione non esse consulendo, aut iudicando recedendum.

7 Alij verò eamdem opinionem sequuntur in eo tantùm casu, in quo tales Clerici in enormitatibus diu perseuerant, & deprehenduntur in illis; ita Host. hic ante nu. 1. in ver. Non propulsando, vbi ait speciale esse in illis Clericis, qui non ex vanitate, vel negligentia, sed ex iniquitate, & malitia habitum clericalem dimittunt, & contra Deum, & iustitiam, & honestatem cleri inuerecundè tyrannidi, & enormitati scelerum se immiscent, & deprehenduntur, vt ipso facto priuilegium abijciant clericale, vt hic, & in cap. Cum non ab homine,

mine, §. In articulo, supra eodem, & in cap. 2. Ne Cler. vel Monach. & hanc opinionem tamquam magis communem obseruari, & suo tempore obseruatam fuisse affirmat Stephanus Aufrer. in tract. de potest. sæcular. super eccles. & person. ecclesiast. in 1. reg. nu. 27. tom. 14. Tractatuum fol. 392. quem refert Couar. pract. quæst. 32 post nu. 2. vers. Tertiò hic erit, subdens se credere eam moribus receptã in Clericis primæ tonsuræ, sed & Cassan super consuetud. Burgund. fol. 50. n. 55. ait se vidisse hanc opinionem communiter seruari.

8 Sed certè hæc opinio non probatur in hoc cap. quia loquitur de priuilegio Canonis, secundum magis communem intellectum, cui multum applaudit littera, dum dicit interfectores dicti sacerdotis non esse cogendos Apostolicam Sedem adire pro absolutione obtinenda: quæ verba videntur magis congruè excommunicationi, quę incurritur ex dicto Canone. Si quis suadente, quàm illi, quæ incurritur propter violatũ priuilegium fori, per cap. final. de immunit. Eccles. lib 6. Nec refragatur quod iste Comes violauerit etiam fori priuilegium, ex quo de ipsius mandato sacerdos fuit fustigatus, & patibulo traditus: & tamen tenendo secundam lecturam non incidit in excommunicationem: nam respondetur Comitem hæc mandasse vel personam priuatam; & ita communiter intelligitur hoc capitulum, vt inquit Cardin. hic nu. 5. in prima oppos. & nu. 8. in 13. oppos. Nec repugnant verba illa teatosi à B. Comite iussus est fustigari, qui postea de eius mandato traditus patibulo capitauit, quia possunt congruere etiam priuato, quicquid contra senserit Alex. de Neuo, & ideo textus hos appellat interfectores: quod verbum propriè conuenit priuatis personis, & interfectores vocat non solum eos, qui presbyterũ duxerunt ad patibulum, sed etiam Comitem, qui hæc fieri mandauit, vt inquit Host. hic ante nu. 1. in verb. Interfectores: vnde Comes non fuit excommunicatus vt violator priuilegij Canonis, quia hoc priuilegium sacerdos amiserat dimittendo habitum, & sæuis se immiscendo.

9 Ratio autem cur facilius amittatur priuilegium Canonis, quàm fori est, quia priuilegium Canonis est inductum ex consuetudine Ecclesiæ, nempe ex decreto Innocentij II. edito in Concilio Lateranen. II. cap. 15. licèt aliud videatur innuere Concilium Triburiense cap. 10. vt dixi in cap. Cũ contingat, nu. 81. de ætat. & qualit. At priuilegium fori est de iure diuino, cap. Si Imperator, 96. distinct. & Constitutiones eximentes Clericos à sæculari potestate non continent ius nouum, sed sunt iuris diuini declarationes, vt ibi ait glos. pennlt. & nos fusè probauimus in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, n. 10. de Constitution.

Non obstat cap. Cum non ab homine, § In articulo supra eod. & cap. 1. de Apostat. quia loquuntur expressè de priuilegio Canonis, nec debent extendi ad priuilegium fori, quod difficilius perditur, vt prædiximus.

Item non obstat cap. Ex parte il terzo, de priuileg. quia ibi non constabat eos, qui habitum Clericorum in fraudem reassumpserunt, verè esse Clericos, licèt pro talibus reputarentur, vt ibi notat glos. final. & dixi in cap. Contingit, il secondo, num. 12. infra eodem, post Alex. cons. 8. num. 3. lib. 1.

Non etiam obstat cap. 2. Ne Cler. vel Monach. vbi Clericis in fraude deprehensis non subuenitur ab Ecclesia: nam respondetur dupliciter, vt ibi in glos. vltim.

10 Rursus non obstat cap. 1. de vita, & honest. Cler. lib. 6. quia loquitur de Clericis ioculatoribus, & histrionibus, qui artẽ illam ignominiosam per annum exercent, & cum sit pœnale, & exorbitans, non debet extendi ad alios casus, etiam ex maioritate rationis, vt est tex notabilis in l. Sciendum, ff. ad l. Pompeiam, de Parricid. quem ad hoc ponderat Aretin. in cap. Cum non ab homine, nu. 60. & 61. supra de iudicijs. Præterea vbicumque potestas conceditur laicis super iuribus, & personis ecclesiasticis, etiam ex maioritate rationis extensio fieri non debet, vt in cap Tua, il primo, supra de decimis, iuncto cap. Cum in tua, eod. tit. secundum Aretin. vbi supra.

11 Demum non obstat contraria consuetudo, quæ viget in aliquibus tribunalibus, vt dicunt DD. supracitati nu. 6. & [illegible] vt respondet Gollel. de Monte Laudun. & post eum Steph. Aufrer. in reper. Clem. 1. n. 64. & 65. de off. Ordinar. tom. 6. repeten. fol. 41. de priuilegio clericali secundum Canones est iudicandum, nec super his standum est legibus, statutis, vel consuetudinibus laicorum; solus enim Papa generalia cleri, & clericorum priuilegia potest interpretari, ampliare, vel declarare, & ea causa restringere, vt patet in cap. Altercationis, de bigamis lib 6. & cum non reperiantur limitata in hoc speciali casu nisi quoad priuilegium Canonis, in alijs standum erit eorum exemptioni à potestate laicali, arg. l. Sancimus, C. de testament. & l. Præcipimus, in fin. C. de appellat cum similibus.

12 Cæterũ in hac materia vt planè intelligas quid certò sit tenendum, cùm quæritur an Clerici, qui deposito habitu, & tonsura immiscent se enormitatibus, perdant priuilegium clericale, distingue latius: Aut tales Clerici fuerunt ter moniti à Prælato suo, aut non: si fuerunt ter moniti, perdunt eo ipso priuilegium clericale, vt de priuilegio fori est text. in cap. Contingit, il secondo, infra eodem, de priuilegio Canonis in cap. In Audientia, infra eod. tit. & de priuilegio exemptionis ab oneribus laicalibus in cap. vltim. de vit. & honest. Cleric. & in Clem. 1. eod. tit. & in hoc primo membro con-

13 cordant omnes. Si verò non fuerunt ter moniti, tunc subdistingue: nam aut quæris de priuilegio Canonis, aut de priuilegio fori: si de priuilegio Canonis dic huiusmodi Clericos siue in minoribus, siue in sacris Ordinibus constitutos perdere hoc priuilegium eo ipso, vt est casus expressus in d. cap. Cum non ab homine, §. In articulo, supra eodem, ibi: [Occisores Clericorum, aut Presbyterorum, qui contempto clericali habitu tyrannidi, & enormitati se inuerecũde immiscent, in odiũ clericalis excessus, & terrorem, atque correctionem similium canone latæ sententiæ minimè coercentur. Idem probatur in hoc textu intelligendo eum de priuilegio Canonis, prout communiter à

14 DD. intelligitur. Nec obstant iura, quæ dicunt Clericum non perdere priuilegium Canonis per dimissionem habitus, & tonsuræ ante trinam monitionem, vt cap. In audientia, & cap. Contingit, il secondo, infra eod. Quoniam hæc iura loquuntur de Clericis, qui ex vanitate, vel negligentia dimittunt habitum, non autem in illis, qui eum dimittunt ex iniquitate, & malitia, vt in casu huius Decretalis secundum Hostien. hic ante num. 1. in

vrr.

ver. Non propulfando : & eft glof. notab. in d.cap. Cum non ab homine, in ver. Minimè coercentur,
15 fupra eodem. Si verò quæris de priuilegio fori ; tunc referi an agatur de Clericis minorum Ordinum, an verò de Clericis in facris. Si de Clericis minorum Ordinum, ceffat omnis difficultas, quia ex iure nouiffimo Concilij Trident. cap. 6. feff. 23. nullus prima tonfura initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus conftitutus gaudet priuilegio fori, nifi beneficium ecclefiafticum habeat, aut habitum, & tonfuram deferens alicui Ecclefiæ inferuiat, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua fchola, vel vniuerfitate de licentia Epifcopi verfetur. Neque ad hoc requiritur, vt præcedat aliqua admonitio, fed eo ipfo quod caret aliquo ex prædictis requifitis, perdit priuilegium fori, vt ex fententia facræ Congregationis dixi in cap. Si
16 quis, num. 21. de foro competent. Quare minores Clerici hodie Ordine inuerfo difficilius perdunt priuilegium Canonis, quàm f… ; nam illud non perdunt per folam dimiffionem habitus, & tonfuræ, nifi vel præcefferit trina monitio, vt in d. cap. Contingit, il fecondo, infra eodem, vel fæuis enormitatibus fe immifcuerint, vt hic, & in d. c. Cum non ab homine, §. In articulo, fupra eodem. At priuilegium fori perdunt per folam dimiffionem habitus, vel tonfuræ, vel feruitij Ecclefiæ, licèt non fuerint tertio moniti, nec fe immifcuerunt enormitatibus, vt in d. cap. 6. de cuius materia vide quod plenè fcripfi in d. cap. Si quis, à nu. 19. vfque
17 ad n. 72. de foro compet. Si verò agitur de Clericis in facris, tunc funt opiniones, fed verior, & communior fententia eft eos non perdere priuilegium fori, vt oftenfum eft fupra à num. 4. vfque ad n. 12. & hoc feruat Curia, vt dixi in c. Cum non ab homine, n. 106. fupra de iudicijs.

De Sent: Excomm.

Cap. In audientia.

SVMMARIVM.

1 *CLericus vt laicus incedens tertiò monitus non refipifcens perdit priuilegium clericale.*

2 *Clericus, qui depofito habitu arma militaria geftat, non perdit priuilegium clericale ante trinā monitionem, nifi etiam fæuis enormitatibus fe immifceat.*

3 *Talis quis effe præfumitur in quali habitu reperitur.*

4 *Matrona pudicitiam attentans in habitu meretricali deprehenfa non tenetur de iniuria.*

1 IN AVDIENTIA. Clericus, qui à Prælato fuo tertiò monitus arma militaria non deponit, perdit priuilegium clericale. Hoc dicit fecundum Io. Andr. cum quo Butr. Card. & cæteri concordant: vel generalius fecundum Abb. Clericus vt laicus incedens, tertiò monitus non refipifcens, perdit priuilegium clericale. Hoc dicit, & loquitur fpecificè de priuilegio Canonis. Idem tamen iuris eft in priuilegio fori, vt cap. Cōtingit, il fecondo infra eod. & in priuilegio immunitatis ab oneribus laicalibus, vt in cap. vlt. fupra, de vit. & honeft. Clericor. & in Clem. 1. eod. tit.

2 Nota primò ibi, *Qui arma militaria relicto habitu clericali geftare nullatenus erubefcunt*. Clericos nō amittere priuilegium clericale ex eo, quod in habitu laicali arma militaria geftant, nifi ter monitus non defiftant; & ita hic eft cafus apertus fecundum omnes. Sed tu hoc limita, nifi fimul arma militaria affumant, & enormitatibus fe immifceant, quia tunc cùm affumant actum omnino contrarium ordini clericali, ftatim perdunt priuilegium fine vlla admonitione, vt hic à contrario fentit gloffa Bernardi poft cafum, & firmat Innoc. in cap. 1. nu. 3. verf. Sed alij contradicunt, de Apoftat. & Alex. conf. 8. Videtur fuper primo, nu. 3. lib. 1. Aliàs declarationes ad regulam huius Decretalis pofui in d. cap. Contingit, il fecondo infra eod. vbi plenè videas à nu. 6. vfque ad nu. 25. & ad iura, quæ videntur oppofitum innuere, videlicet cap. Perpendimus, fupra eod. & cap. Ex parte, il terzo, de priuileg. refpondi in prædicta Decretali Contingit, nu. 12. & 13.

3 Secundò nota ibi, *Si in vefte*: quod talis quis effe præfumitur in quali habitu reperitur, ad hoc cap. Si iudex laicus, de fent. excomm. lib. 6. ibi [Iuftum eft enim, vt ipfe talis, quem geftat ex habitu quoufque appareat aliud, præfumatur qualis is effe, cuius fert habitum] comprobatur, cap. Vt Apoftolicæ, de priuileg. eod. lib. cap. Si verò, fupra eod. & l. Item apud, §. Si quis virgines, ff. de ritu nupt. vbi eft cafus fecundum Batt. in fumm. text.
4 Quo fit, vt fi quis attentauerit pudicitiam matronæ in vefte meretricali deprehenfæ, de iniuria non teneatur, vt hic in littera, & in d. §. Si quis virgines: non enim iniuriatur matrimonio qui ipfum ignorauit, l. Si ea, C. de adult. vt hic in glof. in ver. iniuriarum, vbi habes alia fimilia. An autem percutiens laicum credens percutere Clericum incidat in Canonem, conclude vt in ead. glof. quę communiter tenetur: & quid fi credidit percutere Titium laicū, & in perfona errans percuffit Martinum Clericum, vide glof. in cap. Si verò, in ver. Ignorauerit, & ibi Doctores, fupra eod. & quod plenè fcripfi in cap. Ad audientiam, fupra de homicid. in quæft. An mandans committi homicidiū in perfonam vnius, fi fequatur in perfonam alterius irregularis ex homicidio voluntario, à nu. 53. vfque ad nu. 72.

De Sententia excommunicationis,

Cap. Cum pro caufa:

SVMMARIVM.

1 *EXcommunicatus ex pluribus caufis, fi in abfolutione omnes non expreffit, non habetur pro abfoluto.*

2 *Excommunicatione vna, vel pluribus ligatus, & ex pluribus caufis, an poffit abfolui vnica abfolutione.*

3 *Clauftrum Ecclefiæ violans dicitur violare immunitatem ipfius Ecclefiæ.*

4 *Immunitatis priuilegium non reftringitur ad portas, vel parietes Ecclefiæ tantùm; fed extenditur circumquaque per 40. vel 30. paffus.*

5 *Abfolutio à cenfuris ob violatam immunitatem ecclefiafticam in terminis Bullæ Gregorij XIV. an fit Sedi Apoft. referuata, & nu. feqq. vfq; in fi.*

Immu-

6 *Immunitatem Ecclesiæ violantes inde extrahendo personas, vel res de iure vetiti non erant excommunicati, sed excommunicandi.*
7 *Incendiarij, & effractores Ecclesiarum incidunt in excommunicationem Sedi Apostolicæ reseruatam.*
8 *Immunitatem Ecclesiæ violans in claustro laicum verberando an sit excommunicatus, & nu. seqq.*
9 *Denunciatio non addit vinculum.*
10 *Violentia corporum maior est quàm rerum.*
11 *Casus violationis immunitatis Ecclesiæ à DD. qui scripserunt ante Paulum II. recensentur inter casus Episcopales ex consuetudine, & n. 34.*
12 *Violantes libertatem Ecclesiæ in terminis Bullæ Cœnæ non incidunt in excommunicationem Papæ reseruatam, nisi id fecerint per viam statuti, vel consuetudinis, & n. 14 & 35.*
13 *Opinio Episcopi Montis Marani sentientis absolutionem in terminis Bullæ Gregorij XIV. non esse reseruatam expenditur.*
15 *Refellitur, & nu. seqq. vsque in fin.*
16 *Libertatis ecclesiasticæ offensa est casus Papæ reseruatus in Extrauag. Pauli II. & Sixti IV.*
17 *Iuramentum præstari non potest per relationem ad scripturam iuratam.*
18 *Pro forma exigit specificam mentionem, & formalitatem verborum.*
Præstari debet corporaliter, & requirit pro forma tactum scripturarum, nu. 20.
Sub dictione, & cætera, non includitur, n. 22.
Nec sub obligatione Camerali, n. 23.
19 *Relatiua dispositio non sufficit in ijs, quæ sunt formalia, vt in gu renti gia.*
21 *Forma impleri debet in specie, & non per æquipollens.*
24 *Casuum reseruatio non requirit formalitatem verborum, & potest fieri per relationem ad aliud, & num. seq.*
25 *Constitutio noua per relationem ad ius commune perinde operatur, ac si ius commune esset in ea insertum.*
26 *Relatum verò, & propriè dicitur esse in referente.*
Imò dicitur pars referentis, nu. 30.
27 *Iuramentum est vinculum personale, nec transit in successorem.*
28 *Reseruatio afficit etiam successores, si fiat per modum legis, seu statuti.*
29 *Expressio per relationem ad aliud sufficit etiam in his, quæ specificam mentionem requirunt.*
31 *Reseruatio absolutionis potest dici pœna.*
32 *Immunitas, & libertas ecclesiastica an, & in quo differant.*
33 *Immunitas Ecclesiæ quid sit.*
35 *Extrauagans. Inter cunctas, de priuilegijs, quæ violationem immunitatis Ecclesiasticæ ponit inter casus reseruatos ex consuetudine fuit reuocata in Concilio Viennensi.*
36 *Absolutio a censuris ob violatam immunitatem in terminis Bullæ Gregorianæ recensetur inter casus Papales in decretis Clementis VIII.*

1 CVM PRO CAVSA. Excommunicatus ex pluribus causis, si in absolutione omnes non expressit, non habetur pro absoluto. Hoc dicit Io. Andr. Butr. Cardin. & Anchar. vel aliter secundum Abbatem, Felinum, & Marian. Socin. ligatus pluribus excommunicationibus, licèt ex eodem facto, obtinens absolutionē expressa vna causa, seu vna excommunicatione, nō habetur pro absoluto quoad aliam. Hoc dicit.

2 Generaliter autem, an ligatus vna, vel pluribus excōmunicationibus, & ex pluribus causis absolui possit vnica absolutione, an verò sint necessariæ plures, Doctores non conueniunt, vt hic in glos. 1. Sed placet magistralis distinctio Abbatis num. 6. vers. Sed conclude, vel latius distingue, vt per Henric. Boich. in princ. & Couar. in cap. Alma mater, hoc tit. lib. 6. par. 1. §. 11. num. 13. vers. Quid autem de illo, vbi hunc articulum explicat dilucidè per septem conclusiones, quas per te videas. Decretalis diuiditur in duas partes. Prima narrat casum, Secunda dat iudicem ibi, *Discretioni.*

3 Nota primò, ibi, *& eum traxisse verberando per claustrum:* quod violans claustrum alicuius Ecclesiæ dicitur violare immunitatem ipsius Ecclesiæ: & ei ratio, quia priuilegium immunitatis non
4 restringitur ad portas, vel parietes Ecclesiæ tantùm; sed per quadraginta, vel saltem per triginta passus extenditur circumquaque, vt cap. Sicut antiquitus, & cap. Quisquis, 17. qu. 4. & hic notant Hostien. num. 2. Ioann. Andr. num. 7. Abb. in vlt. notab. Felin. num. 2. & Marian. Socin. nu. 10. Turrecrem. in cap. Cum deuotissimam num. 4. & ibi etiam Præposit. num. 2. 12. q. 2. Meritò claustrum Ecclesiæ inhærens gaudet immunitate ipsius Ecclesiæ: ex quo infertur, vt sicut non potest quis capi in Ecclesia, ita nec in claustro Ecclesiæ, vt per Abb. & Felin. vbi supra, facit text. in l. Præsenti, & quod ibi notat Bart. n. 2. C. de his, qui ad Eccl. confug.

2 Secundò nota ex textu argum. Pro, & contra, quod violans Ecclesiæ immunitatem est ipso iure excommunicatus: sed hoc latius examinabitur infra num. 6. Hodie hoc est expeditum per intra extrauagantium, & per Constitutionem Gregorij XIV. hac de re editam, vt mox dicitur.

5 QVAERO, vtrum absolutio à censuris ob violatam immunitatem ecclesiasticam iuxta terminos Constitutionis Gregorij XIV. quæ incipit, Cum aliàs nonnulli. Sit Sedi Apostolicæ reseruata, necne.

In vim prædictæ Constitutionis qui extrahunt reos ab Ecclesijs contra formam ibi præscriptam, ipso facto incidunt in censuras, & pœnas, quæ contra libertatis iuris, & immunitatis ecclesiasticæ violatores per sacros Canones, & Concilia generalia, Pontificumque Constitutiones sunt promulgatæ; idque certum est, & citra controuersiam. Sed quænam sint einsmodi censuræ, ac pœnæ, quoniam ea Constitutio non aperit, inspiciendum erit, an ex sacris Canonibus, Concilijs, vel Constitutionibus Apostolicis, ad quæ omnia se refert Constitutio statuta sit censura aliqua Sedi Apostolicæ reseruata contra huiusmodi violatores.

6 Porrò in cap. Sicut antiquitus, 17 q. 4. statuitur, vt qui confinia Ecclesiarum confringere tentauerit, aut personam hominis, vel bona eius inde subtraxerit, nisi publicus latro fuerit, quousq; emendet, & quod rapuerit reddat, excommunicetur. In canone frater ead. caus. & quæst. Gelasius iubet arceri ab ingressu Ecclesiæ, qui aliquem ab Ecclesia violenter abstraxerit. Ioannes VIII. in cap. Quisquis, ead. quæst. Si quis, inquit, Domum Dei violauerit, & aliqua inde abstulerit, donec in Conuentu admonitus legitime satisfaciat, fetat se com-

communione priuatum, aliàs legitur, sciat se fore
communione priuatum, vt ibi notatur in margi-
ne, & infra sequi Ecclesias infringunt, & deposita,
vel alia qualibet exinde abstrahunt, damnum no-
uies componant, & immunitatem tripliciter, &
veluti sacrilegi canonicæ sententiæ subigantur,
Alex. II. ibidem in cap. Si quis deinceps: eum,
qui Clericum ab Ecclesiis expulerit, iubet canoni-
cæ pœnitentiæ, atque depositioni subiacere, se si
contumax fuerit, excommunicari, August. Epist.
187. ad Bonifac. eum, qui hominem ab Ecclesia
rapuit, communione interdici, vt refertur loco ci-
tato in cap. Miror Concilium Toletanum duode-
cimum cap. 10. Diffiniuit, vt nullus audeat con-
gientes ad Ecclesiam, vel residentes inde abstra-
here; ac deinde statuit, si quis hoc decretum ten-
tauerit violare, ecclesiasticæ excommunicatio-
ni subiaceat, & seueritatis Regiæ feriatur senten-
tia, cap. Diffiniuit, ead. caus. & quæst. Concilium
Aurelianense relatum ibi cap. seq. idipsum decre-
uit, & violatores Ecclesiæ immunitatis non solum
à communione Ecclesiæ, verum etiam Catholico-
rum conuiuio iussit separari. Concilium Triden-
tinum cap. 20. sess. 25. Tantùm innouat Canones,
& Concilia generalia omnia, nec non alias Apo-
stolicas sanctiones in fauorem Ecclesiarum, liber-
tatis ecclesiasticæ, & contra eius violatores edi-
tas.

7 Ex his patet violatores immunitatis ecclesia-
sticæ ex veterum Canonum sententia esse excom-
municandos, sed non esse ipso facto excommuni-
catos, exceptis incendiarijs, & effractoribus Ec-
clesiarum, qui ipso facto incurrunt excommuni-
cationis sententiam Sedi Apostolicæ reseruatam,
vt cap. In litteris, & ibi glos. in verb. Anathema-
tis supra de raptoribus, & cap. Tua nos, & c. Con-
questi, supra eod. & de incendiarijs, & effractori-
bus intelliguntur duo Capitula quæ in oppositũ
consuetum est allegari, videlicet cap. Canonica,
11. q. 3. & cap. Omnes, 17. qu. 4. alij verò non sunt
excommunicati ipso iure, sed excommunicandi,
vt not. glos. in d. cap. Conquesti, in verb. Excom-
municatos nuntieris, & in d. cap. Tua nos, in verb.
Publicati, supra eodem.

8 Sed prædictis multum videtur obstare hæc De-
cretalis: nam iste Archiepiscopus fecit publicè
denuntiari excommunicatum Archidiaconum
ob duplicem causam videlicet, quia in Clericum
manus iniecerat violentas, & quia cum traxerat
verberando per claustrum, vt in littera. Ergo etiã
ex hac secũda causa violationis claustri prius erat
9 excommunicatus à iure, quoniam denunciatio nõ
addit vinculum cap. Pastoralis, de appellat. glos. 3.
in d. cap. Tua nos, supra eodem, & secundum hoc
idem esset si in claustro laicum verberasset, arg.
d. cap Omnes, 17. q. 4. & hunc intellectum appro-
10 bat Hostien. hic num. 2. quia inferentes vim in
Ecclesia, & quæ intus sunt spoliantes sunt excom-
municati. Ergo multò fortiùs in ipsa homines
verberantes, quia maior est violentia corporum
quàm rerum arg. c. Præcipimus, 18. q. 1. c. Cùm,
infirmitas, in fin. supra de pœnit. & remiss. l. San-
cimus, la prima, C. de sacros. Eccles.

Huic obiectioni ita respondetur Papa hic nar-
rat factum Archiepiscopi, sed illud non approbat,
quin potius in dubium reuocat, dum dicit: si vo-
bis constiterit dictum Archidiaconum ob dupli-
cem causam excommunicatum fuisse ex his enim
verbis apparet Papam dubitasse de excommuni-
catione hoc autem verificari non potest in excõ-
municatione lata à iure, quia in Papam, qui ha-
bet omnia iura in scrinio pectoris non cadit iuris
ignorantia, vt cap. 1 de Constitut. lib. 6. Tantùm
ergo dubitauit, num Archidiaconus incidisset in
excommunicationem latam ab homine, quia
fortè lata fuit sententia ab Archiepiscopo, vt qui-
cumque violaret Ecclesiæ immunitatem, esset ex-
communicatus, vt notat glos. 1. hic in fin. Innoc. in
princip. in verb. Violationem, & Archid. in cap.
Omnes num. 1. 17 qu. 4. Argumentum verò à re-
bus ad personas, quo vtitur Hostien. assumit pro
fundamento id, de quo disputatur, quia supponit
abstrahentes res ab Ecclesia esse excommunica-
tos, quod est falsum, vt ex dictis constat, & in op-
positum est tex. clarus in cap. fin. supra de furtis;
vbi etiam rapiens sacra vasa non est excommuni-
catus ipso facto: & ita tenet hic glos. 1. Innoc. in
princ. in verb. Violationem, & num. 3. vbi exponit
verbum, *duplicem*, idest ob iniectionem manuum
ipso iure, & violationem claustri ab Episcopo la-
tam, Ioann. Andr. num. 7. vbi concludit cum glos.
contra Hostien. Butr. num. 13. vers. Prædicta vera
dicens sacrilegum esse excommunicatum ipso iu-
re vbi Clericus verberatur; Si verò Laicus in Ec-
clesia verberatur, sic verberantem ratione loci nõ
incurrere ipso iure excommunicationem maio-
rem, Card. in princ. vers. Item colligunt aliqui, di-
cens hoc verius, & num. 1. in fin. in 4. opposition.
vbi dicit glossam veram, Anchar. num. 4. vers. Sed
opponitur, & Abb. num. 5. & hoc teneas.

11 Itaque hoc veteri iure inspecto nulla censura
(nedum Sedi Apostolicæ reseruata) statuta erat
ipso iure in eos, qui aliquem ab Ecclesia extra-
herent. Ideo Doctores quotquot ante Paulum II.
scripserunt, vel qui notitiam non habuerunt con-
stitutionis ab ipso editæ vnanimes tradiderunt,
violantes hoc modo immunitatem Ecclesiæ, præ-
ter incendiarios, & effractores non esse ipso iure
excommunicatos, sed excommunicandos. Inter
quos recensentur Goffred. & Hostien. sibi contra-
rius in Summ. de Immunit. Eccles. in fin. Asten. ibi-
dem art. 7. Syluest. in verb. Immunitas, 3. in fin. Io.
Faber. in l. 2. C. de his, qui ad eccles. confug. Abb.
in cap. pen. in fin. de immunit. eccles. & alij plu-
res apud Remigium in tractat. hac de re edito
quæst. 9.

Qua etiam ratione qui casus reseruatos college-
runt, violationem ecclesiasticæ immunitatis posue-
runt inter casus Episcopales ex consuetudine, vt
Syluest. in verb. Casus, sub num. 4. & Armill. ibid.
num. 6. Habita scilicet ratione veterum canonũ,
& in specie Constitutionis Benedicti XI. quæ inci-
pit, Inter cunctas, quæ tamen fuit postea reuoca-
12 ta, vt inferiùs dicetur, & Caietan. in Summ. in
verb. Excommunicatio, cap. 31. Scripsit non om-
nes violatores ecclesiasticæ libertatis incidere in
censuras reseruatas Papæ, sed solum, qui illas vio-
lant statutis, vel consuetudine: quod etiã scripsit
Nauarr. in Manuali cap. 27. num. 117. Verum vter-
que ipsorum loquitur in terminis Bullæ Cœnæ,
quæ re vera non afficit nisi violantes immunitatẽ
ecclesiæ per viam statuti, vel consuetudinis, vt in
§. 15. neuter tamen exprimit an in alijs casibus
violatio huiusmodi sit reseruata per sacros Cano-
13 nes, vel Apostolicas Constitutiones. Episcopus ta-
men Montis Marani, quem nouissimè sequutus est

Ste-

Stephanus Gratianus disceptar.forens.tom.3. cap.
414 & alij nonnolli ex modernioribus in soa pra-
xi Archiepiscopali,cap.18.nu.3. interpretans hanc
ipsam Gregorij XIV Constitutionem opinatus est
absolutionem hoc casu non esse Sedi Apostolicæ
reseruatam, sed ad Ordinarium pertinere. Mo-
uetor primò per regulam cap.Nuper infra eodem
ibi: quia tamen conditor Canonis eius absolutio-
nem sibi specialiter non retinuit eo ipso concessis-
se videtur facultatem alijs relaxandi. Deinde
quia in Bulla Cœnæ non omnes violatores immu-
14 nitatis Ecclesiæ excommonicantur, sed statuen-
tes dumtaxat, vt in cap. vnic.de his, quæ vi met.
caus.lib.6. Vltimò quia Gregorius decreuit vio-
lantes immunitatem incidere in censuras, nulla
facta mentione reseruationis; quæ tamen quali-
tas, cùm requirat specialem mentionem per dict.
cap.Nuper, non includitur in dispositione referen-
te per text.in cap.penult.de iureiur.

15 Quibus tamen non obstantibus verius videtur
absolutionem ab his censuris esse reseruatam Sũ-
mo Pontifici ex infrascriptis.

16 Primò per tex.ad litteram in cap.Etsi Domini-
ci,de pœnit.& remiss.in Extrauag.com. vbi Paulus
II. statuit, vt in quibuscumque concessionibus, &
facultatibus absoluendi certi casus tamquam spe-
cialiter Sedi Apostolicæ reseruati semper intelli-
gerentur excepti: & inter hoc primo loco enume-
rat offensam ecclesiasticæ libertatis. Quod simi-
liter & Sixtus IV. postea decreuit in Extrauagant.
eiusdem initij sub eod.tit.vbi sub pœna excommo-
nicationis latæ sententiæ prohibet quibuscumque
sacerdoribus, ne prætextu cuiusuis facultatis quẽ-
quam absoluant à casibus ibi expressis absque spe-
ciali ejus licentia: & inter hos casus immediatè
recenset offensam ecclesiasticæ libertatis. Cuius
quidem Constitutionis meminit Caietan. in sum.
verb.Excommunicatio cap.77. ostendens excom-
municationẽ in casibus ibi expressis esse Papalem.

Quamobrem cum per Constitutionem Grego-
rij XIV. extrahentes aliquem ab Ecclesijs inci-
dant in censuras à Constitutionibus Apostolicis
promulgatas contra violatores ecclesiasticæ im-
monitatis, quinimo & libertatis, vt inferius dice-
tur, & per Constitutiones Apostolicas Pauli, &
Sixti excommunicatio ob violatam libertatem
Ecclesiæ sit Pontifici reseruata, apertè sequitur, vt
ex Constitutione Gregorij absolutio ad aliom non
spectet, quàm ad Summum Pontificem. Atque
ita eliditur primum motiuum Episcopi Montis
Marani, quod hoc casu absolutio non reperiatur
expressè reseruata: nam contrarium colligitur ex
dictis Extrauagantibus, quas fortè ipse non vidit.

17 Ideoque nec vrget secundum illius motiuum,
quod Gregorius etsi censuras irrogauerit, nullam
tamen expressam mentionem fecerit reseruatio-
nis, vt requirebatur per tex.in d.cap.Nuper, iuncto
cap.penult.de ioreiuran. nam respondetur disposi-
tiuuem d. cap.pen. esse specialem in iuramento,
quod per relationem ad aliud præstari non potest;
18 tum quia pro forma exigit specificam mentionẽ,
& formalitatem verborum, quemadmodum de-
clarat Anton.de Butr.in d.cap.penult. nu. 1. & So-
cin.cons.99.Serenissimus Rex,nu.58.vers.Septimò
19 dicitur lib.3. In ijs autem, quæ sunt formalia, vt
in guarentigia, non sufficit relatiua dispositio,Cra-
uett.cons.668,nu.6.& seqq. & ita intelligendus est
Dec.in cap.Consuluit, il secondo, col.2.nu.10.vers.
Prosp.Fagn.in 2.par.5 lib.Decretal.

20 Sed tamen non videtur, de appellat. Tum quia
præstari debet corporaliter, & requirit pro forma
tactum scripturarum, cap Hortamur,3.q.9. & tra-
dit glos.in cap.Vt circa, in ver.Corporali,de elect.
lib.6.& Abb.post Host. in d.cap.penult.num.10 de
21 iureior. forma autem impleri debet in specie, &
non per æquipollens, vt in iuramento est text. in
l.Qui per salutem, ff.de iureiur. & notat glos præ-
alleg.& generaliter tradunt Bald. & DD. in l.1 ff.
de liber. & posthum. Odr. cons 304. Infrascriptæ
conclusiones, in princip.n.2.vers. Circa hoc nam-
que, plenè Alex.cons.212 Ponderatis ijs, in princ.
lib. 6. & in his terminis Dec. in d. cap. Consuluit,
22 n.11. Ideoque sub dictione, &c. iuramentum non
includitur, secundum Butrium in d.cap.penult.n.2
quod Abb.ibi dicit esse notabile col. penult. & se-
quitur Dec. in cap. Nam concupiscentia, in 2. le-
ctur.nu.5.de Constitut.& eodem modo, si quis se
23 obliget in forma Cameræ, quamuis obligatio Ca-
meralis de consuetudine habeat iuramentum; ta-
men non censetur iurata nisi expressè sit dictum;
& ita iurauit, Galles. de obligat. Camer.tit. de in-
strum. quæst.2.num. 17.vers. Sed diligenter, cum
24 seqq. At reseruatio non est huiusmodi, quia
licet casus intelligatur alteri concessus, nisi illum
Pontifex specialiter sibi reseruauerit; tamen cùm
id nullam formalitatem requirat, vt iuramentum,
nihil prohibet quominus fieri possit per relationẽ
ad sacros Canones, in quibus reseruatus reperitur,
25 vt Gregorius fecit; noua enim Constitutio per
relationem ad ius commune esset in ea insertum,
& incorporatum, vt ait Angel. Are.cons 36. Vide-
26 tur, nu. 18. & relatum verò, & propriè dicitur esse
in referente, l.Asse toto, ff.de hæred.instituen.Bald.
cons.212.Ea, quæ veniunt, lib.5.Dec.cons.647. Re-
quisitus, num.3.Crauett. cons.45. Quidam homi-
nes, num.4.

27 Præterea, vt Bald. inquit cons. 347.Imperator,
in princip. lib.1. Iuramentum est character, cuius
forma, & figura substantiæ est in anima iurantis;
ideo est personale, nec transit ad successorem. At
28 reseruatio etiam successorem afficit, saltem si fiat
per modum legis, seu statuti, vt patet in prædicta
Extrauag.Etsi Dominici, de pœnit. & remiss. & in
omnibus reseruationibus clausis in corpore iuris,
de quibus per Syluest.& Summistas in verb. Ca-
sus: vnde patet non benè in hac materia inferri à
iuramento ad reseruationem, quæ nec formalita-
tem verborum, nec actum corporalem requirit,
nec personalis est. Et quamuis debeat fieri ex-
29 pressè, tamen paria sunt aliquid nominatim ex-
primi, vel per relationem, l. Ait Prætor, §.1. & ibi
notat Bart.in princip ff.de re iudic.Paul. de Castro
cons 91.In causa appellationis: in fin. lib. 1. Paris.
cons.122.Clarissimus, col.2.n.3. & seq.lib.1. Quin-
30 imò relatum dicitur pars referentis, cap.Cum ve-
nerabilis, de excess.Prælat.Alex.cons.35. Viso pro-
cessu, nu.8.lib.4. quod procedit etiam in materia
pœnali secundum Bald. cons. 13. Magnifico, lib 5.
Natt.cons.204 nu.12.Surd. cons.288.nu.14. Atque
ita idem fuit statuere, vt violatores immunitatis
incidant in censoras Constitutionum Apostolica-
rum, atque statuere, vt incidant in censuras reser-
uatas, cùm censuræ contra violatores huiusmodi
sint Papæ reseruatæ per Apostolicas Constitutio-
nes Pauli II. & Sixti IV.

31 Quod eo magis procedit, quia Cõstitutio Gre-
gorij extrahentibus aliquem ab Ecclesijs imponit

non modo censuras, sed etiam pœnas à Constitutionibus Apostolicis promulgatas contra violatores ecclesiasticæ immunitatis, &c. reseruatio autē, de qua in dictis Extrauagantibus pęna dici potest, tum ob difficultatem adeundi Summum Pontificem, ac veniæ impetrandæ; tum quia reseruationis idem est finis, ac pœnæ, vt colligitur ex ijsdemmet Extrauagantib. [Ne cuiusuis remissionis, vel facultatis obtentu Christifideles procliuiores ad illicita imposterum committenda reddantur, aut veniæ facilitas peccandi ei tribuat incentiuum.] Imo reseruatio siue Apostolica, siue Episcopalis tamquam grauis subditis adijci non debet, nisi atrocioribus quibusdam, & grauioribus criminibus, vt habetur in Concil. Trident. cap. 7. sess. 14. de cas. reseruat. vnde Suarez de pœnit. dist. 30. sect. 4. nu. 2. in fin appellat reseruationem onus pœnitentium, vt à peccatis arceantur. Ergo Constitutio Gregoriana hanc quoque pœnam reseruationis imponit extrahentibus aliquem ab Ecclesijs.

32 Rursus non obstat quod Constit. Gregorij innouet censuras promulgatas cōtra violantes immunitatem ecclesiasticam; Constitutiones autem Pauli, & Sixti reseruent Sedi Apostolicæ offensam libertatis, non autem immunitatis ecclesiasticæ. Nam etsi Caiet. in summ. de immunit. Eccles. vers. 6. dixerit, ad discernendum censuras Canonum, & casus reseruatos, distinguendum esse inter ecclesiasticam immunitatem, & libertatem, & per immunitatem intelligendam loci sacri exemptionem, per libertatem verò exemptionem personæ ecclesiasticæ, itaut propterea reus violatæ immunitatis non incidat in pœnas violatæ libertatis.

In hoc tamen Caietan. reprobatur à Couar. lib. 2. var. resol. cap. 20 nu 1. vbi ostendit etiam ad cēsuras discernendas vnum, & idem esse immunitatem, ac libertatem ecclesiasticam, quod etiam docuit Cardin. in cap. Perpendimus, num. 12. supra eod. Felin in cap Ecclesia Sanctæ Mariæ n. 69. vers. Et ideo, de Constitut Syluest. in verb. Immunitas, 1, nu. 1. in fin. Asten, Angel & alij Summistæ ibid. vnde Goffred. eod. tit. Immunitatem diffinit esse libertatem, quæ competit ecclesiasticis personis, & rebus ad eas spectantibus; & secundum Archidiaconum in cap. Cum deuotissimam, n. 3. 12. qu. 2.

33 Immunitas, & libertas, vel securitas ipsius Ecclesiæ; & consentiunt ibi Bellam. nu. 5. & Gemin. n. 2.

Deinde quod omnem tollit difficultatem, Gregorius innouat pęnas à sacris Canonibus promulgatas non solum contra violatores immunitatis, sed etiam libertatis ecclesiasticæ ibi [Declaramus eum ipso facto censuras, & pœnas ecclesiasticas incurrere, quæ contra libertatis, iuris, & immunitatis ecclesiasticæ violatores per sacros Canones, & Conciliorum generalium, nostrorumque prædecessorū Constitutiones sunt promulgatæ] Quod cum ita sit hunc casum esse Papalem videtur probari hoc argumento.

Ex Constitutione Gregorij extrahentes reos ab Ecclesijs incidunt in censuras à Constitutionibus Apostolicis promulgatas contra violatores libertatis ecclesiasticæ; sed censuræ à Constitutionibus Apostolicis promulgatæ contra violatores libertatis ecclesiasticæ sunt Sedi Apostolicæ reseruatæ in dictis Extrauag. ergo ex Constitutione Gregorij extrahentes reos ab Ecclesijs inciduntin censuras Sedi Apostolicæ reseruatas.

Ad hæc ecclesiasticam violare immunitatem, vt ait Caiet. in summ. eodem tit. in princ. est tamquam generale peccatum ad omnes sacrilegij species; violatur siquidem ecclesiastica libertas iniuriam inferendo & personis, & locis, & rebus sacris. Et Gregorius in d. Constitutione innouauit pœnas omnes contra singulas sacrilegij species à sacris Canonibus inflictas, vt indicant verba illa Constitutionis [Declaramus eum censuras, & pœnas easdem incurrere, quæ contra libertatis, iuris, & immunitatis ecclesiasticæ violatores, &c.] verbum enim libertatis ad personas refertur, verbum iuris ad bona, verbum immunitatis ad loca: sed violantes, seu offendentes personas, bona, & loca in certis casibus incidunt in pœnas, & censuras Sedi Apostolicæ reseruatas, vt de personis est expressum in cap. Si quis suadente, 17. qu. 4. in cap. Non dubium, cap. Porro, & cap. Ea noscitur, supra eod. & in hoc cap. cum multis concordan. De bonis patet in casibus cap. Clericis, § Nos igitur, de immunit. Eccles. lib. 6. &c. Quicumque, de sent. excomm. eod. lib. de locis iuxta terminos cap. Conquesti, & cap. Tua nos, supra eod. ergo & violantes immunitatem in terminis prædictæ Constitutionis.

34 Et hac ratione tollitur aliud fundamentum praxis Archiepiscopalis, quod in Bulla Cœnæ excommunicentur solum statuentes contra libertatem Ecclesiæ; nam cum Gregorius generaliter innouauerit pœnas, & censuras à Constitutionibus Apostolicis statutas pro qualibet specie violationis libertatis, seu iuris, siue loci materialis Ecclesiæ, vt probatum est, non incongruè dici potest innouasse etiam censuras per Bullam Cœnæ statutas contra illam speciem violationis Ecclesiæ, quæ fit per viam statuti, vel consuetudinis. Atque ita eum, qui reos inconsulto Episcopo, extrahit ab Ecclesia incidere in excommunicationem Bullæ Cœnę, sensit, licèt id alias non probet, Anton. Faber. in suo Codic. diffinit. forens. tit. de his, qui ad Eccles. confug nu. 17.

Præterquam quod etsi Bulla Cœnæ ad hunc casum non pertineret, satis est tamen vt per alios Canones, & Constitutiones censuræ impositę propter offensam libertatis Ecclesiæ sint reseruatæ Sedi Apostolicæ. Quinimò etsi Gregorius suam Cōstitutionem non edidisset, adhuc tamen excommunicatio extrahentium reos ab Ecclesijs in casibus non exceptis esset reseruata per dictas Extrauagantes; quæ cum casum offensæ libertatis ecclesiasticæ recenseant tamquam reseruatum, nec distinguant speciem offensionis; certè non minus intelligi debent de offensione libertatis ecclesiasticæ, quæ fit extrahendo aliquem ab Ecclesia, quā de alia offensionis specie, & qualitate; vtroq; enim modo dicitur offendi, ac violari Ecclesiæ libertas, vt patet in cap. Reum, in cap. Frater, & in cap. Diffiniuit, 17 qu. 4. & dictum est supra.

35 Neque his obstat Extrauag. Inter cunctas, quæ est prima in tit. de priuil. inter communes, vbi Benedictus XI. ponit violationem immunitatis, & libertatis Ecclesię inter casus reseruatos ea consuetudine.

Respondetur enim d. Extrauagant. fuisse postea reuocatam à Clem. V. in Concil. Viennen. vt patet in Clem. Dudum, in princ. de sepultur. vt illic aduertit glos. in verb. Aliam, & in d. Extrauag. Inter cunctas, in verb. Constitutionem, & Ang. in verb. Casus.

36 Postremò in confirmationem huius sententiæ adi-

afferuntur duo decreta Clementis VIII. ex voto Sacræ Congregationis Episcoporum edita, quæ satis apertè dirimunt hanc controuersiam : etenim in primo Decreto prohibetur quibuscumque cõfessarijs, ne quemquam absoluant à casibus quomodocumque Sedi Apostolicæ reseruatis. In secundo declaratur, quinam sint hi casus ; & inter alios commemoratur violatio immunitatis ecclesiasticę in terminis Constitutionis Gregorij XIV. Quare manifestum est hodie hunc casum esse reseruatum Pontifici. Quod autem in secundo Decreto Clementis in prima partę agatur de casibus Papæ, non autem Episcopo reseruatis ex eo patet, quia de reseruatis Episcopo specialiter agitur paulò inferius in vers. Item omnes casus.

Neque obstat vt notatur in praxi Archiepiscopali Montis Marani in addit. quod Decretũ Clem. prçiceruet potestatem Episcoporum, & non afficiat nisi confessarios : nam respondetur dictum Decretum, qua parte prohibet absolutionem à reseruatis, non comprehendere quidem Ordinarios locorum ; sed vbi docet casum violatæ immunitatis esse reseruatum Pontifici, necessariò insinuat illius absolutionem ad Ordinarios non pertinere. Hæc enim importat reseruatio, vt cap. Nuper, infra eod. cap. 1. de pœnit. & remiss. lib. 6. cap. vlt. de offic. Vic eod. lib. cap. Quod translationem, cum ibi not. supra de off. Leg. cum similib. Atque ita quamuis de nouo non prohibeat, indicat tamen hanc esse iuris prohibitionem, quę adimit Episcopis absoluendi facultatem.

Proposito suprascripto dubio in Sacra Congregatione Cardinalium Tridentini Concilij Interpretum, videlicet: An absolutio à censuris ob violatam immunitatem ecclesiasticam iuxta terminos Constitutionis Gregorij XIV. quæ incipit, Cum aliàs nonnulli, sit Sędi Apostolicę reseruata, necne? Sacra Congregatio censuit esse Sedi Apostolicæ reseruatam.

De Sententia excommunicationis.

Cap. A nobis il secondo.

SVMMARIVM.

1 *EXcommunicatus, in quo apparuerunt in morte contritionis euidentia signa, post mortem absoluitur ab eo, à quo viuens fuerat absoluendus, & nu 14. & 30.*
2 *Et heredes ab Ecclesia pro eo satisfacere compelluntur, & nu. 3. & nu 31.*
3 *Excommunicato defuncto non est communicandum ante absolutionem, nec pro ipso orandum, licèt sit quoad Deum absolutus.*
4 *Veritas, & opinio in quo differant, & nu. seqq.*
5 *Vero omnia consonant.*
6 *Veritas est solidissima res, & murus inexpugnabilis.*
7 *Opinio potest se habere ad verum, & ad falsum.*
8 *Ecclesia quandoque errat ligando non ligandum.*
9 *Et quid in Ecclesia vniuersali.*
10 *Contritus est absolutus quoad Deum etiam ante absolutionem sacramentalem.*
11 *In contritione tamen sacramenti votum includitur.*
12 *Pœnitentia, & ea, quæ consistunt in animo, probantur per signa exteriora.*
13 *Pœnitentiæ signa quæ sint.*
14 *Absolutionis formula pro excommunicato, qui in excommunicatione decessit.*
15 *Mortuus potest creari miles.*
16 *Mortuus an possit fieri Doctor.*
17 *Mortuo potest iniuria inferri, & nu seq. fictè tamen, sed non verè, nu. 21.*
18 *Legatarius carnaliter cognoscens vxorem testatoris post eius mortem, indignus est legato.*
19 *Mortuum spolians dicitur eum offendere.*
20 *Mortuos exterrantes, membratim concidentes, aut aquis coquentes, excommunicati sunt.*
21 *Exanimatum corpus vulnerans non punitur tamquam de vulnere.*
22 *Irregularis an sit Clericus, qui volens occidere hominem, eidem mortuo caput amputauit, & nu. seq.*
23 *Irregularis non est dans causam aborti fœtus inanimati.*
24 *Irregularitas non contrahitur nisi in casibus in iure expressis.*
25 *Mortuum Clericum percutiens an sit excommunicatus, & nu seqq.*
26 *Mortuus potest tradi ecclesiasticæ sepulturæ tempore interdicti, si viuens habebat priuilegium de ingrediendo in Ecclesiam.*
27 *Priuilegium Canonis an datum fuerit in fauorem Ordinis Clericalis, & nu. 29.*
28 *Mortuus non potest tradi sepulturæ in ciuitate, in qua viuens morari non poterat.*
31 *Hæredes eius, qui post mortem debet absolui, compelluntur ab Ecclesia satisfacere iniuriam passis, quamuis sint laici.*
32 *Hæredes an teneantur satisfacere pro excommunicato absoluendo, licèt ad eos nihil peruenerit ex bonis defuncti, & nu seqq.*
33 *Quid si defunctus dederit signa contritionis.*
34 *Et quid si non dederit huiusmodi signa.*
35 *Votum defuncti tenetur hæres adimplere.*

1 A NOBIS, il secondo. Excommunicatus, in quo apparuerunt in morte contritionis euidentia signa, post mortem absoluitur ab eo, à quo viuens fuerat
2 absoluendus. Ad satisfactionem verò, ad quam tenebatur compelluntur hæredes. Hoc dicit Ioan.
3 Andr. Butr. Cardin & Ancharan vel plenius secundum Abbatem, Felin. & Marian. Socin. excommunicato decedenti in excommunicatione quantũcumque contritus decesserit, non est communicãdum ante absolutionem, nec pro eo orandum, licèt sit quoad Deũ absolutus: sed si constet Ecclesiæ de contritione præcedenti, absoluetur etiam post mortem ab eo, à quo viuus fuerat absoluendus ; & hæredes eius compelluntur per Ecclesiam ad satisfactionem pro eo. Hoc dicunt. Diuiditur in duas partes principales, & secunda subdiuiditur in septem, vt per Io. Andr.
4 Nota primò ibi, *veritati, quæ non fallit, &c.* differentiam esse inter veritatem, & opinionem : nam veritas nec fallere, nec falli potest, quia, vt
5 dixit Philosophus in primo Ethicor. vero omnia consonant : & veritas est perpetuæ existentis rei tanta soliditas, vt cæteris defluentibus, ipsa in suo esse maneat inconcussa, secundum Io. Andr. in cap. Damnamus, n. 11 de Summ. Trinit. & fid Cathol &
6 est solidissima res, & murus inexpugnabilis, vt le-

gitur Esdræ 3.c.4.& notat Bald.in cap.Sicut, n.11.
vers, Quia veritas, de probation. cum similib. vt
7 per Afflict decis.253,num.7. Opinio verò potest se
habere ad falsum, & ad verum: & à Philosophis
diffinitur esse assensus pro vna parte cū formidine
alterius, vt dixi in cap. Ne innitaris, nu. 44. supra
de Constitution, & ideò falli, & fallere potest, vt
hic.

8 Secundò nota ibi, *Iudicium autem Ecclesia*, quādoque Ecclesiam errare ligando non ligandum,
vel absoluendo non absoluendum: & rationem
habes in textu, quia illius Iudicium nonnumqam
innititur opinioni, secundum quam iudicat de
ijs, quæ prorsus manifesta non sunt; meritò falli,
ac fallere potest; & sic errare, cum errare aliud nō
sit, quàm vnum pro alio potare, cap. In quibus,
22.q.2. cap.Quamuis, 28.distinct. quod tamen in-
9 telligit Hostien.hic num.3.de ecclesia particulari,
non autem de generali simul congregata, quia illa
numquam errare potest, cap. A recta, 24.q. 1. se-
cundum eum, sed Abb. hic n. 2. dicit hoc verum
esse in his, quæ pertinent ad fidem, seu articulis fi-
dei. In reliquis verò secundum eum Ecclesia vni-
uersalis potest errare, cùm ducatur opinione, quā
fallere sæpe contingit, & falli, vt hic dicitur: quem-
admodum & generale Concilium vniuersalē Ec-
clesiam repręsentans errare potest excommuni-
cando fortè Prælatum, qui non erat excommuni-
candus: & hoc magis placet etiam Marian. Socin.
hic num. 10. Sed de hac materia tu vide omnino
quod scripsi in cap.Maiores, à n.3. vsque ad nu. 37.
supra de Baptism. vbi latissimè examinaui an, &
quando iudicium Ecclesiæ, & Concilij sit infalli-
bile.

10 Tertiò nota ibi, *quamuis absolutus apud Deum fuisse credatur*, argum. quod eo ipso quod quis est
de peccato contritus, est absolutus quoad Deum
etiam ante absolutionem sacramentalem; & sic
contritio peccatum remittit, dūmodo sit in actu,
11 vel fide, seu spe suscipiendæ absolutionis, Marian.
Socin. hic num.13. Hodie hoc diffinitum est à Tri-
dentina Synodo sess. 14. In doctrina de Sacramen.
Pœnit. cap.4. de contrit. ibi: [Docet præterea,
etsi contritionem hanc aliquādo charitatem per-
fectam esse contingat, hominemque Deo reconci-
liare, priusquam hoc Sacramentum actu suscipia-
tur, ipsam nihilominus reconciliationem ipsi con-
tritioni sine Sacramenti voto, quod in illa includi-
tur non esse adscribendam.]

12 Quartò nota ibi, *per euidentia signa constiterit*: Pœnitentiam, & ea, quæ consistunt in animo,
13 probari per signa exteriora. Sunt autem pœni-
tentiæ signa verbalis detestatio delicti, petitio ab-
solutionis, oblatio Sacramenti de parendo man-
datis Ecclesiæ, eleuatio oculorum, & manuum ad
cælum, percussio oris, & pectoris, quia fortè loqui
non potest, & his similia, cap. Qui recedunt, cap.
præceden. & tribus seqq. 26.q. 6. Hostien. hic n.1.
Io. Andr. num. 2. & alij communiter; & adde quod
scripsi in cap. Ad abolendam, à num. 15. supra de
hæretic.

14 Quintò nota ibi, *Defuncto etiam absolutionis beneficium impendatur*: non tantùm viuum, sed
etiam mortuum qui ante obitum dedit euidentia
signa pœnitentiæ, absolui posse ab excommunica-
tione: & ita fuisse practicatum in persona Incyti
Capitanei Domini de Forte Brachio, refert hic
Marian. Socin. in 8. notab. & ego sæpius vidi ob-
seruatum in Sac. Pœnitentiaria. Formalia autem
pro absolutione illius, qui in excommunicatione
decessit, est huiusmodi videlicet, [Quare si sic vo-
bis visum fuerit, vobisque de prædictis N. viuentis
pœnitentia per euidentia signa constiterit, vt eun-
dem sic defunctum, dummodo illius hæredes iniu-
riam passis, quibus ille, si viueret, occasione præ-
missorum satisfacere teneretur, prius competen-
ter satisfaciant, vel per eos non stet, quominus ar-
bitrio vestro satisfaciāt competenter in eo, in quo
tenentur, ab excommunicationis sententia, quam
propter præmissa incurrit, absoluere in forma Ec-
clesiæ consueta, & in foro conscientiæ tantùm lici-
tè valeatis ad effectum dumtaxat, vt pro illius ani-
ma publicæ, & priuatæ orationes, ac preces fieri,
eiusque corpus ecclesiasticæ tradi sepulturæ pos-
sint, facultatem, & auctoritatem vobis concedi-
mus. Dat. &c.]

15 Ex prædictis infertur, vt post mortē possit quis
nobilitari, & creari miles, vt hic firmat Abb. n.7.
dicens hoc voluisse Bartol. in l. 1. C. de dignitat.
lib. 12. licèt Bart. ibi num. 72. non loquatur de
mortuo, sed tantùm dicat posse quem effici mili-
tem in puncto mortis; tamen cum Abbate con-
sentit Felin. hic n.2.

16 Et per prædicta in publicis conclusionibus, quas
triduò defendi Perusiæ in Aula Palatij, dum essem
Scholaris disputandum sustinui mortuum posse
Doctoratus laurea insigniri, vt in meo libello Ty-
pis excuso, qui inscribitur, Problemata cum me-
thodo iuris vniuersi in 132. Problemate. Opposi-
tum tamen tenet Abbas hic num. 8. dicens se aliàs
in facto fuisse de hoc interrogatum, & respondisse
post mortem non posse quem doctorari, quia hæc
dignitas confertur ad docendum alios, l. Magi-
stros, C. de professor. & medicis, lib.12. quod non
potest mortuus: & eum sequitur Felin. d. num. 2.
17 Et tenendo hanc opinionē non obstat quod mor-
tuus videatur posse honoribus, & insignijs deco-
rari, quia etiam potest iniuria affici, vt notat Bart.
18 in l.1. num.3. ff. de his quibus vt indign. qui ex hoc
deducit verum esse quod dicit glos. in l. Sororem,
in fin. C. eod. videlicet quod ille, qui concubuit cū
vxore testatoris post eius mortem, indignus est le-
gato, & sic applicatur fisco; quia si viuo defuncto
hoc fecisset, ipsum ad iracundiā prouocasset: ergo
19 idem post mortem. Vnde & qui mortuum spo-
liat dicitur eum offendere, vt l. Qui sepulchra, C. de
20 sepulcht. violat. Facit ad hoc Extrauag. Bonifacij
VIII. Detestandæ, de sepultur. vbi excommunicā-
tur exterrantes mortuos, aut eos in frustra conci-
dentes, aut aquis coquentes. Cuius Canonis ma-
teria, vt inquit Cardin. Caiet. in Summ. in verb.
21 Excommunicatio, cap.70. est crudelitas, & imma-
nitas in cadauera humana. Id, inquam, non ob-
stat, quia dictum Bartol. procedit fictè, sed non
verè, vt declarat Bald. in d. l. Sororem num. 2. & 3.
C. de his quib. vt indignis: vnde secundum eum
qui exanimatum corpus vulnerat, non punitur tā-
quam de vulnere, quia corpus mortuum iniuriam
non sentit, vt l. 1. C. Qui accusari non poss. sequitur
Felin. vbi supra.

22 Et per hoc infertur ad aliam quæstionem quā
sic format Archid. in cap. Si quis, il secondo, nu. 2.
15. q. 1. videlicet. Pone quod Clericus animo de-
liberato iter arripuit ad interficiendum hominem,
sed non potuit, quia eum inuenit mortuum, nihilo-
minus iræ suæ satisfacere volens, eidem mortuo
capur

caput amputauit: quæritur an sit irregularis.
Quidam dicunt hunc Clericum irregularem propter intentionem cum opere subsequuto, arg. cap. Nuper, & cap. vlt. supra de Bigam pro quibus facit quod notatur in cap. Si quis, 5 t. distinct. & in cap. fin. 23. q. vlt. & melius in cap. Perniciosè, in
23 fin. de pœniten. dist. 1. Contrarium determinat ibi Archidiac. quia hic non erat homo, sed mortuus: nam cadauer non est homo, vt patet in c. In quadam, de celebrat. Miss. vbi dicitur ad esse hominis duo esse principaliter necessaria, scilicet corpus, & animam. Item cap. Charitas, vers. Item corpus, de pœnit. dist. 2. & lex promotionis factum requirit, vt in d. cap. Si quis, idest, vt homo iam animatus actu interficiatur, vt patet expresè in cap. Sicut, il secondo, de homicid. & in cap. Quod verò, 32. q. 2. In quibus iuribus patet dantem causam abortioni non esse homicidam, neque irregularem, si conceptus nondum erat viuificatus anima
24 rationali. Item irregularitas non contrahitur nisi in casibus in iure expressis, vt in cap. Is, qui, de sent. excomm. lib. 6. Nec isto casu inuenitur imposita, secundum Archid. qui dicit idem notasse Alanum, Vincent. & Bernard. in cap. Si aliquis, de homicid.
25 Et per hanc potest decidi alia quæstio, namquid percutiens Clericum mortuum incidat in excommunicationem Canonis, Si quis suadente, 17, quæst. 4.
26 Et quidem Felin. hic num. 4. putat hunc esse excommunicatum. Mouetur primò per tex. in simil. in cap. Quod in te, de pœnit. & remiss. vbi priuilegium datum Clericis de ingrediendo ecclesiam tempore interdicti habet locum, vt mortuus ibi tradatur ecclesiasticæ sepulturæ. Deinde mo-
27 uetur quia priuilegium Canonis non est datum ratione Ordinis, cum sit datum etiam conuersis, laicis, & nouitijs, cap. Non dubium, supra eodem cap. Religioso, eod. tit. lib. 6. qui tamen non ha-
28 bent Ordines. Pro hac parte facit tex. in l. Si quis in insulam, ff. de cadauerib. punitor. vbi Bartol. [Nota inquit hanc litteram, quia non reperies alibi, & habes quod ille, qui in vita non potest morari in ciuitate, post mortem non potest duci ad ciuitatem ad sepulturam.] & eum sequitur Card. in Clem. 1. in fin. de pœnit. & remiss.
29 Contrarium puto verum, quis negari non potest, quin priuilegium Canonis datum sit in fauorem Ordinis Clericalis: nam quicquid dicat Felin. de hoc est tex. rotundus in cap. Contingit, il primo, infra eodem ibi. [Cum ille canon non tam in fauorem clerici ordinati, quam in fauorem ordinis clericalis fuerit promulgatus.] & in cap. vnico, de Cleric. coniugat. lib. 6. ibi, [Priuilegiũ retineant Canonis ab Innocentio Papa II. editi in fauorem totius Ordinis Clericalis,] Mortuus autem non habet Ordines cap. Licitè, 32. qu. 2. Nec refert quod priuilegium hoc datum sit etiam conuersis, & nouitijs non ordinatis: quoniam datur eis dum viuunt, non autem post mortem: & Canon, Si quis suadente, loquitur de Clericis. Mortuus autem non est Clericus, quia characterem non habet, cum character non imprimatur corpori, sed animæ, vt in Concilio Tridentino sess. 7. de Sacram. can. 7. Item prædictus Canon excommunicat inijcientem manus violentas in Clericũ; at mortuo non potest inferri violentia, vt ex Bald. dictum est supra n. 8 t. Item sicut præcidens caput mortui non incidit in irregularitatem, vt dictum est in præcedenti quæstione, ita nec percutiẽs Clericum mortuum incidit in excommunicationem, quia sicut irregularitas non contrahitur nisi in casibus in iure expressis, vt dictum est supra num. 24. ita nec pœna excommunicationis, glos. 1. in Clemen. 1. de consanguinit. & affinit. Facit glos. penult. in cap. fin. supr. de in repatr.
30 Sextò nota ibi, *A quibus dum viuerent fuerant absoluendi*. In casibus Sedi Apostolicæ reseruatis decedenti in excommunicatione impendendam esse absolutionem à Summo Pontifice dumtaxat: In alijs verò non reseruatis posse impendi etiam ab inferiore, qui poterat viuentem absoluere, vt in littera: & hoc non ex indulgentia huius Decretalis, sed de iure communi, vt hic in glos. in verb. Cæteris.
31 Vltimò nota ex fine textus casum notabilem in quo Ecclesia exercet iurisdictionem in laicos, compellendo scilicet hæredes eius, qui post mortem debet absolui, vt pro eo satisfaciant iniuriam passo, licèt ipse dum viueret expresè hoc non mãdauerit: nam ex quo dedit signa exteriora contritionis, satis videtur debitam satisfactionem tacitè iniunxisse, vt hic in glos. fin. vnde cum iste actus respiciat fauorem animæ defuncti, & hæredis, & piam causam, meritò Ecclesia vendicat sibi iurisdictionem secundum Abb. hic num. 5. & Marian. Socin. num. 24. Concordat text. in cap. vlt. supra de sepultur. & in cap. In litteris, de raptor. ibi: [Hæredes eius moneas, & compellas, vt his, quibus ille per incendium, vel alio modo damna contra iustitiam irrogauerat, iuxta facultates suas cõdignè satisfaciãt, vt sic à peccato valeat liberari.] aliàs legitur, valeant, idest hæredes secundum Vincen. & Io. Andr. ibi in fin.
32 Sed hic insurgit quæstio an hæredes excommunicati teneantur pro eo satisfacere iniuriam passo, etiamsi ad eos nihil peruenerit ex bonis defuncti.
33 Pro solutione breuiter sic distingue; aut excommunicatus præbuit ante obitum signa pœnitentiæ, seu contritionis, aut non præbuit. Primò casu hæredes tenentur etiamsi nihil ad eos peruenerit: & in hoc casu intelligi debet hoc cap. & glos. fin. in cap. vlt. de sepultur. dum ex eo tex. colligit de iure canonico hæredes teneri ad satisfactionem pro delicto defuncti etiamsi ad eos nihil peruenerit, & lis cum defuncto non fuerit contestata: nam ex quo decessit contritus, & sic voluit istud consequens scilicet absolutionem, meritò videtur voluisse antecedens necessarium ad ipsum consequens, quod est satisfactio, argum. cap. Cum
34 super, supra de off. Delegat. quod perpetuò singulariter notabis ad limitationem eorum, quæ semper dicuntur, quod regulariter hæres non tenetur ex delicto defuncti, nisi quatenus ad eum peruenit, quia istud procedit si sine contritione mortuus est, vt mox dicetur, aliàs secus. Quod est singulari nota dignum, & quotidie potest contingere, & multi falluntur, vt dicit Marian. Socin. hic n. 29. Secundò autem casu cum scilicet defunctus signa contritionis non dedit, dicendum est hæredes nõ teneri, nisi quatenus ad eos peruenit ex bonis illius; & ita intelligi debet tex. in d. cap. vlt. de sepultur. ibi: [Sed eius hæredes, & propinqui, ad quos bona peruenerunt ipsius, vt pro eodem satisfaciant, censura sunt ecclesiastica compellendi.]

Et

Et sic cogendi sunt tantummodo restituere rem illicitè acquisitam, quia res transiuit cum onere suo, vt cap. Ex litteris, supra de contrahen. empt. cap. Sæpè, de restitut. spoliat. nam & votum de-
15 functi tenetur hęres adimplere, vt legitur, & notatur in cap. Licet, §. 1 & 2. supra de voto; ita formaliter distinguit Host. hic nu. 21. & 21. cuius distinctionem postea probat Io. Andr. num. 18. Butr. nu. 30. Cardin. nu. 5. Anchar. nu. 8. Abb. nu. 5. Felin. circa finem, vers. Nota singulariter hanc glos. & Marian. Socin. nu. 25.

De Sent. Excomm.

Cap. Nuper.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus est qui Clericum detinet in custodia publica, vel priuata, aut in vinculis etiam sine corporali læsione, & nu. 4.*

Declaratur procedere si hoc faciat animo inferendi iniuriam, seu violentiam Clerico. Secus si aliam ob causam, n. 12.

2 *Communicans excommunicato scienter in crimine excommunicatus est, & non potest absolui nisi ab excommunicatore, vel ipsius superiore, & cum iuramento, & nu. 14.*

3 *Communicans excommunicatum extra crimen incurrit minorem excommunicationem, & reconciliari potest sine iuramento per simplicem sacerdotem, & nu. 14.*

Et quid post Constitutionem Concilij Constantiensis, n. 15 vers. Ceterum aduerte.

5 *In carcere, vel in vinculis detinere an differant.*

6 *Carceratus, vel detentus in vincula non dicitur lædi corporaliter.*

7 *Carcer, & vincula principaliter non sunt ad pœnam, sed ad custodiam.*

8 *Violentia in Clericum perpetratur etiam citra iniectionem manuum, seu corporalem læsionem; quod pluribus exemplis ostenditur.*

9 *Excommunicatus est qui rem de manu Clerici rapit, vel quæ illius corpori adhærent, aut eum per vestem tenet, aut per frenum equi.*

Equum occidens, cui Clericus insidet, non incidit in Canonem, ibidem.

10 *Castrum obsidens non animo detinendi in custodia Clericum ibi existentem, sed capiendi castrum, vel faciendi Clerico verecundiam, non est excommunicatus.*

11 *Clericum cogens per metum ad se redimendum, vel exeundum è domo vt ipsam occupet, excommunicationem non incurrit.*

12 *Communicans criminoso in crimine præstando illi consilium, auxilium, vel fauorem, tenetur eadem pœna cum principali.*

13 *Communicare excommunicato quis dicitur non solum comedendo, loquendo, vel deosculando, sed etiam cum ipso orando.*

15 *Communicans scienter excommunicato extra crimen an peccet mortaliter, remissiuè.*

16 *Absoluere potest inferior ab omni excommunicatione lata à Canone quoties Conditor Canonis sibi non reseruauit absolutionem, & n. 29.*

Quod habet locum nedum in Canone Papæ, sed etiã in statuto Episcopi, vel Prælati, ibidem.

17 *Ingrediens septa monasterij Monialium absque licentia Ordinarij, vel alterius superioris, an incurrat excommunicationem Papæ reseruatam ex Bulla Gregorij XIII. & num. seq. vsque ad num. 37.*

18 *Causa etiam iniusta excusat quem à contumacia?*

19 *Culpa vbi est maior, ibi debet esse maior vindicta.*

20 *Dispositio pœnalis iniungens pœnam excommunicationis non restringitur, sed extenditur.*

Contrarium, num 30.

21 *Proœmij verba denotant causam finalem Constitutionis.*

22 *Lex non imprimit effectum suum nisi in illas personas, quibus verba legis congruunt.*

23 *Ingrediens septa monasterij Monialium prætextu licentiæ reuocatæ, aut Ordinarij licentia abutentes, magis delinquunt, quàm ingredientes sine licentia, & nu. seq.*

24 *Frequentia delicti est iusta causa reseruationis absolutionis.*

25 *Episcopi non debent promiscuè sibi reseruare casus, quibus à iure annexa est excommunicatio, nisi fortè propter frequentiam, scandalum, vel aliam necessariam causam.*

Statuens cõtra libertatem Ecclesiæ magis punitur, quàm statuens contra ius Ecclesiæ, licèt minus delinquat, & cur? ibidem vers. Hinc etsi statuens.

26 *Ecclesiarum fructus, & bona surripientes non incidunt in excommunicationem, nisi id faciant authoritate vsurpata, & sub ratione bonorum Ecclesiæ.*

27 *Domini temporales, & magistratus quicumque impedientes libertatem matrimonij, incidunt in excommunicationem cap. 9. sess. 24. de reformat. matrim. Concilij Tridentini, non autem priuatæ personæ.*

28 *Casus omissus in lege noua remanet in dispositione iuris antiqui.*

29 *Monasterium Monialium ingredientes sine licentia ex Concilio Tridentino incidunt in excommunicationem, non tamen Sedi Apostolicæ reseruatam.*

30 *Pœna nulla est maior in Ecclesia, quàm excommunicatio; ideoque in vna non debet fieri extensio, sed potius restrictio.*

31 *Clericum pedibus percutiens, vel perfundens aqua, aut in eum spuens, vel eius vestem frangens excommunicatus est.*

32 *Reseruatio casus non inducitur ex eo quod Summus Pontifex absolutionem ab illo casu impertitus fuerit, & nu. seqq.*

33 *Pœnitentes habent tres iudices, qui nomine proprij sacerdotis comprehenduntur, Papam, Episcopum, & Parochum.*

34 *Papa si aliquid faciat de plenitudine potestatis, non præiudicat inferioribus, nec contra eos præscribit.*

35 *Mulieres absque licentia monasteria virorum ingredientes, ex declaratione Pij V. incidunt in excommunicationem Papæ reseruatam.*

36 *Excommunicatio propter ingressum in monasteria Monialium ad malum finem, est Sedi Apostolicæ reseruata.*

37 *Absolutio à censuris, in quas incidunt Prælati ingredientes monasteria Monialium contra formã Constitutionis Gregorij XIII. an sit Papæ reserua-*

seruata , & nu. seqq.
38 Statuimus, & decernimus *sunt verba noui iuris inductiua .*
39 *Prælati ingredientes monasteria Monialium in casibus non necessariis , vel cum magno comitatu , quas pœnas incurrant.*

1 NVPER. Detinens Clericum in custodia, vel vinculis, etiam sine læsione corpora-
2 li, excommunicatus est : & communicans excommunicato scienter in crimine est excommunicandus, & nisi difficultas impediat, absolui debet ab excommunicatore , vel ip-
3 sius superiore, & cum iuramento. Communicans extra crimen reconciliari potest per simplicem sacerdotem sine iuramento. Hoc dicit. Diuiditur in duas partes. In prima ponitur bimembria consultatio . In secunda bimembris responsio ibi , *nos igitur* : & vtraque subdiuiditur , vt per se patet .

4 Nota primò quoad incurrendam excommunicationem Can. Si quis suadente paria esse Clericũ percutere, aut eum in custodia publica, vel priuata, aut in vinculis detinere etiam sine læsione corporali, vt hic est casus secundum omnes: quod tamen declara, vt dicam infra nu. 11.

5 Secundò nota ibi, *vel etiam detrudant in vincula* : aliud esse in carcere, & aliud in vinculis detinere, vt hic per Butr. nu. 2. quod nota pro statutis secundum Marian Socin. nu. 5.

6 Tertiò nota ibi, *corporalis læsio non fuerit subsequuta* : ex sola detrusione in carcerem , vel in vincula non dici quem corporaliter lædi , secundũ Io. Andr. hic nu. 1. in ver. Læsione, & Butr. eodem n. & ver. & in 4. notab. Abb. nu. 3. & Marian. Soc. n. 6.
7 Ratio est, quia considerari debet quod principaliter agitur, cap. Cum voluntate , infra eod. carcer autem, & vincula principaliter non sunt ad pœnã , sed ad custodiam, vt l. Aut damna, §. Solent, ff. de pœn. quod similiter nota pro statutis , vt hic per Anchar. nu. 5 nam quoad effectum incurrendi excommunicationem latæ sententiæ ob violentam manuum iniectionem in Clericum, hæc non differunt, vt dixi supra in 1. notab.

8 Quartò nota ibi , *citra quam violentia sæpius circa Clericos nequiter perpetratur* , violentiã Clerico inferri posse etiam sine manus iniectione, seu corporis læsione . Ratio est, quia debemus in his magis attendere iniuriam, & violentiam, quæ sapiunt causam finalem , quàm manus , quæ sapiunt demonstrationem, vt hic per Card. nu. 3. & plenius dicam infra nu. 30. in fin. exemplum ponit Innoc. nu 1. & 2. velut , si quis ensem vibret, vel aliter necem comminetur, nisi carcerem ingrediatur . Vel si Clerico in domo propria , vel aliena existenti clausis foribus, vel positis custodibus adimatur libertas exeundi : neque enim, vt Innocen. ait , videtur vis esse an clausus sit carcere, an ligatus funibus, an custodibus vallatus : omnes enim isti in custodia sunt , & in personam violentiam patiuntur, quia detinentur ne quo velint, abire possint : nec multum differt à specie seruitutis , cui libertas recedendi non datur, l. 3. ff. de liber. hom. exhi-
9 ben. Eodem modo violentia est si res de manu Clerici rapiatur, vel quæ aliàs ipsius corpori adhærent ; aut si Clericus detineatur per vestem , qua induitur , vel per frenum equi , cui insidet , licet secus esset si equus interficeretur : ita Innoc. cum quo transeunt hic Host. & Abb. Antiq. ambo nu. 1 Io. Andr. nu. 2. in ver. Detrudunt, Card. n. 4. Anchar. nu. 2. & 3. & reliqui omnes .

10 Hæc tamen notabiliter limitant Doctores , vt procedant dummodo fiunt animo inferendi iniuriam, seu violentiam Clerico , secus si aliam ob causam . Vnde si quis Clericum in castro obsideret non animo detinendi eum in custodia , sed capiendi castrum, vel faciendi Clerico verecundiam vtique in Canonem non incideret, secundum Innoc. nu. 1. vers. Sed quando, & Card. nu. 4. vers. Hoc
11 procedit. Et idem esse si quis citra manuum iniectionem, vel detentionem corporalem per metum cogeret Clericum ad se redimendum , vel exeundum è domo sua , quam postea occuparet : non enim esset excommunicatus , quia hæc perpetrauit potius animo lucrandi , quàm inferendi iniuriam , nec in personam manus iniecit, vel quasi iniecit violentias, vt dicunt Host. hic n. 1. vers. Quid enim si quis, Io. Andr. nu. 2. vers. Dicimus ergo, & Card. nu. 4. vers. Per hoc etiam infertur, vbi tandem concludit excommunicationem incurri quandocumque fit violentia Clerico , per quam scilicet impeditur ei libertas præcisè , non causatiuè , & quando fit hoc animo vt impediatur; aliàs secus.

12 Quintò nota ibi, *ei consilium impendendo*. Communicantem criminoso in crimine, idest præstando illi consilium, auxilium, vel fauorem, teneri eadem pœna cum principali . Rationem habes in littera, quia facientem, & consentientem par pœna constringit, de quo in l. Is qui opem, ff. de furt. & in c. 1. supra de offic. deleg. & latissimè per Marian. Socin. in cap. Ad audientiam , supra de homicid. in 7. principali artic. à quæst. quinquagesima vsque ad centesimam .

13 Sextò nota ibi, *aut alias in oratione* , intelligi, quem participare cum excommunicato non solũ comedendo, loquendo, aut deosculando : sed etiã secum orando, concordat cap. Cum excommunicato, & cap. Qui communicauerit, 11. qu. 3. cap. Significauit, supra eod. & notat glos. in cap. Statuimus, in ver. Constitutionibus, infra eod. lib. 6. de quo plenè per eumdem Marian. Socin. in cap. Satis, in 10. principali artic. infra eod.

14 Septimò nota in vers. *Secundo verò casu* : & signa differentiam inter communicantem in crimine, & communicantem extra crimen : ille enim incidit in excommunicationem maiorem, & absolui non potest nisi ab excommunicatore , vel eius superiore , & cum iuramento de parendo illius mandato : hic verò ligatur minori tantùm excommunicatione, & absolui potest à simplici sacerdo-
15 te sine iuratoria cautione , vt in fin. textus . An autem scienter communicans excommunicato extra crimen peccet mortaliter , examinat Archidiac. in cap. Rogo, 11. qu. 3 . & Io. Andr. in cap. Sacris, nu. 10. supra de his quæ vi met. cau. Cæterum aduerte ne decipiaris, quia hodie ex Constitutione Martini V in Concilio Constantiensi edita, quæ incipit, *Ad euitandum* , permissum est communicare cum excommunicatis à Canone , vel ab homine, etiam in administratione, & receptione sacramentorum, vel alijs diuinis , præterquam in duobus casibus , videlicet si excommunicati sint publicè denunciati , aut notorij Clericorum percussores, qui dicuntur excommunicati non tolerati . Et in his duobus casibus dumtaxat , non autem in excommunicatis toleratis locum habet ,

quod

quod hic dicitur de incursu excommunicationis maioris propter participationem cum excommunicatis in oratione, & de incursu excommunicationis minoris propter participationem cum excommunicatis extra crimen; quod benè notabis ad limitationem huius textus. De intellectu autem illius Constitutionis scripsi latissimè in cap. Quod à Prædecessore, à nu. 39. supra de Schismat. vbi etiam num 56. dixi an eidem Constitutioni fuerit derogatum quoad notoriè excommunicatos per aliam Constitutionem Concilij Lateranen. Nouissimi sub Leone X.

16 Vltimò nota ibi, *Quia tamen conditor Canonis:* textum optimum, & notabilem vt hic ait Felin. num. 1. in vlt. notab. quod ab omni excommunicatione lata à Canone potest inferior absoluere quotiescumque conditor Canonis absolutionem sibi non reseruauit: & ad hoc quotidie allegatur hic textus, & locum habet nedum in Canone Papæ, sed etiā in Canone, seu statuto cuiuslibet Episcopi, vel Prælati ecclesiastici, vt excommunicatus per illius statutum absolui possit a proprio Sacerdote, ex quo conditor Canonis sibi non reseruauit absolutionem: & hoc nota, quia quotidie occurrit in practica secundum Abb. hic num. 5. Locum tamen habet in absolutione prout loquitur, non autem in dispensatione, vt scripsi plenè assignando rationem differentiæ in cap. Dilectus, à nu. 10. vsque ad n. 16. supra de tempor. ordin.

17 Ex prædicta regula infero ad quæstionem an ingrediens septa monasterij Monialium absque licentia Ordinarij, vel alterius Superioris incurrat excommunicationem Sedi Apostolicę reseruatam ex Constitutione Gregorij XIII. edita idibus Iunij 1575 quæ incipit, Vbi gratiæ.

Ex ijs, qui post Gregorianam Constitutionem scripserunt, nonnulli opinati sunt non esse constituendam differentiam an quis prætextu licentiarum, an verò sine illis clausuram monasterij Monialium ingrediatur, sed vtroque casu absolutionē esse summo Pontifici reseruatam ob identitatem,
18 seu potius maioritatem rationis ne deterioris sit conditionis qui temerè, ac proprio ausu ingreditur, quàm qui aliqua causa, licèt iniusta se excusat, arg. cap. Illud, vers. Licet autem, de Cler. excomm. minist. Hoc enim est quod dicunt glossæ ordinariæ, in l. Ex consensu, §. fin. ff. de appellat. & l. 1. §. Si quis iudic. non obtemper. non solum iustā causam, & rationabilem quem à contumacia excusare, sed etiam iniustam, & quod legitur in l. 1. in fin. ff. de abigeis, & in l. Plagij, ff. ad leg. Flau. de Plagiar. In quibus est expressum non solum legitimam, sed & illegitimam causam excusare à dolo: quam regulam dixit communem Dec. cons. 170.
19 Viso themate, col. vlt. in princ. Item vbi est culpa maior, ibi debet esse maior vindicta, cap. Excommunicamus, §. Credentes, de hæret. & vbi magis exceditur, ibi est seuerius vindicandum, cap. fin. ad fin. de excess. Prælat. Collectar. in cap. 1. num. 2. supra de Schismat. pœna enim debet commensurari delicto, cap. Non afferamus, 23. q. 1. & notat gl. 2, in cap. Proposito, 27. q. 1. Bart. in l. Lenia in princ. ff. de accusat. Bald. in Auth. Clericus, col. 1. C. de Episc. & Cler. Dec. in cap. Ecclesia S. Mariæ, nu. 1.
20 de Constit. Et confirmatur, quia, vt inquit Cardin. hic in 1. notab. dispositio pœnalis iniungens pœnam excommunicationis non restringitur, sed extenditur; Papa enim hic extendit Can. Si quis suadente, 17. qu. 4. vt comprehendat non solum iniicientem manus, sed etiam aliàs turbantem libertatem Clerici.

Et primò inter hos Authores adducitur Martinus Alphonsus de Viualdo in suo Candelabro Aureo in tract. de excom. Ex extrauagāti. & Concilio fol. 31. in septuagesima, & vltima excommunicatione, vbi inter excommunicatos excommunicatione soli Papæ reseruata virtute Gregorianæ Constitutionis enumerat ingredientes septa Monialium sine licentia Superioris: & idem confirmat fol. 36. Loquens de excommunicatione ex cilio Tridentino, ibi, *Sexagesima quarta est.* dum dicit: nunc verò est reseruata Papæ per Gregorium.

Secundò adducitur Ludouicus de Beia in suo tract. resol cas. Conscien. Casu 3. incipien. Vrsula, quem sequitur Lelius Zecchius in Elucidatione casuum Episcopis reseruatorū, in casu 10. fol 625. Et eorum opinioni videtur suffragari quod summus Pontifex aliàs ad supplicationem pœnitentiū, & etiam Episcoporum concessit absolutionem prædicti casus tamquam sibi reseruatam; per quod videtur inductus vsus reseruationis eiusdem casus.

Vltimò affertur authoritas Nauarri in cap. Statuimus, sub nu. 62. in 7. notab. 19. q. 3. Comment. 4. de Regular. & in Man. cap. 27. sub num. 150. vbi affirmat dictam Constitutionem includere etiam intrantes septa monasterij nō habentes licentiam, & se credere hanc fuisse mentem eiusdem Gregorij.

His tamen non obstantibus contrarium verius videtur: Nam Constitutio Gregorij expressè loquitur de ingredientibus prætextu licentiarum reuocatarum, & de his, qui habent licentiam ab Ordinarijs in casibus permissis, eaque abutuntur, vt patet ex rubrica, & ex verbis Constitutionis, prę-
21 sertim in procemio, à quo causa finalis colligitur, l. 1 ff ad Macedon. l. 1. ff. de hæred. instit. l. Titia, §. Idem respondit, ff. de verb. oblig. Oldrad. cons. 103. Quæstio est, vers. Secundò ex hoc, & ad cuius limites restringitur generalitas dispositionis, Bald. cons. 159. Eleganter, & copiosè num. 4. vers. Nisi dicamus, lib. 2. Roman. cons. 16. Viso themate, nu. 4. & seq. in quo quidem procemio verbum nullum legitur de excommunicatione contra in-
22 gredientes absque licentia. Vnde cùm eis non conueniant verba Constitutionis, consequens est, vt nec conueniat illius dispositio, l. 4. §. Totiea, ff. de damn. infect. quia lex non imprimit effectum suū nisi in illas personas, quibus verba legis congruunt, & adaptantur, vt inquit Gemin. cons. 68. Innocentius, sub n. 4. vers. Cum ergo concurrant, & si Gregorius voluisset comprehendere ingredientes absque licentia, expressisset, sicut expressit de ingredientibus prætextu licētiarum, &c. cap. 2. de transl. Episc. cap. Ad audientiam, de decim. & in materia excommunicationis est bona glos. in cap. Prudentiam, §. Sexta, in ver. Vinculo excommunicationis, de off. Deleg.
23 Et eo magis, quia consideratur etiam diuersitas rationis inter eos, qui absque licentia ingrediuntur, & eos, qui ingrediuntur prætextu licentię reuocatæ, aut abutuntur licentia Ordinarij. Si-
24 quidē licentia præbet ingredientibus ansam multò liberiùs, & frequentius delinquendi, exemplo tutoris suspecti fideiussionem præstantis, quo ve-

lamine datur ei occasio diutiùs grassandi in re pupillari, § fin. instit. de suspect. tutor. iuncta glos. in verb. Præstat, l. Suspectus, & l. Quia satisdatio, ff. eodem. At verò vbi deficit licentia, ingrediens non solum se exponit pœnæ à Concilio Tridentino inflictæ in cap. 5. sess. 25. de Regular. Sed etiam temporali, quæ consueuit imponi per Magistratus sæculares; ideoque metu vtriusque pœnę magis retrahitur à delinquendo, cap. 1. & ibi glos. in ver. A Domino, de homicid. lib. 6. cap. 1. §. Superior, de sent. excomm. eod. lib. Frequentia autem, & libertas securiùs delinquendi fuit iusta causa, cur Gregorius potius reseruauerit Sedi Apostolicę absolutionem eorum, qui prætextu licentiæ delinquunt, quàm eorum, qui omninò carent licen-

25 tia. Vnde quamuis S. Congregatio Episcoporum, & Regularium negocijs præposita olim admonuerit locorū Ordinarios ne sibi illos casus promiscuè reseruarent, quibus annexa est excommunicatio maior à iure imposita: illico tamen adiecit hanc limitationem, nisi fortè propter frequentiam, scandalum, aut aliam necessariam causam, aliqui huiusmodi casus nominatim reseruandi viderentur, vt in litteris scriptis ad Cardinalem Archiepiscopum Neapolitanum sub die 26. Nouembris 1602. quamquidem frequentiam, & scandalum considerasse Gregorium in reseruatione huius casus, satis constat ex verbis Constitutionis, ibi [Ac omnia quæ illas (idest Moniales) à spiritualium rerum cogitatione, & exercitio auocant, impedimenta tollere, periculaque, & scandala ab eis remouere cupientes, &c.]

Hinc etsi magis delinquat statuens contra Ius Ecclesiæ, quàm contra libertatem Ecclesiæ, quia in primo casu tollit ius commune, in secundo autem tollit priuilegium, argum. l. Eius militis, §. Militia missus, ff. de testam. milit. & tradit Dec. in cap. Ecclesia S. Mariæ, num. 1. de Constit. Tamen magis punitur statuens contra libertatem, quam contra ius Ecclesiæ, secundum Bald. in rubr. eod. tit. in princ. vers. Quæro an sit differentia, quia, vt inquit Dec. vbi supra, non semper pro maiori delicto maior pœna imponitur: nam propter delicti frequentiam, vel propter maiorem inclinationem ad delinquendum maior pœna quandoq; pro minori delicto imponitur, vt per glos. 2. in cap. Proposito, 27. q. 1. & in cap. Admonere, in ver. Existimes, 33. qu. 2. per illum textum, vbi maior pœnitentia imponitur interficienti vxorem, quàm matrem, quia, vt glos. ibi dicit, homines proniores sunt ad interficiendum vxores, Laici verò Clericos oppidò infestos habent, vt legitur in c. Laicos, 2. q. 7. Maximè propter libertatem ecclesiasticam, in qua Clerici sunt melioris conditionis, quàm sęculares, & propterea maior concitatur inuidia. Vnde cùm sint procliniores Laici ad statuendum contra libertatem ecclesiasticam, & sic contra priuilegia Ecclesiarum, vel Clericorum: meritò vt retrahantur ab eo in quo magis inclinātur, maiori pœna afficiuntur.

26 Præterea grauiùs videntur delinquere, & magis contemnere legislatorem qui ingrediuntur palā, & authoritatiuè prætextu licentiarum, quam qui ingrediuntur clam, & nulla suffulti licentia, exemplo eorum, qui fructus, & reditus ad Sedem Apostolicam, & ecclesiasticas personas ratione ecclesiarum pertinentes vsurpant: neq; enim incidunt in excommunicationem decimamseptimam Bullæ Cœnæ nisi qui id faciunt authoritate, & potestate vsurpata, secundum Caietan. in Summa, in ver. Excommunicatio, num. 27. vers. Deinde circa secundam materiam, & Nauarr. in Man. cap. 27. num. 70. vers. Sexta, quod per illa verba, sicut ex decreto Concilij Tridentini cap. 11. sess. 22. de reform. non incidunt in excommunicationem qui res, & bona Ecclesiæ surripiunt tamquam fures; sed tantùm qui illa authoritatiuè: & sub ratione bonorum Ecclesiæ vsurpant, vt aliàs S. Congregatio declarauit.

27 Et idem modo cùm aliàs dubitatum fuerit an prohibitio cap. 9. sess. 24. de reform. matrim. Circa matrimonij libertatem comprehendat priuatas personas: S. Congregatio censuit non comprehendere, sed tantùm dominos temporales, & magistratus cuiuscumque gradus, conditionis, &c. Ingredientibus ergo septa monasterij Monialium absque licentia, nec verba, nec rationes Gregorianæ Constitutionis conueniunt; & consequenter nec illius reseruatio, glos. magna in fin. in Clem. 1.

28 de sent. excomm. vnde hic casus tanquam omissus remansit in eō statu, in quo prius erat, l. Commodissimè, ff. de liber. & posthum. glos. in cap. Si Pater, in ver. Trebellianicæ, de testam. lib. 6. Consentaneum est enim iura iuribus concordare ad correctionem vitandam, l. Præcipimus, in fin. C. de appellat. & l. Sancimus, C. de testam. cum simil.

29 Ante ipsam verò Constitutionem ex decreto Concilij Tridentini in cap. 5. sess. 25. de Regular. ingredientibus septa monasterij Monialium absq; legitima licentia imponitur simpliciter pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, nec illius absolutio expressè reseruatur summo Pontifici. Ergo censetur alijs concessa per hanc Decretalē, vbi quando conditor Canonis absolutionem excommunicationis sibi non retinet, censetur alijs relaxasse. Et est præcipua regula in materia absolutionis à censuris latis à Canone: patet ex dictis supra in vlt. not. Et hanc sententiam sequuntur Moderni in Praxi Archiepiscopi cap. 6. n. 3. lib. 3. vbi agentes de materia prædictę Gregorianæ Cōstitutionis affirmant in ea non comprehendi nisi qui prætextu licentiarum reuocatarum ingrediuntur, non autem qui sine licentia, licèt incurrant excommunicationem latę sententiæ à Conc. Trid. inflictam d. cap. 5. Nec etiam Moniales in illum ingressum prohibitum consentientes incidere in excommunicationem, sed tantum peccare mortaliter. Idipsum censent Rodriq. de Regular. to. 1. q. 48. art. 2. & Suar. de Censur. disp. 22. sect. 6. excomm. 6.

Quibus non obstant adducta in contrarium: nam ad primum patet responsio ex dictis: cum enim Gregoriana Constitutio nec in rubro, nec in nigro, nec in verbis narratiuis, nec dispositiuis loquatur nisi de ingredientibus prætextu licentiarū reuocatarum, aut abutentibus Ordinarij licentia, non debet extendi ad aliū casum non expressum, præsertim habentem rationes diuersas, & in materia pœnali.

30 Neque obstat quod secundum Card. dispositio pœnalis iniungens pœnam excommunicationis non restringatur, sed extendatur: imo enim cùm nulla pœna sit maior in Ecclesia, quàm excommunicationis, cap. Corripiantur, 24. qu. 3. cap. Absit, 11. q. 3. cap. Sacro, supra eod. non debet in ea fieri extensio, sed potius restrictio, cap. Quæsiuit, de

his quæ ſi. à maior.par.Cap.& notat gloſ.in c.Pru-
dentiam, in ver. Vinculo excommunicationis, de
off.Deleg.& Innoc hic nu.2. verſ. Et in excommu-
nicatione. In hoc textu autem fit potius declara-
tio, quàm extenſio ſecundum Anchar.hic in princ.
quia debemus magis conſiderare iniuriam, ſeu
violentiam, quæ ſapit cauſam finalem, quàm ma-
nus, quæ ſapiunt demonſtrationem. Vnde eodem
31 modo in excommunicatione incideret qui Cleri-
cum non manibus, ſed pedibus percuteret, vel
perfunderet aqua, aut in eum ſpueret, vel eius ve-
ſtem frangeret, quia violentia fit perſonæ, vt nota-
tur in d.cap.Si quis ſuadente, 17.q.4.in gloſ. in ver.
Manus, & per Innocen. & DD. hic, & ita videtur
ſeipſum declarare Cardin.hic in 1.opposit num.4.
licet hoc caſu non agatur de illius reſeruatione.
32 Ad id, quod dictum eſt de abſolutionibus, quas
Summus Pontifex impertitus eſt à prædicto caſu,
reſpondetur hinc non rectè inferri ad generalem
reſeruationem: nam ſi Papa vellet caſum eſſe ſibi
reſeruatum, expreſsè declararet per Conſtitutio-
nem generalem, non autem per particularem
proviſionem ad petitionem vnius, vel alterius Or-
33 dinarij, vel ſacerdotis. Præſertim verò quia cùm
pœnitentes habeant tres iudices, videlicet Paro-
chum, Epiſcopum, & Papam, qui omnes com-
prehenduntur ſub nomine proprij ſacerdotis in c.
omnis vtriuſque, de pœnit. & remiſſ. vt ibi nota-
tur, & in Extrauag. Vas electionis, de hæret vtique
34 procurando ſibi abſolutionem à Papa tamquam à
fonte habente plenitudinem poteſtatis, cap. Qui ſe
ſcit, 2.q 6.cap. Præceptis, 1.2.diſt.cap. Quamuis, cap.
Dudum, & cap Multum, 3.q 6. nullum intulerunt
præiudicium alijs inferioribus, nec contra eos ex
hoc induci potuit vſus, vel conſuetudo: ad hoc
quod notat Innocen.in cap. Bonæ, il ſecondo, n.2.
in fin. de poſtul. Prælat. vbi determinat quod ſi Pa-
pa aliquid facit de plenitudine poteſtatis, non præ-
iudicat inferioribus, quia cùm ſit abſolutè domi-
nus, non indiget aliqua acquiſitione iuris. Idem
tenet Specul.in tit de præſcr. verſ. Illud, dicens Pa-
pam non præſcribere contra inferiores, cùm ipſe
iam ſine præſcriptione ſit vniuerſalis dominus: &
ſequitur Abb. conſ. 101. In quæſtione, nu. 6. verſ.
Nec Papa exercendo hoc ius lib. 1. Et propterea
ex eo, quod in cap Litteras, ſupra de fil. Presbyt.
Papa diſpenſauerit, non benè infertur vt prohibi-
ta ſit diſpenſatio, quia hæc ab ipſo fuit petita, vt
notabiliter dicit gloſ.vn.in c.fin.& ibi etiam Butr.
nu.5. verſ. Non obſtat quod ſolus Papa diſpenſat,
eod. tit.
35 Ad vltimum reſpondetur de declaratione Gre-
gorij nullibi conſtare, & eam negari à Rodriquez
tom.1.quæſt.regul.art.2.& à Suar. de cenſ. diſp.22.
ſect.6. excomm.6. Nec Nauarr. de huiuſmodi de-
claratione atteſtatur, vt ei imponitur à quibuſdã,
ſed tantùm ait credendum eſſe hanc fuiſſe mentẽ
conditoris: quo verò ad ingredientes monaſteria
virorum, quia negari non poteſt quin Pius V. de-
clarauerit Conſtitutionem comprehendere etiam
illas, quæ abſque litteris Apoſtolicis ingrediuntur,
ſtandum erit huic declarationi in ſuo ſpeciali ca-
ſu dumtaxat.
36 Vnde reiectis contrarijs, concludendum vide-
tur caſum propoſitum non eſſe Sedi Apoſtolicę re-
ſeruatum, niſi ingreſſus, ſeu violatio clauſuræ mo-
naſterij Monialium fieret ad malum finem, iuxta
Decretum S.Congregationis Epiſcoporum Clemẽ-
tis VIII. iuſſu editum ſuper abſolutione à caſibus
reſeruatis: & ita declarauit Gregorius XIII. Con-
ſtitutionis conditor, vt in ſubiecta declaratione.
Epiſcopus Comen.declarari petijt, an Bulla Sã-
ctiſſimi imponens pœnam excommunicationis in-
gredientibus monaſteria vigore facultatum Apo-
ſtolicarum, etiam eos comprehendat, qui abſque
talibus facultatibus ingrediuntur, vt ſciri poſſit
an abſolutio ſit reſeruata Summo Pontifici, S.Cõ-
gregatio cenſuit agendum cum Sanctiſſimo, quia
Concilium non reſeruauit Papæ, & non videtur
adeſſe maioritas rationis, quia abutentes litteris
Apoſtolicis maiori pœna digni ſunt. Sanctiſſimus
declarauit Bullam non comprehendere eas per-
ſonas, quæ ingrediuntur propria auctoritate abſq;
licentijs Sed. Apoſtolicæ: & quod attinet ad Bullã
Pij V. de ingredientibus monaſteria virorum, ex
quo idẽ Pius V. declarauit comprehendere etiam
illos, qui abſque litteris Apoſtolicis ingrediuntur,
ſtat firma declaratio.
37 Iuxta prædicta QVAERO, An abſolutio à cen-
ſuris, in quas incidunt Epiſcopi, & ſuperiores re-
gulares, qui ſui auctoritate officij ſepta monaſte-
rij Monialium ingrediuntur non ſeruata forma
Conſtitutionis Gregorij XIII. ſit Papæ reſeruata.
Ad partem affirmatiuam facit, quia Gregorius
in Conſtitutione, quæ incipit, Vbi gratiæ, primum
ſanxit, vt ingredientes clauſuram monaſterij Mo-
nialium prætextu licentiarum reuocatarum inci-
dant in excommunicationem Sedi Apoſtolicæ re-
ſeruatam. Ac deinde ſuborta dubitatione an
ead. Conſtitutio comprehendat eos, qui ad ingre-
diendum alterius licentia non indigent, ſed ſui au-
ctoritate officij nituntur: declarauit Prælatos om-
nes tam ſæculares, quàm regulares, quibus cura,
& regimen monaſteriorum Monialium incumbit,
ita demum vti poſſe facultate ingrediendi illorum
ſepta ſibi ex officio attributa, ſi id faciant in caſi-
bus neceſſarijs, & à paucis, iiſque ſenioribus, &
religioſis perſonis comitati, vt in Declaratoria
incip. Dubijs, quæ emergunt in Bullar.tom.2.pag.
394. ſi igitur Epiſcopi, & Prælati regulares in 1.
Conſtitutione comprehenduntur, & excommu-
nicatio in illa Conſtitutione inflicta eſt Papæ re-
ſeruata; videtur conſequens, vt etiam excommu-
nicatio contra ipſos impoſita in Conſtitutione de-
claratoria ſit reſeruata: nam qualitates omnes,
quæ inſunt legi declaratæ, cenſentur ineſſe illius
declarationi, vt eſt tex. in l. Nihil, & ibi Bart. in
princip. ff de coniungen. cum emancip. liber. & in
Authen. de filijs ante dotal. inſtrum. natis, ad fin.
Roman.conſ.93.nu.4.verſ. Quia in lege noua, Paul.
de Caſtr. conſ.339.col.fin.nu.5. verſ. Quinto quæri-
tur lib.1.
38 Contrarium puto verum, quia ſecunda Conſti-
tutio Gregorij non ſtat in puris finibus declara-
toriæ, ſed in ea parte, in qua pœnas imponit, indu-
cit naturam nouæ Conſtitutionis, & idcirco non
vtitur ver. *Declaramus*, vt fecit in 1. parte, ſed ver.
Statuimus, atque *decernimus*, vt in §. Quod ſi cõ-
trafecerint: quæ quidem verba non Conſtitutio-
nem declaratoriam iuris præxiſtentis, ſed noui iu-
tis promulgatoriam ſignificant, Clem. vlt. §. fin. de
reſcript. gloſ. in Extrauag. Suſcepti Ioannis XXII. in
ver. Statuimus, Clem. 2. & ibi gloſ. in ver. Decerni-
mus, de præben. & gloſ. in Clem. Eos, in ver. Dein-
39 ceps, de regular. Cum igitur Gregorius de nouo
ſtatuat, atque decernat, vt ingredientes clauſuram
mona-

monasterij Monialium non seruata forma ibi præscripta, si Episcopi sint, pro prima vice sint ingressu Ecclesiæ interdicti; pro secunda, à munere Pontificali, & à diuinis suspensi; ac deinceps excommunicati: Regulares verò omni officio, & ministerio priuati, ac pariter excommunicati: & absolutionem ab huiusmodi pœnis sibi, & Sedi Apostolicę non reseruauerit: vtique succedit regula textus nostri, videlicet vt ab his censuris latis à Canone possit inferior absoluere, cum conditor Canonis absolutionem sibi non retinuerit, vt dixi supra in vlt. not. & in pręced. quęst. nu. 29.

Prętere a manifestum est quantum ad pœnas interdicti, & suspensionis Episcopos non comprehēdi in 1. Constitutione, cùm illa Constitutio has pœnas non imponat: ergo non comprehenduntur quoad pœnam excommunicationis, quia vna determinatio respiciens plura determinabilia debet intelligi vt omnia æqualiter determinet, l. iā hoc iure, §. Sed si, & ibi Bart. n. 1. ff. de vulgar. & pupillar & l. fin. C. de sent. cum simil. & consequenter nulla ex his pœnis est Sedi Apostolicæ reseruata: & circa prædictam Constitutionem Gregorij vide quod scripsi in cap. Vt inata, nu. 29. & sequitur supra, de offic. Ordinar.

De Sentent. excomm.

Cap. Cum illorum.

SVMMARIVM.

1 *EXcommunicatus, qui scienter recipit Ordines, deponendus, si est Clericus sæcularis, si regularis ab executione Ordinum est suspensus, & num. 8.*

2 *Dispensat solus Papa cum Clerico sæculari, qui ignorans ius, vel factum in excommunicatione recipit Ordines.*

3 *Sed cum regulari dispensat Abbas, si ignorantia est probabilis, & factum non est graue, & numer. 26.*

4 *Excommunicatus pro violenta manuum iniectione in Clericum regulariter non absoluitur nisi à Papa.*

5 *Fallit in casibus hic enumeratis, & nu. seq.*

6 *Religiosi ab excōmunicatione Canonis, Si quis suadente, absolui possunt per proprium Prælatum, si ipsum habeant, & sit Presbyter; alioquin per diœcesanum, & nu. 11.*

7 *Declaratio dubiorum in iure consistentium à Sede Apostolica petenda est.*

8 *Dispensat solus Papa cum Clerico sæculari, qui in excommunicatione recipit Ordines, etiamsi ab illa excommunicatione Episcopus possit absoluere.*

9 *Dispensandi potestas maior est, quàm potestas absoluendi ab excommunicatione.*

10 *Argumentum à minori ad maius non procedit affirmatiuè, sed negatiuè.*

11 *Abbas potest absoluere Monachos suos ab excommunicatione ob violentam manuum iniectionem, dummodo excessus non sit enormis.*

12 *Siue in excommunicationem inciderint post ingressum Religionis, siue ante.*

13 *Sed ob alijs excommunicationibus eos tantùm, qui inciderunt post ingressum.*

14 *Dispensandi potestatem habens cum subdito delinquente non potest dispensare cum eo qui deliquit antequam esset subditus.*

15 *Qualitas adiecta verbo intelligitur secundum tempus verbi.*

16 Enormis *excessus dicitur respectu quantitatis facti.*
Item respectu qualitatis personæ, nu. 20.
Item respectu scandali, nu. 22.
Item respectu loci, nu. 23.

17 *Membri appellatione quæ intelligantur.*

18 *Percussio cum sanguinis effusione an, & quando dicatur enormis.*

19 *Iniuria atrox respectu quantitatis facti quando dicatur.*

20 *Enormis semper dicitur excessus in Episcopum, vel Abbatem, vel alium Superiorem.*

21 *Et idem si in patrem, vel in magistrum.*

23 *Iniuria atrox æstimatur si in theatro, in foro, vel in conspectu Prætoris facta sit.*

24 *Idem si in Ecclesia, vel Cœmeterio.*

25 Circumstantiæ, *quæ aggrauant, vel extenuant delictum remissiuè.*

27 Prælati *regulares an possint dispensare super irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus in vim Concilij Tridentini cap. 6. sess. 24. & nu. seqq. vsque in fin.*

28 *Irregularitas est impedimentum canonicum, quo prohibetur promotio ad Ordines, & illorum executio.*

29 *Prælatis in inferioribus non competunt ea, quæ sacris Ordinibus annexa sunt, vel illos concernunt.*

30 *Dispensatio in irregularitate est dispensatio circa Ordines.*

31 Episcopi *appellatione in materia exorbitanti non venit non consecratus etiamsi agerctur de exercenda iurisdictione.*

32 *Episcopus electus ante consecrationem non potest concedere indulgentias.*

33 *Prælatis inferioribus iurisdictionem quasi* Episco*palem habentibus in locis suæ iurisdictionis vti non licet facultate Episcopis attributa decreto Concilij Tridentini cap. 6. sess. 24.*

1 CVM ILLORVM. Qui excommunicatus
pro manuum iniectione scienter recipit
Ordines, deponendus, si est Clericus sæ-
cularis, si Regularis, ab executione Or-
2 dinum est suspensus. Qui ignorans ius, vel factum
sic excommunicatus recipit Ordines, si est Cleri-
cus sæcularis, dispensat cum eo solus Papa: Si Re-
3 gularis, Abbas cum eo dispensat, si ignorantia est
probabilis, & factum non est graue. Hoc dicit se-
cundum Io. Andr. cum quo Butr. Cardin. & cæteri
concordant. Diuiditur vt per Mar. Socin.
4 Nota primò ex principio textus, excommuni-
catum pro violenta manuum iniectione in Cleri-
cum regulariter absolui non posse nisi à Sede Apo-
stolica, quia Papa sibi reseruauit absolutionem,
vt hic, & in cap. Porrò, in cap. Non dubium, in cap.
Ea noscitur, in cap. Tua nos, & in cap. Quamuis,
infra eod. & originaliter in cap. Si quis suadente,
5 17. qu. 4. Fallit tamen hæc regula in multis casi-
bus, qui comprehenduntur his versibus.

Regula, mors, sexus, hostis, puer, officialis,
Deliciosus, inops, ager, senexque, sodalis,
Ianitor, astrictus, dubius causa, leuis ictus.
Debilis absolui sine summa sede merentur,
Atroces verò soli Papæ retinentur.

6 *Regula*. Hic comprehenduntur omnes Reli-
gioſi, qui abſolui poſſunt per proprium Prælatum,
ſi ipſum habeant, vt hic in §. Nos tamen dūmodo
ſacerdos ſit, c. Canonica, infra eod. cap. Nuper, §.
penul. ſup. eod. vti de hoc, alioquin per Diœceſanū
de monialibus, infra eodem, cap. Monachi, ſupra
eod. *mors*, vt in cap. Non dubium ſupra eod. *ſexus*,
vt in cap. Mulieres, ſupra eod. *hoſtis*, vt cap. De cæ-
tero, ſupra eod. *puer*, cap. Quamuis, & cap. fin. in-
fra eod & ſupra cap. 1. *officialis*, cap. 3. §. 1, ſupra
eod. *deliciosſus*, ſed in illo prius conſulitur Roma-
nus Pontifex, cap. Mulieres, ſupra eod. *inopſque*. &
nobilis, cui oſtiatim ire verecundum eſt, de quo
dic, vt plenè notatur in cap. Quod de his, ſupra
eod. & infra in cap. Ea noſcitur, *ſenex*, vt in d. cap.
Quod de his, & cap. Ea noſcitur; *æger*, ægerque in-
curabilis, vel de cuius morte dubitatur, vel mor-
bus chronicus eſt, & longus: de quo dic vt in iu-
ribus proximè citatis; *ſodalis*, vt cap. Quoniam, §.
fin. ſupra de vita, & honeſtat. Cleric. & cap. Ex te-
nore, in fin. ſupra eod. *ianitor*, vt cap. 3. in 1. reſponſ.
ſupra eod. *aſtrictus* patriæ poteſtati, vel domini-
cæ, vt cap. Mulieres, ſupra eod. & infra cap. Rela-
tum, de quo dic vt plenè legitur, & notatur in cap.
Cum deſideres, §. 2. & cap. Si verò aliquis, ſupra
eod. *cauſa*, ſcilicet iuſtæ, quodcumque prætēnt
impedimentum Sedem Apoſtolicam non adeundi,
cap De his. vbi de hoc, & cap. De cætero ſupra, &
infra cap. Quamuis: *leuis ictus*, vt cap. Peruenit, ſu-
pra eod. *debilis*, vt cap. Ea noſcitur, ſupra eodem.
Abſolui ſine ſumma Sede merentur; *atroces* verò
ſoli Papæ retinentur, vt cap. Relatum, & cap. Ca-
nonica, infra eod Hos verſus recitat, & vt ſupra
exponit Hoſt hic nu. 1. & in ſumma huius tituli, §.
Quis poſſit excommunicare, nu. 4. ſub verſ. Secun-
de regula, dicens fuiſſe Iacobi Serenæ Ebredu-
nenſis, & concordant hic Io. Andr. nu. 2. Henric.
Boich. eodem num. Butr. nu. 26 Anchar. num. 1. &
Abb. in 1. notab. & latiùs proſequitur Marian. So-
cin in cap. Offici, infra eod. vbi ponit regulam cū
tribus declarationibus, ſeu ampliationibus, nu. 30.
cum tribus ſeqq & viginti quatuor fallentias à nu.
34 vſque ad nu. 58. & prædictis adde compendio-
ſam diſtinctionem, quam poſui in cap. Peruenit,
nu. 9 infra eod. poſt Io. Andr. ibi num. 3. verſ. Et ad
contrariorum ſolutionem.
7 Secundò nota ibi, *Apoſtolicum ſæpius oraculum
imploratur*. Pro declaratione dubiorum conſi-
ſtentium in iure ad Sedem Apoſtolicam eſſe recur-
rendum, de quo dic vt ſcripſi plenè in cap. Cum
veniſſent, ſupra de iudic.
8 Tertiò, nota in verſ. *Circa quos*, qua pœna ſit
puniendus Clericus ſæcularis ſuſcipiens Ordines
dum exiſtit in excommunicatione; debet enim
deponi ab illo Ordine, nec poteſt cum eo alius
citra Papam diſpenſare: quod locum ſibi vendi-
cat non ſolum in excommunicatis, quorum abſo-
lutio eſt Sedi Apoſtolicæ reſeruata, vt in caſu huius
cap. ſed etiam in alijs excommunicatis, quos Epi-
ſcopi poſſunt abſoluere, quia nihilominus non po-
terunt Epiſcopi diſpenſare cùm ſic ordinatis, quia
effecti ſunt irregulares, & indiſpenſabiles ab alio,
quàm à Romano Pontifice, vt hic firmat Ioann.
Andr. num. 6. cum quo concordant Henric. Boich.
no. 14. Anton. de Butr. n. 18. Abb. in 2. notab. & alij
communiter; & videtur probari in cap. 1. & 3. de
eo, qui furtiu. ordin. recep. vbi cum recipiente Or-
dinem poſt excommunicationem ſolus Papa di-
ſpenſat.
9 Quartò nota ibi, *Cum maiora intelligantur illis
prohibita, &c.* poteſtatem diſpenſandi maiorem
eſſe, quàm poteſtatem abſoluendi ab excommu-
nicatione, vnde non valet conſequentia: Poteſt
10 quis abſoluere; ergo & diſpenſare, quia non pro-
cedit arg. à minori ad maius affirmatiuè, videlicet,
ſi poſſum id quod minus eſt: ergo & id quod maius
eſt: ſed è conuerſo valet conſequentia, qui non
poteſt abſoluere, nec poteſt diſpenſare, quia pro-
cedit argumentum à minori negatiuè ſumptum;
vnde ſequitur: qui non poteſt id, quod minus eſt;
nec poteſt id, quod maius eſt, vt notatur in cap.
Cum in cunctis, de elect. cum maiora intelligan-
tur illis prohibita, quibus vetita ſunt minora, vt
dicitur in littera; & ita hic notant Io. And. num. 6
verſ. Nec obſtat iſta littera, Henrich. Boich. no. 14.
eod. verſ. Butr. nu. 18. verſ. Non hæc littera, Abbas
in 3. notab. Marian. Socin. no. 6. & Felin. num. 1. in
4 notab.
11 Quintò, nota in § *Quod ſi clauſtrales*, Abbatem
poſſe abſoluere Monachos ſuos ab excommunica-
tione inflicta à Canone pro violenta manuū inie-
ctione, dummodo exceſſus non ſit enormis, ſiue
12 in excommunicationem inciderint poſt ingreſſum
Religionis, ſiue ante; & in hoc extenditur c. Mo-
nachi, ſupra eod. vbi dabatur Abbati poteſtas ab-
ſoluendi Monachos ſuos in eo tantùm caſu, in
quo inciderant in excommunicationem poſt in-
13 greſſum. Diſpoſitio tamen huius Decretalis re-
ſtringitur ad ſolam excommunicationem pro vio-
lenta manuum iniectione, cum Papa hic procedat
per modum indulgentiæ, vt patet ibi, *maiorem eis
gratiam exhibere volentes*. necnon ibi, *indulgemus*:
vnde in alijs caſibus Abbas non poterit abſolue-
re excommunicatos ante Religionis ingreſſum;
ſed cum eis ſeruabimus ius præcedens, de quo in
d. cap. Monachi, cum non reperiatur immutatum,
niſi in hoc ſpeciali caſu iniectionis manuum in
Clericum, l. Sancimus, C. de teſtamen. l. Præcipimus
in fin. C. de appell & hic tenet Abb. in 4. notab. &
14 in d cap. Monachi, qui ex hoc notabiliter infert,
vt habens poteſtatem diſpenſandi cum ſubdito
delinquente in certo caſu, non intelligatur habere
poteſtatem diſpenſandi cum eo, qui delictum il-
lud commiſit antequam eſſet ſubditus, niſi ſpeci-
ficè hoc fuerit cōceſſum, quod dicit eſſe ſingulare
Marian. Socin. hic in 13. notab. & ſequitur Felin.
nu. 1. poſt med. verſ Nota ſecundum D. Abbatem
15 adducens rationem, quia qualitas adiecta verbo
intelligitur ſecundum tempus verbi, vt eſt caſus
in l. In delictis, §. Si extraneus, ff. de noxalibus, de
quo latè per Bart. in l. Ex facto, nu. 1. ff. de vulgar. &
pupill.
16 Sextò nota ibi, *Niſi exceſſus ipſorum*: quis di-
catur exceſſus enormis: nā hic conſideratur enor-
mitas triplici reſpectu. Primo ſcilicet reſpectu
quantitatis facti: & de hoc habes in texto duo
exempla: vnum eſt ſi membrum fuerit mutila-
tum, vt patet in texto ibi, *vtpote ſi ad mutilatio-
nem mēbri eſt proceſſum*: quod intelligas de quo-
libet membro magno, vel paruo: Non enim hic
diſtinguitur inter hæc, ſicut aliàs, vt in cap. penult.
de corpor. vitiat. & in cap 2. de Cleric. ægr. ſecun-
17 dum gloſſ hic in verb. Mutilationem membri, quā
approbant DD. vt inquit Felin. num. 3. qui etiam
proſe-

prosequitur an membri appellatione veniant vngula, digitus, caput, barba, mamilla, dens, à d.n.3.
18 vsque ad nu. 12. Alterum exemplum est quando fuit processum ad effusionem sanguinis, quod dicunt DD. intelligendum ratione illius membri, de quo facilè sanguis exire non consueuit; vnde non intelligitur si modica, & leuis fuit percussio in naso, & sanguis exiuit ab eo maximè, cui exire consueuit, præsertim in æstate. Ita post Innocent. hic post med. in verb. Effusionem, declarat Hostien. num. 10. in verb. Vel effusionem, Ioann. And. num. 19. & communiter Doctores, Marian. Socin.
19 in cap. Officij, num. 59. infra eodem. Rursus hoc primo respectu quantitatis facti dicitur excessus enormis, seu atrox, si oculus effodiatur, c. Si euangelica, 55. dist. Si quis vulneretur, si fustibus cædatur, vt in §. Atrox, instit. de iniurijs, secundum Hostien. hic num. 10. & Marian. Socin. loco citato.
20 Secundò principali dicitur excessus enormis respectu qualitatis personæ, veluti si in Episcopum, vel Abbatem sit violenta manus iniecta, vt hic in littera. Talis enim excessus semper grauis est, & enormis, vt patet in cap. Ille procul dubio, 93. dist. secundum Hostien. hic num. 10. in fin. in verb Aut in Episcopum: & idem est secundum eum si in Priorem suum locum Abbatis tenentem, argum. cap. Cum in Ecclesijs, supra de maiorit. & obed. & idem intelligas quando inferior, & subditus in Superiorem suum manus inijcit violentas, secun-
21 dum Hostien. vbi supra: & idem si filius in patrem, vel discipulus in magistrum, secundum Marian. Socin. d. num. 59. circa med. vers. Et idem arbitror.
22 Tertiò principaliter excessus æstimatur enormis respectu scandali, scilicet vbicumque scandalum imminet, vt patet in textu ibi, *Cum excessus tales nequeant sine scandalo præteriri*. Nihil enim faciendum est cum scandalo, vt patet in eo, quod legitur, & notatur in cap. Nihil, supra de præscript. & in cap. Nisi cum pridem, §. Pro graui quoque
23 scandalo, de renunciat. Sed & respectu loci iniuria dicitur atrox, veluti si in theatro, in foro, vel in cõspectu Prætoris facta sit, dicit tex. in d. §. Atrox,
24 institut. de iniur. Fortius ergo si in Ecclesia, vel Cœmeterio, cap. Cum pro causa, supra eodem, cap. Quisquis, & §. Qui autem, 17. q. 4. secundum Hostien. in Summa huius tit. §. Quis possit ab hac absoluere, vers. Sed quæ dicatur atrox, de quibus dic pleniùs, vt per Marian. Socin. in d. cap. Officij, num. 59. infra eodem: & quæ circumstantiæ ag-
25 grauent, vel extenuent delictum, seu iniuriam, dic vt per eundem Marian. in cap. Licèt, num. 21. in fin. vers. In causæ autem cognitione septem veniunt principaliter consideranda, & n. seqq. vsque in fin. supra de pœn.
26 Septimò nota in vers. *Circa reliquos verò*. Abbatem quandoque posse dispensare super irregularitate, scilicet cum Monacho suo, qui existens in excommunicatione propter excessum non grauẽ ex ignorantia probabili suscipit Ordines, vt hic per Abb. in 7. & 8. not. Marian. Socin. n. 20. & 21. & quod dictum est de Abbate, intelligas etiam de quolibet Priore Conuentuali, vel Prælato Regulari, secundum Innoc. hic num. 1. in verb. Abbatis, quod latius prosequitur Hostien. n. 13. & 14.
27 QVAERO, an facultas dispensandi super irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus attributa Episcopis ex decreto Concilij Tridentini sess. 24. cap. 6. Prælatis Regularibus competat,
28 Circa intellectum d. cap. 6. videtur considerari posse irregularitatem esse impedimentum canonicum, quo prohibetur promotio ad ecclesiasticos Ordines, vel eorumdem executio, vt patet ex descriptione, quam ponit Specul. in titul. de legat. §. Iuxta, in princ. Archid. & Ioann. Andr. in cap. 1. de reg. iur. lib. 6. Hostien. in cap. 2. num. 5. supra de Cler. excomm. ministr. & Marian. Socin. in cap. Ad audientiam, num. 12. supra de homicid. Vnde
29 dispensatio super irregularitate non videtur simplicis iurisdictionis episcopalis, cuius capaces sint inferiores habentes iurisdictionem quasi Episcopalem: Nam ad ea, quæ sacris Ordinibus annexa sunt, vel illos concernunt, non refertur generalis illa adæquatio, de qua per Abbatem in cap. At si Clerici, §. De adulterijs, nu. 13. de iudic. & in cap. Sicut vnire, num. 3. vers. Et circa hoc do regulam supra de excessib. Prælat. Ita Anton. de Butr. in suo celebri cons. 19. num. 10. & patet ex Conc. Trid. in cap. 10. sess. 23. & alibi in materia Ordinum, & dimissoriarum ad ordines.

Posset tamen fortè dici Abbates regulares, quibus de iure cõpetit facultas minores ordines conferendi vt cap. Quoniam, 69. dist. & cap. Cum contingat, supra de ætate, & qualit. Subditis tamen suis regularibus, & Concil. d. cap. 10. posse cum eis super irregularitate dispensare, vt non impediant suscipere minores Ordines, aut in eisdem susceptis ministrare. Pro quo facit iste textus, vbi patet Abbatem posse dispensare cum Monacho irregulari quoad Ordines: & intelligitur communiter etiamsi irregularitas esset cõtracta post ingressum, vt patet in §. Quod si claustrales: & dixi supra in
30 5. notab. ex quo textu iuncta glos. in verb. Dispensare, & Innoc. circa fin. in verb. Abbatis, colligitur dispensationem in irregularitate esse dispensationem circa Ordines.
31 Quod autem generaliter decretum Concil. Trident. in d. cap. 6. sess. 24. Non sit intelligendum, vt comprehẽdat omnes iurisdictionem quasi episcopalem habentes, suadetur ex verb. Episcopis, quod in materia strictè, & propriè interpretands, vt puta exorbitanti, plerique dixerunt interpretandum esse pro consecratis tantùm, etiam vbi ageretur de exercenda iurisdictione, vt per Felin. in c. Eam
32 te, num. 5. de rescript. Hinc etiam communiter tenetur Episcopos electos ante consecrationem non posse cõcedere indulgentias, quamuis id videatur esse actus iurisdictionis tex. in cap. Quod autem, supra de pœnit. & remiss. ita Felin vbi supra nu. 1. & Ant. de Butr. in prælleg. cons. 19. nu. 21. vbi distinguit, vt quædam sint fori pœnitentialis naturalis pertinentia ad Ordinem Episcopalem, vt est absoluere à peccatis quibuscumque, in quibus aliqua sunt reseruata Episcopis: & talia sunt communicabilia cum inferioribus, quia sui origine pertinent etiam ad inferiorea; quædam verò non naturaliter, sed per accidens inhærent Ordini Episcopali, vt est indulgentias concedere: & talia, licèt sint de foro pœnitentiali, non tamen adaptantur inferioribus.

Ad hæc si passim omnia episcopalia essent communicanda istis inferioribus, paulatim introduceretur vsus Corepiscoporum, vt ad propositum dicit Butr. vbi supra, & auctoritas Episcopalis vilesceret.

Huc etiam pertinet quod cùm aliàs dubitatum fuerit in Congregatione Concilij, an Cardinales,

qui

qui habent titulos Ecclesiarum Vrbis, possint in suis Ecclesijs titularibus, & eorum subditis vti illis facultatibus, quę à Concilio Tridentino tributæ sunt Episcopis in suis ciuitatibus, & diœcesibus, & specialiter illis, quæ comprehenduntur sess. 24 cap. 6. facta relatione Gregorio XIII. Sanctitas sua dixit nolle, vt ea, quæ Episcopis concessa sunt à Concilio, competant Cardinalibus in suis titulis, quia licèt habeant quasi Episcopalem iurisdictionem, ibi tamen verè, & propriè non sunt Episcopi: & in specie cùm aliàs quæsitum esset, an facultate concessa Episcopis decreto Concilij sess. 24. cap. 6. etiam inferioribus iurisdictionem quasi Episcopalem habentibus in locis suæ iurisdictionis vti liceat: Die 9. Decembris 1582. Sacta Congregatio censuit non licere.

13 Ac postremò cùm Abbas Aquisaneten. Sedi Apostolicæ immediatè subiectus, & iurisdictionem quasi Episcopalem habens in subditos declarari postulasset, an facultas tributa Episcopis à Concilio decreto cap. 6 sess. 24. ipsum comprehenderet: Sacra Congregatio censuit non comprehendere.

De Sentent. excomm.

Cap. Vt famæ:

VT FAMAE. Prælatus Clericum suum incorrigibilem incarcerare debet, & potest. Hoc dicit primò. Laici de Prælatorum licentia capere possunt Clericos, & ad iudicium ducere, Io. Andr. secunda pars ibi, *Laici*.

Pro intellectu huius Decretalis vide quod scripsi in cap. Cum non ab homine, nu. 103. de iudic.

De Sent. Excomm.

Cap. Per tuas.

SVMMARIVM.

1 EXcommunicatus ab Episcopo, si ad Metropolitanum appellet, potest ab illo absolui.
2 Metropolitanus tamen Suffraganeo desirens potest eum remittere absoluendum.
3 Et tenetur remittere si eius excessus fuerit manifestus.
4 Excommunicatus appellans ab iniustitia excommunicationis non auditur, nisi prius petat absolutionem. & nu. 10.
5 Secus si dicat sententiam nullam, & nu 8.
6 Opinioni, vel magistro cuilibet non est credendum.
7 Nulitas, & iniustitia excommunicationis in quibus differant, & nu. seqq. vsque ad nu. 26.
8 Excommunicationem qui dicit nullam, auditur, licèt non petat absolutionem purè, vel ad cautelam, & nu. 44.
Et quid si fuerit excommunicatus propter notorium excessum, nu. 47 & 48.
9 Exempla non restringunt regulam, vel illius rationem.
10 Excommunicationem qui dicit iniustam, volens probare eius iniustitiam, non auditur, nisi ante omnia petat absolutionem.
11 Excommunicatio etiam iniusta ligat quoad Ecclesiam militantem.
12 Euentus nihil operaturus non est expectandus.
13 Excommunicatus iniustè non petendo absolutionem, videtur contemnere sententiam ecclesiasticam; & ex huiusmodi contemptu ligatur etiam quoad Deum.
Excommunicatus potest appellare, & appellationem prosequi, licèt absolutionem non petat, num. 14. & 35.
Declaratur, nu. 16. & 40.
15 Appellatio est species defensionis, quæ excommunicato non denegatur.
17 Excommunicationem dicens iniustam absoluitur purè, sed dicens eam nullam, quamuis non egeat absolutione, tamen solet absolui ad cautelam.
18 Nisi diceretur, & infra octo dies proboretur excommunicatus pro manifesta offensa.
19 Appellatio ab excommunicatione operatur effectum deuolutiuum, non suspensiuum.
20 Excommunicatio trahit secum executionem.
21 Excommunicationem vbi quis dicit nullam non modo iurisdictio ad superiorem deuoluitur, sed etiam suspenditur effectus sententiæ.
22 Appellatio à comminatione excommunicationis datur ad vtrumque effectum.
23 Secus à comminatione declaratoria.
24 Appellatio à declaratoria excommunicationis datur ad effectum deuolutiuum, & suspensiuum, & nu. 45 cum duobus seqq.
25 Appellatio non datur à grauamine, quod reparari potest per appellationem à diffinitiua.
26 Appellare quis potest à declaratoria excommunicationis, & appellationem prosequi absque eo, quod petat absolutionem.
27 Absolutionem petens fatetur se excommunicatum, nisi protestetur.
28 Appellans à declaratoria excommunicationis quãuis non egeat absolutione, tamen ad cautelam potest absolui à metropolitano.
30 Nisi absolutio sit Sedi Apostolicæ reseruata.
31 Auditor Cameræ est iudex ordinarius appellationum à sententijs per Ordinarios latis etiam extra statum ecclesiasticum.
32 Non tamen potest absoluere etiam cum reincidentia, vel ad cautelam excommunicatos ob violatam libertatem, vel immunitatem ecclesiasticam, & nu. 33.
Declaratur, nu 43.
33 Auditor Cameræ in causis pendentibus in suo tribunali debet supersedere, si partes recurrant ad S. Congregationem immunitatis pro alicuius dubij declaratione, & illam exequi.
34 Monitoria, & inhibitiones in tribunali Auditoris Cameræ an dari possint excommunicatis ob violatam immunitatem ecclesiasticam.
36 Fine permisso videntur permissa illa omnia, per quæ peruenitur ad illum, & exclusus à medio, excluditur à fine.
37 Exceptio excommunicationis repellit à limine iudicij, & impedit litis ingressum.
38 Et potest opponi in qualibet parte iudicij.
39 Excommunicatus est officio iudicis repellendus, licèt excõmunicationis exceptio non opponatur.
40 Appellare quis potest à grauamine, & appellationẽ prosequi non obstante exceptione excommunicationis.

Etiamsi

41 *Etiamsi fuerit excommunicatus pro eadem causa, pro qua est in iudicio.*

42 *Auditor Cameræ potest appellantem ab iniustitia excommunicationis per seipsum absoluere, vel eum remittere ad excommunicatorem.*

43 *Excommunicatio ab homine non fertur nisi pro contumacia.*

44 *Auditor Cameræ potest audire excommunicatum ab Episcopo dicentem excommunicationem esse nullam.*

45 *Item potest audire appellantem à declaratoria excommunicationis ab Episcopo latæ.*

46 *Non tamen potest eum absoluere ad cautelam, vel cum reincidentia, si excommunicatio sit Papæ reseruata, & nu.47.*

Appellans a declaratoria excommunicationis non auditur si excessus sit notorius, ibid. & nu 48.

1 PER TVAS. Si excommunicatus ab Epi-
scopo ad Metropolitanum appellat, ab il-
lo potest absolui; ille tamen Suffraganeo
2 deferens potest eum remittere absoluen-
3 dum. Tenetur etiam remittere, si eius excessus
4 fuerit manifestus. Ante absolutionem verò non
audietur volens probare se excommunicatum in-
5 iustè; secus si vellet probare sententiam esse nullã.
Hoc dicit Io. Andr. Butr. Cardin. Anchar. Abb. Io.
de Anan. Felin. & Marian Socin. Diuiditur in qua-
tuor partes principales. In prima, super casu po-
nit falsam opinionem. In secunda allegat pro Ar-
chiepiscopo. In tertia contra ipsum. In quarta
soluit distinguendo. Secunda ibi, *verum*. Tertia
ibi, *in Sardicen*. Quarta ibi, *nos igitur*.
6 Nota primò ibi, *videtur aliquibus*. Non esse
credendum cuilibet opinioni, neque cuilibet ma-
gistro, ad idem cap. Neque quorumlibet, & cap.
Ego solis, 9 dist. & hic notat Host. nu. 1. quod facit
contra modernos, qui dicunt solam auctoritatem
alicuius probati Authoris reddere opinionem
probabilem, de quo dic latius, vt scripsi in cap. Ne
innitaris, à nu. 403. vsque ad nu. 449. supra de Con-
stitut. & vide quæ in proposito idem Host. notat in
cap. 1. nu. 10. & seqq. de decim. & plenius in c. vnico
nu. 51. cum septem seqq de sacra vnct.
7 Secundò nota ex textu, & menti commenda
plures differentias inter nullitatem, & iniustitiam
excommunicationis.
8 Prima differentia est, quia dicens excommuni-
catorem nullum auditur, licèt non petat absolu-
tionem purè, vel ad cautelam, vt in tex. ibi, *Ad
probationem eorum, etiamsi absolutionem non pe-
tat, debet admitti*: & notant Abb nu. 3. & Mar. So-
cin. in 1 c. not. Io. Andr. & omnes in summar. text.
in extremis verbis: quod locum habet non solùm
in duobus casibus hic expressis in vers. Nos igitur,
videlicet cum sententia excommunicationis est
nulla, quia lata fuit post appellationem interposi-
tam secundum ea, quæ leguntur, & notantur in
cap Pastoralis, §. Verum, de appellat. & in cap. Li-
cet, de sent. excom. lib. 6. & per Lap. alleg. 47. alias
48. incip. Magister Hospitalis, nu. 3. Vel quia in ea
fuerit expressus intolerabilis error, scilicet iuris,
vt hic notat glos in ver. Intolerabilem errorem,
sed etiam in omnibus alijs casibus, in quibus alle-
garetur nullitas, de quibus in cap. Cum contingat,
supra de offic. Delegat. per Abb. Antiq. hic in fin.
vers. Ad glos. duobus, & per Marian. Socin. in cap.
Perpendimus, in decimo principali articulo, qu. 19
9 supra eodem. Isti enim duo casus hic ponuntur
exempli gratia, & ideo non restringunt Regulam,
vel eius rationem: Ad hoc cap. 1. & quod ibi not.
in glos. 1. supra Ne Cler. vel Monach. & tenent Do-
ctores hic, præsertim Abb. nu 3. vers. Et ex prædi-
ctis infertur, & Marian. Socin. nu. 10. circa fin. vers.
Et aduerte, & ante eos Io. Andr. in cap. Solet, n. 15.
10 de sent. excomm, lib 6. At verò dicens sententiam
excommunicationis iniustam non auditur volens
probare eius iniustitiam, nisi ante omnia petat
absolutionem, vt patet in textu ad finem, ibi, *verùm
in alijs* (idest vbi non proponitur excommunica-
tionis nullitas, sed iniustitia) *nisi gratiam absolu-
tionis imploret, non debet audiri*: & tenet glos in
ver. In alijs, Io. Andr. & sequentes supra in summ.
Butr. nu. 14. Abb. & Mar. Socin. locis citatis. Oldr.
cons. 93. Magister Ordinis, nu. 19. vers. Non obstat,
& ad hoc quotidie allegatur hoc cap. concordat
textus in cap. Cùm contingat, supra de offic. De-
legat. vbi qui dicit sententiam nullam, admittitur
ad probationem antequam absoluatur; sed qui
dicit eam iniustam, ante absolutionem non admit-
11 titur. Ratio differentiæ est, quia excommunica-
tio etiam iniusta ligat quoad Ecclesiam militantẽ,
cap. 1. & cap. Si Episcopus forte, 11. qu 3, cap. A no-
bis, il secondo, supra eodem: & cùm sit in omnem
12 euentum necessaria absolutio, ne frustra expecte-
tur euentus nihil operaturus, iuxta notata in l. Si
quis ita scripserit hæred. Instituen. ff. de petit. hæ-
red. & in l. Aliquando, §. final. ff. ad Velleian. meri-
tò ante omnia debet peti absolutio. Crescit enim
homo per meritum obedientiæ parendo iniquæ
sententiæ, cap. Sciendum, 8. qu. 1. cap Quid, 11. q. 3.
glos. in cap. Cum medicinalis, in ver. Non contem-
nat; infra eod lib. 6. Quinimo excommunicatus
non petendo absolutionem videtur contemnere
sententiam ecclesiasticam: & ex huiusmodi con-
temptu magis ligatur, vt hic dicitur in littera; &
notat præcitata glos. adeout tunc incipiat ligari
etiam quoad Deum, Feder. de Sen. cons. 11. Quæ-
ritur, An excommunicatio, in princ. Sed cum pro-
ponitur nullitas, tunc effectus est maximus, quia
probata nullitate non erit opus absolutione, vt de-
clarant hinc Butr. nu. 14. Abb. d nu. 3. & Mar. Socin.
nu. 10. ante medium, vers. Et ratio.
14 Sed propositæ distinctioni videntur apertè ob-
stare multa iura, quæ dicunt excommunicatum
posse appellare, & appellationem prosequi, licèt
15 absolutionem non petat; quia appellatio est spe-
cies defensionis, quæ excommunicato non dene-
gatur, prout hæc probantur in c. Cum inter Prio-
rem, in cap. Significauit, & in cap. vlt. vbi est ca-
sus, supra de except. in cap. Intelleximus, de iudic.
cum multis concordan. Frustra igitur distinguitur
inter iniustitiam, & nullitatem sententiæ, cũ vtro-
que casu excommunicatus sit audiendus in suis
defensionibus, vt hic per Butr. in 2. not. Pro solu-
16 tione breuiter sic distingue: nam aut quis appel-
lat ab ipsamet excommunicatione, quam dicit in-
iustam, & sic litigium est super iustitia, vel iniu-
stitia ipsius excommunicationis; & habet locum
hæc Decretalis, quia ex quo fatetur se ligatum,
licèt iniustè, debet ante omnia petere absolutio-
nem præstita cautione, cũ nullus sit effectus huius
dilationis: nam siue probetur iniustitia, siue non,
in omnem euentum est petenda absolutio, vt in
cap. Cum contingat, de offic. deleg aut excommu-
nicatus appellat super alio articulo, & aduersarius
excipit

eacipit cōtra eum de excommunicatione;& tunc
quia appellans non fatetur se excommunicatum,
non est necesse, vt petat absolutionem; imò si sibi
oppunatur de eacommunicatione, poterit repli-
care de hoc non esse disputandum, quia tenet lo-
cum rei,& in aliud tempus poterit differri quæstio
super nullitate, vel iniustitia, ea hoc enim non im-
pugnatur excommunicatio,& in hoc casu loqnun-
tur iura contraria, vt benè declarat Abbas hic n.7
& in d.cap.fin.nu.6.de except.

17 Secunda est differentia inter iniustitiam,& nul-
litatem eacommunicationis, quia appellans ab
iniustitia absoluitur purè,& simpliciter. Ratio est,
quia excommunicatio etiam iniusta ligat quoad
Ecclesiam, vt dictum est supra num.12. & si con-
temnitur ligat etiam quoad Deum, vt num.13.&
ideo absolutio est simpliciter necessaria, sed pro-
ponens nullitatem excommunicationis, & inten-
dens eam probare, quamuis sit audiendus, licèt
absolutionem non petat purè, vel ad cautelam, vt
ostensum est supra num.8. tamen ad cautelam ab-
solui potest, quia etiam tales, idest qui dicunt sen-
tentiam excommunicationis nullam, Sedes Apo-
stolicas ad cautelam consueuit absoluere, vt hic
dicitur, & in concordantibus allegatis in glos. in
ver. Ad cautelam; idque non obstante contradi-
18 ctione excommunicatoris, vel aduersarij, nisi ab
eis diceretur, & infra octo dies probaretur excō-
municatus pro manifesta offensa, vt in cap. Solet,
& ibi Io.Andr. & DD. de sent.eacomm.lib.6.

19 Tertia est differentia inter iniustitiam, & nulli-
tatem excommunicationis, quia vbi appellatur
ab iniustitia deuoluitur iurisdictio ad Superiorē,
cap.Re vera, 3.q.9. & cap.Cum in Ecclesia, supra
de appellat. Sed effectus eacommunicationis non
suspenditur, & sic appellatio operatur effectum
deuolutiuum, sed non suspensiuum, vt in princip.
textus ibi, *Vocem non habent appellandi*: & in cap.
Is cui, de sent.excomm.lib.6. & in cap. Pastoralis,
§. Verum, supra de appellat. vbi redditur ratio,
20 quia executionem eacommunicatio secum trahit.
Item non est homo, qui ligat, sed Deus, cap. Ne-
mo,il primo, 11.q.3. item nemo excommunica-
tur nisi præcedente culpa mortali, & pro contu-
macia, cap. Nemo, il secundo, ead. caus. & quæst.
& contumax non auditur appellans, c. Sunt quo-
rum, 2.q.6. & ita hic notant glos.2. Innoc. num.1.
vers. Sed decepti fuerunt,& num.3.in fin. vers. Sed
hoc non placet; dicens appellationem nihil vale-
re quoad excommunicatorem, quia semper ea-
communicatu secum trahit executorem: sed fa-
cere quoad principale negocium, quia si iusta
causa est appellatum illud trahit ad cognitionem
Superioris, Hostien. num. 8, in ver. Vocem non
habeat appellandi, Io.Andr.nu.12. in glos.2. Abb.
in 1.not.Marian. Socin.num.3. & alij communiter
21 Capell. Tholos. decis. 298. At verò vbi quis dicit
sententiam excommunicationis nullam, non mo-
do causa, & iurisdictio ad Superiorem defertur,
sed etiam suspenditur effectus sententiæ; & sic di-
ctio, *nullitatis*, operatur vtrumq; effectum deuo-
lutiuum,& suspensiuum ex notatis per Innoc. in
cap. Pastoralis, num. 3. supra de offic. Delegat. &
tenet Lapus allegat.2.disputat hic, num.4. vers. Et
hæc concludit vera.

22 Et hinc resultat quarta differentia: nam si iu-
dex citet aliquem ad dicendum causam quare
non debet excommunicari, à tali excommunica-
tione datur appellatio ad vtrumq; effectum, quia
cùm censura secum trahat executionem, & sic in-
ferat grauamen irreparabile, vt in d. cap. Pastora-
lis, §.Verum, de appellat. Ratio postulat, vt cita-
tus à tali grauamine se tueri possit præsidio appel-
lationis, vt l.2.ff.de appellat. recip.

23 At verò si iudex citet ad dicendū causam quare
non debeat declarari incidisse in excommunica-
tionem à comminatione talis declaratoriæ non
24 datur appellatio. Ratio est, quia à declaratoria
postea lata poterit appellari, & appellatio opera-
bitur vtrumque effectum deuolutiuum, & suspen-
siuum, vt per Rotam decis.2. n.5. de dolo, & con-
tum. in nouis,& scripsi in cap.Super eo, il secondo,
25 num.49, & 50. supra de appellat. Vnde cùm gra-
uamen declaratoriæ reparari possit remedio ap-
pellationis, consequens est, vt à comminatione
talis declaratoriæ appellare non liceat; vt in Con-
cilio Tridentino sess.24.cap.20. in princ. ibi, [Ne-
que appellationes recipiantur, nisi à diffinitiua,
vel à diffinitiuæ vim habente, & cuius grauamen
per appellationē à diffinitiua reparari nequeat.]
quod etiam prius iure ciuili sancitum fuerat, vt in
l.2.ff.de appellat. recipien.& notat glos.in Clem.1.
in ver. Ipso iure, de hæret. & ita aliàs declarauit
S. Congregatio Cardinalium eiusdem Concilij In-
terpretum.

26 Sed hic insurgit pulchra dubitatio à DD. non
excitata. Pone, Episcopus declarauit aliquem ex-
communicatum,numquid talis ab huiusmodi de-
claratoria possit appellare, & appellationem pro-
sequi absque eo, quod prius petat absolutionem.
Videtur respondendum posse, nec indigere abso-
lutione, quia hoc casu appellans non fatetur se
eacommunicatione ligatum, nec contemnit cen-
furam ecclesiasticam non petendo absolutionem;
quæ est ratio, propter quam dicens excommuni-
cationem iniustam non auditur, nisi prius absolu-
tionem petat, vt patet ex dictis supra num.10. nec
vertitur litigium super iustitia, vel iniustitia excō-
municationis,sed solum super facto,quia appellans
negat se commisisse delictum, pro quo à iure pœ-
na excommunicationis infligitur; nam per decla-
rationem, seu denunciationem non ligatur, vt d.c.
Pastoralis, §. Verum, supra de appellat. & cùm su-
per facto Episcopus potuerit decipi ex falsis testi-
bus, index appellationis poterit pronunciare bene
appellatum, quo casu nulla indigebit absolutione,
nec appellationis effectus erit frustratorius, c. Sol-
licitudinem, de appellat.& notat Innoc. hic in fin.
& consequenter in appellatione à declaratoria
non militat ratio, quæ militat in eacommunica-
tione iniusta, à qua in quocumque euentu neces-
saria est absolutio, vt constat ea dictis supra n. 10.
27 & duobus seqq. Item cùm appellans à declarato-
ria neget se excommunicatum, & in hoc consistat
substātia defensionis suæ in iudicio appellationis,
vtique si teneretur petere absolutionem, per indi-
rectum cogeretur suæ defensioni renunciare con-
tra ea, quæ leguntur, & notantur in cap. Cum in-
ter Priorem, in glos.1 cap.Dilecti filij,cap.Dilecte,
& cap.Significauerunt, de except. quia petens ab-
solutionem fatetur se excommunicatum, vt c. Ve-
nerabilem, §.Sunt enim notoria: & ibi notat glos.
in ver. Postulauit, & communiter DD. supra de
elect. nisi protestetur, vt hic per Innoc. num.3.vers.
Alij dicunt contrarium, item cùm à declaratoria
excommunicationis detur appellatio ad vtrumq;

effe-

eff:ctum, vt ostensum est supra num. 24. Ergo ap-
pellans non debet interim se habere pro excom-
municato, prout se haberet si absolutionem pete-
ret, vt in d. cap Venerabilem, item in hoc esset sibi
contrarius, quia appellando à declaratoria diceret
se nõ excommunicatum, & petendo absolutionem
diceret se excommunicatum: vnde tamquam
præponens contraria non esset audiendus, d. cap.
Sollicitudinem, de appellat. itaque in effectu idem
sunt dicere excommunicationem nullam, ac dice-
re declaratoriam iniustam, quia qui dicit declara-
toriam iniustam, consequenter dicit se non liga-
tum, & sic nullam ibi esse excommunicationem.
Vnde sicut dicens excommunicationem nullam
non tenetur petere absolutionem, vt hic deciditur,
ita nec dicens declaratoriam iniustam, & appel-
lans ab illius iniustitia: quod bene nota.

28 Cæterum aduerte, quia & si appellans à decla-
ratoria excommunicationis, vt prædixi, non eget
absolutione, potest tamen à Metropolitano absol-
29 ui ad cautelam: nam & nulliter excommunicati,
qui absolutione non indigent, à Sede Apostolica
consueuerunt ad cautelam absolui, vt ostensum est
supra num. 17. Et quod dicitur de Sede Apostolica,
intelligunt DD. etiam cùm nullitas excommuni-
cationis proponitur corã alijs iudicibus, vt hic per
30 Butr. num. 23. Sed hoc limitabis, nisi appellans de-
claratus fuerit incidisse in excommunicationem
Papæ reseruatam, puta ex Canone, Si quis suaden-
te, 17. q. 4. quia tunc Metropolytanus nullo modo
potest eum absoluere, cap. Porro, supra eod. etiam
ad cautelam, sicut aliàs posset cessante reseruatio-
ne, cap. Solet, & ibi gloss. 2. & communiter DD.
31 de sent. excomm. lib. 6. Quemadmodum & Audi-
tor Cameræ, quamuis sit Iudex Ordinarius appel-
lationum, quæ à sententijs per quoscumque Or-
dinarios etiam extra statum ecclesiasticum latis
ad Sedem Apostolicam interponuntur, vt in Con-
stitutione 28. aliàs 20. Pauli V. incip. Eximiæ fi-
32 delitatis, §. 10. Tamen non potest appellantes ab-
soluere etiam ad cautelam, vel cum reincidentia
ab excommunicatione inflicta ex causa violentæ
libertatis, vel immunitatis ecclesiasticæ cum casus
sit Papæ reseruatus in Extrauag. Et si Dominici,
de pœnit. & remiss. & in Bulla Cœnæ Domini, §. 15.
iuncto §. 22. secundum ea, quæ pleniùs adnotaui
in cap. Cum pro causa, à num. 5. vsque in finem
supra eodem, vt in subiecta declaratione S. Con-
gregationis Cardinalium, & Prælatorum à san.
mem. Vrbano VIII. aliàs deputatæ, & à Sanctissi-
mo D. Nostro Innocentio X. renouatæ super ap-
pellationibus, & inhibitionibus tribunalis Audi-
toris Cameræ, & aliorum tribunalium Curiæ Ro-
manæ in præiudicium Nunciorum, Episcoporum,
ac Superiorum Regularium tenoris infrascripti, vi-
delicet.

33 Dubitatum fuit, An in tribunali Auditoris Ca-
meræ, & in alijs tribunalibus Curiæ Romanæ pos-
sint concedi inhibitiones, seu monitoria cum ab-
solutione etiam cum reincidentia, vel ad cautelã
excommunicatis per Episcopos, & alios Ordina-
rios ex causa violatæ iurisdictionis immunitatis,
vel libertatis ecclesiasticæ appellantibus, vel aliàs
recurrentibus ad supradicta tribunalia. Secundò,
an in causis, quæ agitantur in supradictis tribuna-
libus Curiæ Romanæ possit recursus haberi ad sa-
cram Congregationem super immunitate, & con-
trouersijs iurisdictionalibus pro resolutione, vel
declaratione an sit, vel non sit commissa violatio
iurisdictionis, immunitatis, vel libertatis ecclesia-
sticæ, & an sit locus reintegrationi huiusmodi vio-
lationis, & interim debeant dicta tribunalia super-
sedere vsque ad resolutionem, seu declarationem
eiusdem Sacræ Congregationis, illamque sequi, &
exequi.

Die 4. & 11. Augusti 1626. Dubijs supradictis
cum interuentu omnium Illustrissimorum DD.
Cardinalium, & Reuerendissimorum Prælatorum
deputatorum maturè discussis, ac rationibus hinc
inde deductis diligenter ponderatis, vnanimi cõ-
sensu censuit, quoad primum tribunal Auditoris
Cameræ, nec non alia tribunalia supradicta non
posse huiusmodi absolutiones concedere, etiam
cum reincidentia, vel ad cautelam. Quo verò ad
secundum licere partibus ad dictam Congrega-
tionem vt supra recurrere, & interim supradicta
tribunalia expectare debere resolutionem, seu de-
clarationem, & illã omnino sequi, & exequi. Qui-
bus quidem decretis eidem Sanctissimo die 5. Se-
ptembris eiusdem anni 1626. plenè relatis vna cũ
rationibus, & auctoritatibus sua Sanctitas appro-
bauit, & confirmauit, illamque omnino exequi
iussit, & ad hunc effectum notificata fuerunt. Et
subinde cum de supradictis dubijs iterum actum
esset in Congregat. habita die 27. Aprilis 1650.
nemine dissentiente, resolutum fuit, Auditorem
Cameræ debere decreta vt supra edita omnino
obseruare, ac præcipere, vt à suis Ministris, & Of-
ficialibus exactè obseruentur.

34 Circa primam declarationem in eadem Con-
gregatione hæsitatum est, numquid in tribunali
Auditoris Cameræ possint concedi inhibitiones,
seu monitoria excommunicatis ex causa violatæ
libertatis, vel immunitatis ecclesiasticæ. Ratio
dubitandi fuit, quia ad propositum dubium, An
monitoria, & inhibitiones huiusmodi possint con-
cedi cum absolutione à censuris, Congregatio ni-
hil dixit de monitorijs, & inhibitionibus, sed re-
spondit simpliciter tribunal Auditoris Cameræ
non posse huiusmodi absolutiones concedere etiã
cum reincidentia, vel ad cautelam. Vnde quod
negauit de absolutionibus videtur de monitorijs,
& inhibitionibus concessisse, argum. cap. Nonne,
de præsumpt. cum similibus, & cum Auditor Ca-
meræ sit iudex Ordinarius quarumcumque ap-
pellationum, vt dictum est supra num. 31. Dubi-
tandum non videtur, quin in causis ad suum tri-
bunal per appellationem deuolutis possit inhibi-
tiones concedere, vt cap. Non solum, §. Illa verò,
de appell. lib. 6. cum concordant.

35 Nec refert, quod non possit excommunicatum
absoluere etiam ad cautelam vbi casus est Sedi
Apostolicæ reseruatus; quoniam hoc casu non vi-
detur necessaria absolutio, quia excommunicatus
potest non modò appellare, cum hæc sit species
defensionis, quæ excommunicato non denegatur,
cap. Cum inter Priorem, de except. Innocen. hic
num. 1. vers. Non enim est verum, sed etiam appel-
lationem prosequi, vt cap. vlt. eodem tit. & notat
gloss. in d. cap. Cum inter, in ver. Legitima defen-
sio, Nihil enim excommunicato appellare prodes-
set, si non posset appellationem suam prosequi, vt
dicitur in d. cap. vlt. in fin. & sic Auditor Came-
ræ poterit vti suis facultatibus, & appellantem au-
dire absque eo, quod eum absoluat ad effectum
agendi, quia in causa appellationis non agit, sed se

defendit, licèt aliud sit in reconnentione, ne qood in defensionis remedium sustinetur ad impugna-
36 tionis materiam extendatur, vt in d.cap. Cum inter, in fin. Adde quod cùm Auditor Cameræ possit cognoscere causas appellationum, consequenter videtur posse facere illa omnia, quæ ad hanc cognitionem sunt necessaria, quia permisso fine omnia videntur permissa, per quæ peruenitur ad illum, vt hic probatur in vers. Verum, & notat Butr. nu. 8. & Marian. Sociu. in 6. not. facit cap. Preterea, supra de offic. Deleg. & tex. in l. Ad Legatum, & in l. Ad rem mobilem, ff. de procurat. alioquin facultas cognoscendi esset frustratoria, quia, vt inquit Buttius hic in 1. notab. exclusus à medio iurisdictionis delatino, excluditur à fine iurisdictionis deferendæ; ad quod vide bonam glos. in Clem. Religiosus, in ver. Sustinere, de procur.

37 In contrarium facit, quia appellans ab iniustitia excommunicationis non debet audiri, nisi prius petat absolutionem, vt est casus in hac Decretali, & fusius dictum est supra nu. 10. Sed Auditor Cameræ non potest sic appellantem absoluere etiam cum reincidentia, & ad cautelam, vt in declaratione S. Congregationis: ergo nec potest eum in causa appellationis audire, quia exceptio excommunicationis repellit appellantem à limine iudicij, vt hic, & in cap. Cum contingat, supra de offic. Deleg. & impedit litis ingressum, cap. Intelleximus, cum materia, supra de iudicijs, Federic. de Senis
38 cons. 116. Mirandum est, in princ. Et potest opponi in qualibet parte iudicij ne quisquam in periculū animæ suæ excommunicato communicare cogatur, cap. Exceptionem, de except. Sed etsi huius-
39 modi exceptio non opponatur, tamen excommunicatus est iudicis officio repellendus, vt ibi dicitur in fin. & in cap. Pia, itidem in fin. eod. tit. lib. 6. quomodo ergo Auditor Cameræ poterit vti suis facultatibus in iudicio appellationis, si non potest excommunicatum absoluere etiam cum reincidentia, vel ad cautelam, & ante absolutionem debet eum etiam ex officio repellere.

40 Pro solutione quæstionis distinguo. Nam quandoque reus appellat non ab ipsa excommunicatione, sed ab alio grauamine, & in iudicio appellationis opponitur ei exceptio excommunicationis: & tunc Auditor Cameræ proculdubio potest eum audire, etiamsi absolutionem non petat, eiq; inhibitionem concedere, quia hæc est species defensionis, quæ, vt prædixi, excommunicato non interdicitur: & in hoc casu loquuntur inducta ad partem negatiuam nu. 37. Et quamuis textus in
41 d.cap. vlt. de except. loquatur quando appellans fuerat excōmunicatus ex alijs causis, tamen procedit etiam si fuerit excommunicatus pro eadem causa, pro qua est in iudicio, & satis est, vt appellauerit ab indebito grauamine, vt ibi, & in cap. Cum inter Priorem, eod. tit. & pro hoc allegatur cap. 1. de rescript. lib. 6. & ita intelligunt DD. d.c. vlt. vt ibi notat Abbas n. 7.

42 Quandoque autem reus appellat à sententia excommunicationis, quam dicit iniustam; & tunc Auditor Cameræ potest talem absoluere per seipsum, vel eum remittere absoluendum ad Episcopum excommunicatorem, sicut potest Metropolitanus ad Suffraganeum, vt hic patet: & consequēter post impetritam absolutionem poterit eum in iudicio appellationis audire, & Episcopo inhibe-
43 re. Neque hoc casu obstabit declaratio S. Congregationis, quia loquitur in terminis excommunicationis Sedi Apostolicæ reseruatę ex causa violatæ libertatis ecclesiasticæ: & quamuis dubium fuerit conceptum de excommunicatis ab Episcopo, tamen videtur intelligendum de declaratis, seu denunciatis; aliàs enim non video quomodo excommunicatio lata ab Episcopo possit esse reseruata Sedi Apostolicæ, cum sit excommunicatio ab homine, & non à iure, & conditor Canonis absolutionem concesserit excommunicatori, cùm eam sibi non retinuerit, vt cap. Nuper, supra eod. nec Episcopus possit quemquam excommunicare ob violatam immunitatem; sed tantùm denunciare, cùm excommunicatio ab homine ferri non possit nisi pro contumacia, cap. Nemo, il secondo, 11. qu. 3 & ibi Præpos. nu. 3. vers. Item nota, quod nemo est excommunicandus nisi pro contumacia, Abb supra in hac Rubrica, nu. 1. Capell. Tholos.
44 decis. 298. Quandoque excommunicatus non appellat ab iniustitia, sed dicit sententiam excommunicationis nullam: & hoc casu absque dubio potest audiri in Tribunali Auditoris Cameræ, & & inhibitionem obtinere, quia non indiget absolutione, vt deciditur in hoc cap. & dictum est supra nu. 8.

45 Quandoque demum reus appellat non à sententia excommunicationis, sed ab illius declaratoria: & tunc similiter Auditor Cameræ non prohibetur in causa procedere, & inhibitionem decernere, etiamsi agatur de declaratoria excommunicationis Sedi Apostolicæ reseruatæ putà ex causa violatæ libertatis, vel immunitatis ecclesiasticæ. Ratio est, quia à tali declaratoria, nisi excessus sit notorius, datur appellatio tam ad effectū deuolutiuum, quàm suspensiuum, & interim appellans non debet se habere pro excommunicato, nec tenetur petere absolutionem, vt probatum est supra num. 24. vnde nihil obstat quominus audiri possit, & inhibitionem obtinere in tribunali Auditoris Cameræ dummodo tamen sic declaratum
46 ex causa violatæ libertatis, vel immunitatis Auditor Cameræ non absoluat etiam ad cautelam, vel cum reincidentia: obstat enim reseruatio Apostolica, & declaratio S. Congregationis secundū ea, quæ dicta sunt supra n. 31. 32. & 33.

47 Atque ita die 27. Aprilis 1650. in S. Congregatione super huiusmodi appellationibus, & inhibitionibus dictum fuit in tribunali Auditoris Cameræ posse quidem concedi monitoria, & inhibitiones ijs, qui ab Episcopis, vel alijs Ordinarijs declarati fuerint excommunicati ob violatam iurisdictionem, libertatem, vel immunitatem ecclesiasticam, & ad Sedem Apostolicam appellarunt, cùm ab huiusmodi declaratoria, nisi excessus sit notorius, detur appellatio ad vtrumque effectum deuolutiuum, & suspensiuum, & Auditor Cameræ sit iudex ordinarius quarumcumque appellationū, quæ à sententijs per Ordinarios latis etiam extra statum ecclesiasticum ad eamdem Sedem interponuntur; sed non posse eos absoluere etiam cum reincidentia, vel ad cautelam, obstante decreto hac de re edito, & à san. mem. Vrbano VIII. approbato, quod Sacra Congregatio obseruari mandauit.

48 Dictum est, nisi excessus sit notorius, quia talis non auditur appellans, cap. Cum sit Romana, §. Præterea, cap. Peruenit, il primo cap. Consuluit, cap. Proposuit, supra de appellationib. & hic notat Abb.

Abb. Antiq. n. 2. circa finem, in vet. Non debet, post Innoc. in cap. Tua nos, nu. 4. supra de cohabitat. Clericor. & mulier. & hic iunge quæ in proposito scripsi in cap. Cum ex iniuncto, nu. 45. & seqq. de nou. oper. nunciat.

De Sententia excommunicationis.

Cap. Contingit il secondo.

SVMMARIVM.

1 *Clericus si a Prælato suo tertiò monitus non reassumit habitum, & tonsuram, perdit priuilegium clericale.*
2 *Clericus quamuis habitum, & tonsuram dimittat, & negocijs sæcularibus se immisceat, non perdit priuilegium Canonis, nisi tertiò monitus noluerit se emendare.*
3 *Clerici a laicis discernuntur in modo tonsuræ, in vestimentorum forma, & negociorum qualitate.*
4 *Facta sunt potentiora, quàm verba, & nu seq.*
5 *Clericus non potest verbis renunciare priuilegio fori, nec Canonis, potest tamen facto ipso.*
6 *Clericus per dimissionem habitus, & tonsuræ ante trinam monitionem non perdit priuilegium fori, & nu. 9.*
Nec priuilegium Canonis, nu 10. & 13.
Et quid post Concilium Tridentinum, nu 25.
7 *Et monitio fiere non potest per iudicem sæcularem, vel alium, sed per Episcopum, vel alium Prælatum habentem Episcopalem iurisdictionem.*
8 *Nec sufficit vna monitio pro omnibus, sed debet esse trina.*
11 *Clericus, qui dimisso habitu, & tonsura immiscet se negocijs sæcularibus, non perdit priuilegium immunitatis ab oneribus laicalibus, nisi ter monitus à negociationibus non desistat.*
12 *Intellectus cap. Ex parte il secondo, de priuileg.*
13 *Intellectus cap. Perpendimus, de sententia excommunicationis.*
Sacerdos, qui deposito habitu, & tonsura in sæuis enormitatibus deprehenditur, non gaudet priuilegio Canonis, ibidem, & nu seq.
Gaudet tamen priuilegio fori, nisi ter monitus non desistat, n. 13. & nu. seq.
14 *Clericus deprehensus in enormitatibus, & captus sine habitu; & tonsura remittendus est ad iudicem ecclesiasticum.*
15 *Clerici etiam in sacris per annum exercentes artem ioculatoriam, vel histrionum perdunt ipso facto. priuilegium clericale: sed si breuiori tempore requiritur trina monitio.*
16 *Clericus, qui miles efficitur, & saua exercet, perdit eo ipso priuilegium clericale.*
17 *Clerici coniugati non incedentes in habitu, & tonsura, clericale priuilegium sine vlla monitione amittunt.*
18 *Clericus incorrigibilis quando perdat priuilegium fori.*
19 *Clericus assassinus sine vlla monitione, vel sententia relinquitur Curia sæculari.*
20 *Clericus de assassinio imputatus si reperiatur carceratus per iudicem laicum, an sit remittendus ad iudicem ecclesiasticum vt ferat declaratoriam super facto, & nu seqq. vsque ad nu. 25.*
21 *Clerici habent iuris assistentiam super omnimoda exemptione a sæculari potestate.*
22 *De qualitate iurisdictionem tribuente ante omnia constare debet.*
23 *Iudex laicus ante declaratoriam iudicis ecclesiastici super assassinio nescit se iudicem contra Clericum.*
24 *Sententia absolutoria, vel condemnatoria in vno foro parit exceptionem rei iudicatæ in alio.*
25 *Clericus minorum Ordinum non beneficiatus, nisi habitum, & tonsuram deferat, & Ecclesiæ inseruiat, ex Concilio Tridentino fori priuilegium perdit sine alia monitione.*

1 CONTINGIT il secondo. Clericus si à
Prælato suo tertiò monitus non reassumit habitum, & tonsuram, perdit priuilegium clericale. Hoc dicit Ioan. Andr.
Butr. Cardin. Anchar. & Felin. Vel secundum Mar.
2 Socin. vt expressius conueniat titulo: Quamuis
Clericus dimittat habitum, & tonsuram, & negocijs Clerico non conuenientibus se immisceat, non perdit tamen priuilegium Canonis, nisi tertiò monitus noluerit se emendare. Hoc dicit. Primò ponitur Comitis querela. Secundò prouisio, ibi, *verum quia*.

3 Nota primò ibi, *nec in modo tonsuræ*, Clericos in tribus discerni à laicis. Primò scilicet in modo tonsuræ, seu coronæ, vt in cap. Duo sunt genera, 12 qu. 1. & in cap. Clericus, 1. & 2, de vita, & honestate Cleric. Secundò in forma vestimentorum, de quo in cap Clericis, il secondo eod. tit. vbi habetur vestem debere esse talarem, & aliam formam non legimus, secundum Abbat. hic nu, 2. vers. Et caueatur vt portent vestes vsque ad talos. Tertiò in qualitate negociorum, vt cap, fin. de vit. & honest. Cleric. cap. 1. & 2. Ne Cleric. vel Monach. cap. Peruenit, 86. distinct. & hic notant Io. Andr. nu. 2. Cardia, nu, 1. Butr, nu. 2. Anchar. nu. 1. Abb. & Mar. Socin. in t. notab.

4 Secundò, nota ibi, *factis*, ad amissionem priuilegij clericalis potentiora esse facta, quàm verba, cap. vlt. supra de vit. & honestat. Cleric. Nam Cle-
5 ricus non potest verbis renunciare priuilegio fori,
nec iudicem laicum sibi constituere, etiamsi proprium iuramentum, & aduersarij consensus accedat, vt est casus in cap. Si diligenti, supra de foro competent. & idem in priuilegio Canonis, vt cap. Contingit, supra eod. & tamen potest huiusmodi priuilegijs renunciare facto ipso, si post dimissionem habitus, & tonsuræ tertiò commonitus seipsum contempserit emendare, vt hic in littera, & in cap. In audientia, supra eod. facit cap. 1. 44. distinct. cap. Si quis vxorem, 26. qu. 2. & cap. Dilecti, de appellation. & est glos. notan. in c. Perpendimus, in verb. Cogantur, supra eod.

6 Tertiò nota ibi, *vt tales si tertiò à te commoniti*. Per dimissionem habitus, & tonsuræ Clericum non perdere priuilegium clericale ante trinam monitionem; & ita hic est casus secundum, Ab-
7 batem in summ. tex. & cùm in littera dicatur, *à te
commoniti*; & supra, *in diœcesi tua*. Hinc collige huiusmodi monitionem fieri nõ posse per iudicem sæcularem, vel alium quemcumque, sed fieri debere per Diœcesanum, vt hic obseruant Io. Andr. nu. 1. in verb. A te, Anchar. nu. 3. & Abb. nu. 5. tamen Decretalis in audientia, supra eod. generaliùs loquitur de Prælatis: vnde per illum textum di-

 cendum

cendum eſt hanc monitionẽ fieri poſſe per quemcumque Prælatum habentem iuriſdictionem Epiſcopalem, vt benè hic per Abb.d. nu.5. & in ſimili notat gloſ.in Clem.1.in verb. Proprij, de reb. Eccleſ.non alien. & in Clem. 1. in verb. Diœceſanis, de foro competen.

8 Rurſus cùm textus noſter dicat tertiò commoniti; ex hoc collige in hac materia priuationis priuilegij clericalis non ſufficere vnicam monitionem pro omnibus, ſed abſolutè trinam monitionem eſſe neceſſariam, ex quo ad pœnam incurrendam, ius tertiam monitionem requirit, vt notat gloſ.ſingularis in Clem.1.in verb.Tertiò, de vita, & honeſt Clericor.Io.Andr.in cap.Tuæ,num.4. in verb.Trinæ,de Cleric. non reſident. & Abb. hic nu.4.in verb.Tertiò,quod nota perpetuò ad limitationem cap.Conſtitutionem, §.Statuimus, de ſentent.excomm.lib.6.

9 Stat igitur concluſio, quod Clericus apoſtatando ab habitu, & tonſura, non perdit priuilegium clericale hoc iure inſpecto, niſi præceſſerit trina monitio; & hæc eſt communis opinio, vt atteſtatur Couarr.pract.qu.32.nu.1. & Iul. Clar. in §. fin. qu.36.verſ. Hæc autem quæ de Clerico, & videtur communiter practicari, vt inquit Imola in c. fin. poſt nu.7.verſ.Aduerte tamen, de vita, & honeſt. Cleric. & irrefragabiliter probatur in hoc cap. Et quamuis Marian.Socin.intelligat hunc tex.de priuilegio Canonis Si quis ſuadente, 17.qu.4 vt faciat ad titulum; verè tamen loquitur de priuilegio fori, vt patet ibi, *Ad pœnã ſubterfugium*. Item ibi, *ad publica iudicia pertrahuntur*, necnon ibi, *vt poſſint circumuenire vindictam*: vnde Bernardus format caſum in quibuſdam, qui nec in tonſura, nec in forma veſtimentorum, nec in qualitate negociorum aliquid de Clerico oſtendebant, ſed vt pœnam poſſet aliquando euitare ſe pro Clericis exhibebant, & cum ſuper exceſſibus conueniebantur, circumciſis crinibus allegabant fori priui-
10 legium. Verumtamen idem iuris eſt in priuilegio Canonis, quod non perdit Clericus gerens ſe pro laico ante trinam monitionẽ, vt eſt caſus in cap. In audientia, ſupra eod. & idem in priuilegio im-
11 munitatis, & oneribus laicalibus, quibus non priuatur Clericus, niſi tertiò monitus à negociationibus ſæcularibus non abſtineat, vt eſt expreſſum in cap. ... ſupra de vita, & honeſtat. Cleric. & de priuilegio clericali in rebus, & perſonis eſt textus in Clem.1.eod.tit.

12 Prædictis non obſtat textus in cap. Ex parte il terzo inp.de priuil. vbi eſt caſus, quod qui in habitu, & tonſura, & cæteris vt laici conuerſantur, deprehenſi in maleficijs, ſe pro Clericis non defendunt; quoniam ille text. procedit quando non conſtat eos verè eſſe Clericos, licèt aliquando aſſumpſerint habitum clericalem, & tonſuram, & poſtea depoſuerint; nam per hoc defendi non poſſunt vt Clerici, ſi delicto fuerint deprehenſi, & antea communi opinione non putabantur Clerici, etiamſi deinde velint reaſſumere habitum, & tonſuram, vt ibi declarat gloſ. penult. Abb. nu.4. in princip. iuncto fine, & communiter Scribentes, Alex.in conſ. 8. Videtur ſuper primo dubio, nu.2. verſ.Non obſtat id, quod habetur, lib.1. licèt aliter intelligant illam Decretalem Abbas Antiq.hic in ſua plena diſtinctione nu.1.Io.Andr.nu.5. & Anchar.nu.4.

Item non obſtat cap.1. de Apoſtat. quia plures habet intellectus, vt ibi per Doctores, & per Alex. dicto conſ.8.nu.2.circa fin.verſ.Non obſtat etiam, & gloſ.vltim.ibi intelligit textum quando præceſſit trina monitio, quo ſenſu illa Decretalis concordat cum textu noſtro.

13 Rurſus non obſtat cap.Perpendimus, ſupra eodem, vbi ſacerdos, qui dimiſſo habitu, & tonſura ſe immiſcuit ſæuis enormitatibus, priuilegium amittit; nam & ille textus multiplices habet intellectus, de quibus per gloſ. & DD. ibi, & per Alex.dicto conſil.8. num.2. verſ. Et ad d. cap. Perpendimus,lib.1. Capyc.deciſ.161.In cauſa Cruſconi, & Iul. Clar. in § fin. qu.38. verſ. Quæro modo, & magis communis intellectus eſt, quod Decretalis illa locum habeat tantummodo in priuilegio Canonis, Si quis ſuadente, 17. qu.4. non autem in priuilegio fori, quod non amittitur, niſi præceſſerit trina monitio. Cui intellectui multum applaudent verba illius cap. dum dicit, interfectores dicti Sacerdotis non eſſe cogendos Apoſtolicam Sedem adire pro abſolutione obtinenda. Quæ verba videntur magis congruere excommunicationi, quæ incurritur ex Canone
14 Si quis ſuadente: quam illi, quæ incurritur propter violatum priuilegium fori; & hunc intellectum poſuit ibi Io.Andr.nu.5. dicens, ſi Clericus ſumptis armis, & dimiſſo habitu ingreditur bellum, vel aggreſſiones quoad illos, qui tunc eum percuſſerunt, perdit priuilegium, ſed non quoad forum; vnde tunc captus debet reſtitui iudici eccleſiaſtico; ſimiliter Petr.de Ancharan. in cap. 1. num. 2. verſ. Si verò reliquit, de Apoſt. concludit Clericũ, qui dimiſſo habitu, & tonſura ſæuis enormitatibus ſe immiſcet, & perſeuerat, ac deprehenditur in illis per iudicem ſæcularem, non poſſe ab eo puniri, ſed eſſe remittendum ad iudicem eccleſiaſticum, niſi monitio præceſſerit: idque probat multis iuribus, & allegat gloſ. quæ idem videtur dicere in cap. Ex parte il terzo, in verb. Deprehenſi, de priuileg. & ſequitur Alex.dicto conſ.8, num.3. lib.1. dicens veriorem, & magis communem intellectum eſſe quod d.cap.Perpendimus locum habeat in priuilegio Canonis, non autem in priuilegio fori, quod ſecundum eum non amittitur niſi poſt trinam monitionem, & ſecundum illud conſilium Alex.dicit militia, imò ſemper fuiſſe iudicatum per Curiam, & conſilia Neapolitana, Grammaticus ſuper Conſtitutionib. Regni fol.29. col.1. verſ. Decimò vbique, quicquid contra ſcripſerit Alex.de Næuo in conſ.59. poſt nu.20. & alij plures relati à Iulio Claro d.§. fin. quæſt. 36. verſ. Quæro modo, circa finem; licèt hodie hæc altercatio ceſſet quoad Clericos primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum propter decretum Concilij Tridentini cap. 6. ſeſſ. 23. vt dicam infra nu.25.

15 Declara primo regulam huius textus, vt locum non habeat in Clericis, qui ſunt publici ioculatores, vel hiſtriones, etiam artem ignominioſam per annum exercent, carent enim ipſo iure ante vllam monitionem omni priuilegio clericali; licèt ſi breuiori tempore quàm per annum integrum exercuerint artem illam, tunc priuilegium non perdant, niſi ter moniti ab Epiſcopo non reſipuerint, vt eſt caſus ad litteram in cap.1.& ibi omnes, de vita, & honeſtate clericorum, lib. 6. quod per Papam ſtatui deſiderauerat Hoſt. in cap. Perpendimus, num.1. & 2. ſupra eodem. Licèt aliter, & non benè illud cap. Fuerit ſummarum à Compila-

tori-

toribus, & procedit ille textus etiam in Clericis sacrorum Ordinum secundum Archid. Io. Andr. Gemiuian. & alios communiter licèt Io. Monach. contra.

16 Declara secundò, supradictam regulam, vt locum non habeat in Clerico, qui dimisso habitu, & tonsura fecit actum omnino contrarium ordini clericali, vt quia miles efficitur & sæua exercet; nam sine vlla monitione perdit eoipso priuilegiũ clericale, vt cap. Quisquis, 84. distinct. & tenet Innocent. in cap. 1. num. 3. vers. Sed alij contradicunt, de apostat. cum quo concordant ibi Host. num. 4. vers. Alij contra, Ancharan. num. 2. & reliqui omnes, Alexand. d. consil. 8. num. 3. lib. 1. & sentit à contrario sensu glos. Bernardi post casum in cap. In Audientia supra eodem, dum ait Clericos, qui arma sumunt, dummodo se enormibus non immisceant, retinere priuilegium clericale vsque ad tertiam admonitionem; quod nota pro limitatione, & intellectu illius Decretalis; sed hoc intelligas de priuilegio Canonis, non autem de priuilegio fori, vt constat ex dictis supra n. 13 & 14.

17 Declara tertiò, regulam huius Decretalis, vt procedat in Clericis non coniugatis, non autem in Clericis coniugatis, quia per dimissionem habitus, & tonsuræ sine vlla monitione amittunt eo ipso priuilegium clericale, vt cap. Vnico, §. In cæteris, de Cleric. coniugat. lib. 6. & hoc omnes fatentur, vt inquit Couar. practic. quæstion. 32. post num. 1. quem refert, & sequitur Clar. in §. fin. q. 36. vers. Huc. autem.

18 Declara quartò eandem regulam, vt non procedat in Clerico incorrigibili, qui seruatis gradibus præscriptis in cap. Cum non ab homine, de Iudic. statim efficitur de foro sæculari, nec requiritur traditio iudicis ecclesiastici secundum opinionem Ioan. Andr. licèt alij contra, vt ibi dixi num. 25. & 26. Eo tamen casu Clericus non perdit priuilegium fori sine monitione, quam post depositionem debet excommunicari quod non fit nisi competenti monitione præmissa, vt cap. Sairo, supra eodem, cap. Constitutionem, eodem titulos lib. 6. & sic non est incorrigibilis, nisi ter monitus non desistat, vt post Io. Andr. notat Butr. in d. cap. Cum non ab homine, num. 25.

19 Declara quintò, regulam huius cap. vt locum non habeat in clerico Assassino, qui absque vlla monitione, vel sententia tanquam publicè diffidatus ipso iure, & facto relinquitur Curiæ sæculari. vt est textus notabilis in cap. Pro humani, de homicid. lib. 6.

20 Sed hic incidit dubitatio, an Clericus imputatus de assassinio, si reperiatur carceratus per iudicem laicum, remittendus sit ad iudicem Ecclesiasticum, vt ferat declaratoriam super facto.

21 Solutio, Cùm Clericus habeat regulam pro se,
& iuris assistentiam super omnimoda exemptione
à sæculari potestate, cap. Continua, cap. Si quisquam, cap. Clericum, cap. Volumus, cum pluri-
bus sequentibus, 11. quæst. 1. cap. Si diligenti,
de foro competenti, cum multis similibus, vt di-
xi in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ num. 10. de Con-
22 stitution. & iudex laicus ad regulæ limitationem
fundet intentionem suam super assassinio; vtique
de huiusmodi qualitate iurisdictionem tribuente
in primis, & ante omnia constare debet, l. 2. §. Si
23 dubites, & l. Si quis aliena, ff. de iudic. constare
autem non potest, nisi per declaratoriam iudicis competentis, cap. Cum secundum, de hæret. lib. 6. Ergo non videtur ambigendum, quin curia sæcularis teneatur hunc Clericum remittere ad suum iudicem, qui ferat sententiam declaratoriam super facto; quandoquidem ante eam laicus nescit se iudicem, cap. Si Iudex laicus, de sentent. excommunicat. eodem libro, atque ita in terminis clerici assasinij per hanc rationem concludit Cardinal. Alban. consil 13. & de communi testatur Alexander consil. 166. num. 5. lib. 7. & latius dicetur inferius.

Ac propterea non obstat c. 1. de homic. lib. 6. vbi disponitur, vt talis ipso facto incurrat sentẽtias excõmunicationis, & depositionis ab Ordine, officio, beneficio, & nullatenus alia sententia aduersus eũ requiratur. Nam, etsi non requiratur sententia declaratoria incursus pœnarum, requiritur tamen declaratoria, quod talis commiserit assasinium, vt probat littera eiusdem Decretalis ibi; *& postquam probabilibus constiterit argumentis aliquem scelus tam execrabile commisisse*; & ita tenent ibi Archid. Ioan. Andr. Gemin. & alij omnes Capic. decis. 112. num. 7. Dum enim in principio eius decisionis legitur, videlicet esse communem opinionem quod talis Clericus possit puniri à laico sine sententia saltem declaratoria, puto litteram esse corruptam per ablationem particulæ negatiuæ *non*, aliàs nec verba proxima cohærerent sine sententia saltem declaratoria, nec ratio congrueret, ibi: *Sine enim tali sententia*; & contradiceret sibi Capic. in fin. num. 7.

Hæc autem declaratio fieri debet per iudicem Ecclesiasticum DD. in dicto cap. 1. Clar. in §. fin. quæst. 36. versic. Sed quæro, ibi, *Sed numquid talis declaratoria*. Et est ratio, quia si iurisdictio, & potestas, circa hoc data sęculari non exercetur nisi declarata qualitate iurisdictionem conferente, talis declaratio fieri debet per iudicẽ ecclesiasticũ, alloquin, cognitione, & sentẽtia emanaret à nõ habente iurisdictionẽ, vt arguit Capic. d. dec. 112. prope fin. & quamuis, vt testatur idem Capic. d. dec. 182. & decis. 155. num. 35. obseruantia in Curia Neapolitana aliter se habeat, & Clar. referat similiter obseruari in foro Mediolanensi, vt si talis Clericus sit in potestate iudicis sæcularis reiecta exceptione Clerici procedatur ad vlteriora, & perfecto processu, constitoq; de assasinio, feratur per iudicem sæcularem declaratoria simul, & condemnatio: tamen contra huiusmodi obseruantiam stant iura, & DD. communi calculo, testibus eisdem Capic. & Clar.

24 Vbi autem iudex ecclesiasticus præuenit cognoscendo, & sententiando super eodem delicto, iudex sæcularis debet et omninò quiescere; siquidem sententia siue condemnatoria, siue absolutoria lata in vno foro parit exceptionem rei iudicatæ in alio, cap. 1. de except. lib. 6. l. Cum quæritur, & l. Et an eadem, ff. de except. rei iudicat. Federic. de Senis cons. 157. Alexander Episcopus n. 2 vers. Præterea Dominus Papa Bonifacius, Aret. cons. 58. nu. 12. Boss. in tract. de foro competenti, nu. 100.

25 Declara vltimò regulam huius textus, vt vendicet sibi locum inspecta iuris communis dispositione, secundum quam Clericus, qui habitum, & tonsuram deposuit, non perdit priuilegium clericale ante trinam monitionem. Sed hodie ex iure nouissi-

nouissimo Concilij Tridentini Clericus non beneficiatus fori priuilegio non gaudet, nisi habitum clericalem, & tonsuram deferens alicui Ecclesiæ inseruiat, vt in cap. 6. sess. 23. neque ad hoc vlla requiritur admonitio, vt ex sententia Sacræ Congregationis dixi in cap. Si quis, nu. 23. supra de foro compecent, loquitur tamen decretum illud de Clericis minorum Ordinum, vt patet ibi, *prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus constitutus*. Quæ verba censentur repetita in ver. Is etiam, vnde in Clericis Sacrorum Ordinum seruabitur regula huius Decretalis cum declarationibus suprascriptis; nam quod non mutatur, &c. l. Sancimus, C. de testam. l. Præcipimus, in fin, C. de appellation. Item loquitur Concilium in priuilegio fori: vnde quoad priuilegium Canonis Si quis suadente, & reliqua priuilegia clericalia, de quibus notatur in c. Altercationis, in glos. in verb. Omni priuilegio, de bigam. lib. 6. seruabitur regula huius cap. Cum suis declarationibus, vt similiter ex Sacræ Congregationis sententia dixi in d. cap. Si quis, nu. 72. & 73. de foro competent. & ibi plenè videas quę requirantur ex Concilio Tridentino ad hoc vt Clericus fori priuilegio gaudeat, à nu. 19. vsque ad nu. 73.

De Sentent. excomm.

Cap. Si aliquando.

S V M M A R I V M.

1 *Papa si suis litteris excommunicatum salutet, non propter hoc censetur eum absoluere:*
2 *Siue excommunicatio lata fuerit à iudicibus inferioribus, siue à Sede Apostolica.*
3 *Excommunicatus etiam per litteras salutari non debet.*
4 *Pœna grauis est inter homines versari, & eorum carere suffragijs.*
5 *Certa scientia excluditur ab actu ex negligentia, multiplici occupatione agendorum, & subreptione.*
6 *Vitij remissio, seu approbatio ex sola communione non inducitur, nisi data scientia in communicante.*
7 *Papa an censeatur excommunicatum absoluere, si eum salutet ex certa scientia, & num. seqq. vsque ad nu. 15.*
8 *Absolutionis forma non seruata excommunicatus non intelligitur absolutus,*
9 *Litteras scribens seruo tamquam Decurioni, vel ancillæ tamquam sorori non censetur eis tribuere libertatem.*
Declaratur num. 14.
10 *Excommunicatus non præsumitur quem Papa ad osculum scienter admisit.*
11 *Papa nullis subiacet formis iuris positiui.*
12 *Excommunicati vigore Constitutionis, quam Papa vult haberi pro infecta, non indigent absolutione.*
13 *Prælati inferiores, quamuis per salutationem remittant iniuriam, tamen pœnam non relaxant, nisi formiter absoluant.*
15 *Papa participando cum excommunicato, quem nolit esse absolutum, non incidit in Canonem.*
16 *Pensionarius, qui per epistolam interpellauit Titularem excommunicatum vt pensionem solueret, eumque in fine epistolæ salutauit an inciderit in excommunicationem, & num seq. vsq. in finem.*
17 *Excommunicato licitum est communicare in his, quæ pertinent ad salutem animæ.*
18 *Non tamen salutando eum, aut cohabitando, vel orando cum eo.*
Contrarium num. 21. & seq.
19 *Excommunicato licitum est communicare etiam per litteras inspectantibus ad salutem.*
Epistola quid sit. ibidem.
20 *Verba superflua stipulationem non vitiant.*
21 *Excommunicatum alloquens correctionis causa potest etiam interserere verba placentia, & signa dilectionis ostendere.*
22 *Imo & cum eo participare in mensa, & cohabitatione, dummodo hoc faciat principaliter vt eum ad pœnitentiam inducat.*

1 SI ALIQVANDO. Si Papa suis litteris excommunicatum salutet, non propter hoc intelligitur eum absoluere. Hoc dicit. Primò dictum ponit. Secundò causam reddit ibi, *Cum per ignorantiam*.

2 Nota primò, excommunicatum etiam ab Apostolica Sede non censeri absolutum ex eo quod Papa suis litteris eum salutet: dum enim loquitur hæc Decretalis de excommunicato à Papa, exprimit casum magis dubitabilem; vnde idem, & fortiùs dicendum in excommunicato à iudicibus inferioribus, secundum intellectum Io. Andr. in princip. qui supplet verbum, *maximè*, Butr. in 1. notab. Anchar. nu. 1. Marian. Socin. in 2. notab. & aliorum communiter. Ratio autem dubitandi in excommunicato auctoritate Apostolica potuit esse duplex. Primò, quia cùm Papa illi communicet in salutatione, & communicare non debeat, nisi prævia absolutione, videbatur eum velle absoluere vt necessarium antecedens. Deinde quia cum ei salutem impertiatur, ipsique salus esse non possit sine absolutione; idcirco videbatur velle ipsi absolutionis beneficium impertiri. Cuius tamen contrarium hic deciditur, & rationes decidendi habet in textu, quia per ignorantiam, vel negligentiam, vel occupationem nimiam, aut etiam subreptionem contingit huiusmodi litteras impetrari. Neque verò vis fieri debet in formula verborum salutationis; nam siue Papa eum salutet simpliciter, siue per illa verba, *Salutem in Domino, & Apostolicam benedictionem*, vel consimilia, non intelligitur excommunicationis vinculum relaxare, secundum Io. Andr. in princ. in ver. Alloquio, & Marian. Socin. nu. 2. vers. Item procedit nisi tamen.

3 Secundò nota ex eo quod Papa hic videatur se excusare, quod excommunicatum suis litteris salutauerit ignoranter argumentum optimum, quod excommunicatus, etiam per litteras salutari non debet, vt hinc deducit glos. 1. Hostien. in princip. Cardin. nu. 1. Butrius, & Abb. ambo in primo not.
4 quod duplicem habet rationem. Altera respicit salutantem, ne scilicet per salutationem videatur excommunicato consentire, secundum eos, & Marian Socin. in cap. Inter alia, num. 42. vers. Et quod dictum est de salutatione, supra eodem arg. c. Cum Hadrianus, in fine, & ibi glos. vltima, 63. distinct. & probatur in d. cap. Omnis, 24. qu. 1. ibi, *Nec, aue, ei dixeritis*: qui enim dixerit illi, Aue, communicat eius malignis operibus. Altera ratio respicit ipsum

ipsum excommunicatum, vt scilicet facilius resipiscat cùm viderit, se contemni, c. Pia, de exception. lib. 6. grauis enim pœna est inter homines versari, & eorum carere suffragijs, l. His qui, C. de Apost.

5 Tertiò nota tria, quæ excludunt certam scientiam ab actu, & ex quibus probatur, & præsumitur ignorantia, videlicet negligentiam, multiplicem occupationem agendorum, & subreptionem, secundum Anton. de Butr. num. 4. & Marian. Socin. num.3. Et quod dixit, negligentiam, intellige Officialium ad hoc deputatorum: nam, vt inquiunt Hostien. num.3. & Ioan. Andr. in princ. in ver. Negligentiam, absit vt Papam de negligentia publicè arguamus, argum. cap. Aliorum 9.q.3. & cap. Si quis Abbas, 18. quæst. 2.

6 Vltimò nota ex sola communione non induci approbationem, vel remissionem vitij, nisi detur ipsius vitij scientia in communicante. Quod secundum Anton. de Butr. num. 3. nota pro eo, qui ex aliquo actu vult probare vitij purgationem, seu approbationem vt illius vitij articulet scientiam.

7 In glossa prima ibi, *sed pone*. QVAERO, an Papa salutando excommunicatum ex certa scientia censeatur illum absoluere.

8 Pro parte negatiua facit primò, quia in absoluendo præscripta est certa forma, qua prætermissa excommunicatus non videtur absolutus, cap. Cum desideres, cap. Quod in dubijs, in princip.

9 & cap. Sacris, supra eodem. Deinde pro hac parte facit, quia scribens litteras seruo tanquam Decurioni, vel Ancillæ tanquam sorori, non exinde censetur eis tribuere libertatem, l. Iubemus, C. de libertal. cau. & l. Non Epistolis, C. de probation.

10 In contrarium facit, quia vt legitur in capitulo Cum olim, il primo supra de priuilegijs, non præsumitur excommunicatione ligatus quem Papa ad osculum scienter admisit. Ergo in dubio censetur eum absoluere. Præterea Summus Pontifex nullis subiacet formis iuris positiui, sed quod vult, lex est, si de illius scientia appareat; cum

11 legibus sit solutus, l. Digna vox, C. de legibus, & l. Princeps, ff. Eodem. Posita ergo licentia Papæ, & voluntate, excommunicatus intelligitur absolutus, licèt Papa non dicat: *Absoluo te*. Patet, quoniam Papa tribuit potestate Canonibus, ipsique ab eo vigorem sumunt, & non è conuerso, cap. Significasti, supra de elect. Quidquid ergo vult Pontifex seruetur, constito de illius voluntate, quidquid dicant Iura. Demum hoc probatur hic à contrario sensu: Nam dum textus dicit: *Cum per ignorantiam, &c.* vtique contrarium innuit si per scientiam: alioquin si Papa non posset excommunicatum absoluere, nisi seruata iuris forma, non esset maior potestas Papæ, quam inferiorum iudicum. Et pro hac parte concludit glossa, & consentiunt Goffred. in proemio Decretalium, Vincent. Philipp. Taner. & Hostiensis hic relati à Ioann. Andr. num.4. & Ancharan. eodem numero. Idem notat glossa in cap. Si inimicus, in ver. Expectare 93. distinct. vbi ait. Si Papa excommunicato communicaret intendendo eum absoluere, facto, etiam si non verbo, habendus esset pro absoluto cum Princeps sola voluntate libertatem concedat, l. Apud. ff. de manumiss. Tu dic excommunicatum per huiusmodi salutationem intelligi absolutum, si constet de certa scientia Papæ, de qua constare dicitur, si hoc exprimat; aliàs secus; Casus est in Clem. Si summus, de sentent. excommunicat. & firmant hic Ioann. Andr. num. 4. versic. Iudic. Butr. num. 6. Cardinal. num. 1. versic. Quæro si Papa, & versic. Quæro quomodo constabit; Ancharan. num. 4. vers. Oportet ergo, Abb. num.3. & 4. & Marian. Socin. num. 2. ad finem.

12 Non obstat, quod in absolutione forma Ecclesiæ non fuerit seruata; quia Papa eiusmodi forma non adstringitur, vt dictum est num. præcedenti. Et propterea si Papa reuocet aliquam Constitutioné, & velit eam haberi pro infecta excommunicati vigore illius Constitutionis non indigent absolutione, vt notabiliter tenet gloss. in Clem. 2. in ver. Pro infectis, de Immunitate Ecclesiarum: maxima enim est Papæ potestas circa ius positiuum, vt ibi notatur, & probatur in cap. Proposuit, de concess. præbend. Et eam glossam sequitur Abb. hic num. 4.

13 Et hinc collige aliud esse in inferioribus Prælatis, quia cum forma sint adstricti, quamuis per salutationem videantur iniuriam remittere, vt institut. de iniur. S. fin. pœnam tamen non relaxant, nisi formiter absoluant vt dicunt hic Doctores, præsertim Petr de Anchar. num. 5.

14 Item non obstat, quod dictum est de litteris ad seruum tanquam liberum; quoniam leges illæ loquuntur quando libertas in litteris enunciatiuè narratur. Quo casu non constat de scientia Domini, sed si constaret eum ex certa scientia nuncupasse seruum liberum, animo tribuendi libertatem, & hoc exprimeret; dubium non esset quin seruus libertatem consequeretur, cùm datio libertatis pendeat ex libera voluntate Domini, secundum Ant. de Butr. in fine.

15 In eadem glossa in fine. QVAERO numquid Papa incidat in excommunicationem minorem si participet cum excommunicato, quem ex tali participatione nolit esse absolutum.

Non; quia solutus est legibus. Ita concludit glos. hic & in c. Si inimicus, in ver. Expectare 93. distin. dicens Papam non incidere in Canonem, quia non ligatur à Canone, vt c. Innotuit, supra de elect. & l. penult. ff de Arbitris. Idem notat glos. vnica in cap. Nulli, supra eod. & sequuntur hic Hostien. num. 2. vers. Sed numquid incideret, Io. Andr. In fine, & alij communiter. Subdit tamen Abbas num. 5. Papam non debere cum excommunicatis communicare, vt notatur in d. c. Nulli; & ideo seruari vt cum legati Principum, seù vt vocant Ambasiatores petunt audientiam, Pontifex faciat eos absolui, & explicata ambasciata, vt verbis Abbatis vtar, reducit eos in pristinam excommunicationem.

16 QVAERO, Pensionarius quidam scripsit epistolam ad Titularem excommunicatum ob pensionem non solutam, eumque interpellauit, vt solueret, & in fine epistolæ, vt moris est, salutauit; numquid propterea in excommunicationem inciderit.

17 Hostien. in c. Cum voluntate, num. 2. in vers. In locutione infra eod. tenet illam Decretalem dum decidit licitum esse excommunicato participare in locutione in his, quæ pertinent ad salutem animæ, non habere locum in oratione, in mensa,

18 & in alijs, de quibus in c. Nuper, S. In secunda, supra

pra eod.& mox subdit; Sed & caueat participans à salutatione, & cohabitatione, cap. Omnis, 24. qu.1. videtur ergo Hostien. sentire in locutione posse quidem cum excommunicato aliquem participare in spectantibus ad salutem animæ, dummodo tamen à salutatione, & cohabitatione abstineant, quod etiam innuit ibidem Henr. Boich. col.4.post princip.dicens posse aliquem participare cum excommunicato in locutione inducendo ipsum vt ad Ecclesiam reuertatur, non autem salutando eum, vel orando cum eo. Idem videtur sentire glos. 1. hic circa medium, dum ait: quamuis non debeamus excommunicatos salutare; possumus tamen cum eis loqui de rebus pertinentibus ad salutem animæ: & ita vult glos. vt conuersionis causâ fas sit excommunicatum alloqui, sed non salutare.

19 Contrarium videtur verius, quia quod dicitur de locutione in d.cap.Cum volūtate habet locum etiam in scriptione,cùm epistola nihil sit aliud,quā absentium colloquium, vt hic probatur ibi, *nostra littera cum salutationis alloquio*; & in l. Si procuratorem,ff.de procurator, & scripsit Cic. 2. Philippicarum [Amicorum, inquit, absentium colloquia epistolæ] & ad Attic.7. [Litterarum aliquid ad te darem vt loquerer tecum absens] vnde Bart.in l.Nuda, nu.4.vers.Hic verò fuit scriptura, ff.de donat.dicit epistolam loqui cum eo,ad quem mittitur: quamobrem si licet excommunicatum alloqui in pertinentibus ad salutem animę,& alia verba interponere, vt est casus in d.cap. Cum voluntate. Ergo etiam licet ad eum litteras mitte-
20 re cum salutatione. Et quidem hoc de plano procedit si sequamur opinionem Innocentij in d cap. Cum voluntate in princ.in ver. Incidenter, existimantis licitum esse excommunicatū alloqui conuersionis causa, & alia verba interserere, etiamsi verba huiusmodi nec ad absolutionem, nec ad salutem faciant: nam & verba superflua stipulationem non vitiant, l.Quæ extrinsecus, ff.de verb.obligat. secundum Hostien & Io Andr.ibi num. 2. & Butr. nu 11. in fine; sed etsi sequamur opinionem Hostiensis nu.2.in eod.ver.requirentis vt talia verba aliquo modo,licèt non principaliter, proficiant ad salutem; nihilominus talis videtur salutatio, quia beneuolentiam captat; & sic disponit, vt ex familiaritate salutis verba facilius recipiantur, vt considerat D.Thom.in 4.sent.dist.18.q.2.ar.4. in corpore: alioquin verendum esset ne debitor insalutatus, ac veluti contemptus, & correctionis acrimonia exasperatus obstinatior fieret: ad hoc cap.Cum beatus,45.distin. ibi [Asperitatis autem nimiæ increpatio nec correctionem recipit, nec salutem] & Conc.Trid.in cap.1.sess.13.ibi [Cùm sæpè erga corrigendos agat beneuolentia, quàm
21 austeritas, &c.] Ob quam rationem, vt inquit Hostien.loco cit. alloquens excommunicatum in tendentibus ad salutem, non vt illi faueat, sed vt eum magis attrahat, poterit etiam dicere verba placentia, & ostendere signa dilectionis, quam ad ipsum,& eius genus habuit; vnde non apparet cur etiam non possit salutationem interserere, & cum Hostien.transeunt ibidem Io.Andr.nu.2.in eodem ver.Butr.nu 11.& Cardin.nu.2.

Neque verò hoc casu vigent rationes cur excōmunicati salutari non debeant, quarum superiùs meminimus nu.3. quandoquidem rationes huiusmodi vendicant sibi locum si salutatio fiat principaliter; secus si incidenter, vt salutis verba apud eum magis proficiant, vt in d.cap. Cum voluntate, & in cap.Cum excommunicato,11.qu.3. & in cap.Responso,infra eod.

Et eodem modo responderi potest ad doctrinā Hostien.& glos.hic vt supra ponderatam pro contraria parte; quia debet intelligi si salutatio sit nuda, & simplex; secus si admixta cum verbis ad salutem pertinentibus, vt in iuribus præallegatis.

22 Quinimo Petr.de Anchar.in d.cap.Cum voluntate, in 2.notab.nu.3.[Si quis, inquit, principaliter ad hoc tendit vt excommunicatum ad pœnitentiam reducat verbis persuasiuis; si cum tali locutione immisceat incidenter potum, vel comestionem in mensa, vel cum eo cohabitet principaliter ad finem conuentionis; talis non incidit in Canone] Ad quod inducit principium illius Decretalis, *Cum voluntate, & proposito, &c.* Item quia hæc incidenter eueniunt, & per consequens non curantur, vt ibi: *illa enim; quæ incidunt, nec ad absolutionem faciunt, nec ad salutem*: puta quærit de vxore, & liberis ad dilectionem, quam habuit erga illius genus, & his similia: ad hoc l. Quæ extrinsecus, ff.de verb.obligat. si ergo secundum Anchar.incidenter licet cum excommunicato participare etiam cohabitatione ad finem conuersionis; longè magis licebit salutem dicere,arg. cap.Ex parte, il terzo, de decim.

De Sentent. excomm.

Cap. Responso.

S V M M A R I V M.

1 *Excommunicatis, & interdictis prædicari potest verbum Dei.*
2 *Excommunicati licitè possunt Ecclesiam ingredi, dūmodo officium non audiant.*
3 *Excommunicatus permittendus est per Ecclesiam transire.*
4 *Excommunicato Missam audiente extra Ecclesiam Sacerdos cessare debet, nisi incœperit Canonem.*
5 *Orare licet in Ecclesia, in qua excommunicatus existit non orandi causa.*
6 *Excommunicatis licitum est communicare ad finem vt ad pœnitentiam reducantur.*
7 *Excommunicatus siue occultus, siue manifestus nullo tempore intrare debet Ecclesiam, nisi ad audiendam prædicationem verbi Dei.*
8 *Ecclesia quid sit.*
9 *Excommunicationis gladius neruus est ecclesiasticæ disciplinæ, ac si contemnatur, perniciem potiùs parit, quàm salutem.*
10 *Excommunicatio est medicinalis, non mortalis.*
11 *Excommunicatis non denunciatis, nec publicis Clericorum percussoribus an liceat Ecclesiam ingredi post Constitutionem Concilij Constantiensis.*
12 *Excommunicati minore excommunicatione Ecclesiam intrare non prohibentur.*
13 *Diuinorum appellatione an veniat prædicatio verbi Dei, & nu.seqq.vsque ad nu.22.*
14 *Prædicatio verbi Dei non est actus Ordinis sacri, & demandari potest etiam Clerico in sacris non constituto. & nu.19.*
15 *Non tamen mero laico, & nu.19.*
16 *Prædicatio verbi Dei non incumbit ex officio nisi Episco-*

Episcopo, & Parocho.

17 Monachus etiam Diaconus, vel Sacerdos de iure communi prædicare non potest sine licentia Episcopi, vel Curati.

18 Episcopus etiam non consecratus, & Parochus non Sacerdos tenetur prædicare populo verbum Dei.

20 Suspensus à diuinis non intelligitur suspensus à prædicationis officio, nec è conuerso.

21 Suspensus à diuinis celebrando efficitur irregularis, secus in suspenso ab officio prædicationis.

22 Intellectus Clem. Quamuis, de foro compet.

23 Interdicti tempore administrari possunt Baptismi, & Confirmationis Sacramenta etiam adultis, & nu.27.

24 Item Sacramentum Pœnitentiæ etiam sanis.

25 Viaticum decedentibus non denegatur.

26 Eucharistia sanis non conceditur.

27 Confirmatio est complementum Baptismi, & ante eam quis non dicitur plenè Christianus.

28 Interdicti tempore permittitur Chrismatis confectio in die Cœna Domini, & consecratio olei baptizandorum.

29 Extrema Vnctio denegatur.

Et quid de Ordine, & Matrimonio. ibidem remissiuè.

30 Ciues vnius ciuitatis omnes, & simul possunt non tantum interdici, sed etiam excommunicari.

31 Vniuersitas an excommunicari possit, & num. seq vsque in fin.

32 Vniuersitas unde dicta.

33 Quid sit.

34 Et quot homines faciant vniuersitatem.

35 Vniuersitatis nomine quid veniat.

36 Communitas quid sit.

37 Collegium quid, & in quo differat ab vniuersitate.

38 Episcopus cum Capitulo faciunt vnum corpus.

39 Excommunicationis pœna quàm grauis sit.

40 Excommunicatus traditur Diabolo corporaliter, & spiritualiter.

41 Interdici quis potest pro peccatis alienis, sed non excommunicari, & nu. seq. & nu. 51.

42 Regnum interdicitur pro peccatis Regis, ciuitas pro peccatis Episcopi vel Domini, & monasterium pro peccatis Abbatis.

43 Vniuersitas ex more sacrorum Canonum interdicitur; singulares personæ excommunicentur.

44 Excommunicantur in Bulla Cœnæ omnes, & singuli appellantes ad futurum Concilium; vniuersitates verò, & Collegia interdicuntur.

45 Officiales laici relegantes personas ecclesiasticas excommunicantur ab Vrbano VI. eorumque ciuitates, & terræ supponuntur ecclesiastico interdicto.

46 Consules mercatorum non faciunt Collegium

47 Legatos, & Nuncios Apostolicos impedientes excommunicantur; & eorum regna, & terræ interdicuntur.

48 Lucana ciuitas, & dominium interdicitur; Vexillifer, Antiani, & Officiales nunciantur excommunicati ob violatam libertatem ecclesiasticam.

49 Princeps, & multitudo non est excommunicanda.

Declaratur, ibidem.

50 Multitudo etiam notorij peccati rea excommunicari non debet.

Declaratur, nu. 57.

51 Vniuersitatem excommunicari non posse qui Auctores senserint.

52 Vniuersitas, & Capitulum de iure veteri poterant excommunicari.

53 Intellectus cap. Si autem vobis, 11. q. 3.

54 Populum quot homines faciant.

55 Vniuersitas duplex.

56 Intellectus cap Romana, S. In vniuersitatem, de sent. excomm. lib. 6 & nu. 72. 79. 80. 84. & seq. & nu. 94. & 109.

57 Multitudo an, & quando excommunicari possit.

58 Multitudo peccantium patrocinium errori non parit.

59 Multitudini vt sit parcendum, qui numerus requiratur.

60 Vniuersitas dupliciter accipitur, & nu. 72.

61 Vniuersitas prout est quid abstractum à singularibus personis nulla auctoritate excommunicari potest, & nu seq. vsque ad nu. 72.

62 Vniuersitas, Communitas, Societas, Collegium, seu Capitulum dicuntur vnum non simpliciter, sed aggregatiuè.

63 Gregem faciunt decem oues.

64 Collegium, & vniuersitas non dicitur persona vera, sed ficta, & repræsentata carens anima, & Baptismo, & nu. seqq.

65 Excommunicatio non ligat nisi personam veram, & nu. 69.

66 Actus actiuorum sunt in patiente benè disposito.

67 Excommunicatione non ligatur nisi persona rationabilis, & baptizata.

68 Vniuersitatis res non sunt singulorum, neque è conuerso.

Animæ singulorum non sunt vniuersitatis, ibid

69 Actus, & passiones prout consistunt in facto, sunt singulorum, non vniuersitatis, & nu. 81.

70 Excommunicatione vt quis ligetur quas qualitates habere debeat.

71 Vniuersitas vt est quid præscindens à singularibus personis non est capax interdicti.

72 Excommunicare vniuersitatem, vel omnes de vniuersitate non differunt.

Declaratur, nu 89.

73 Interdictum corporis in materia cuius corpus non est capax, respicit singulos.

74 Capitulum est nomen intellectuale, & res incorporabilis, & nihil facere potest nisi per membra sua.

75 Vniuersitas, Collegium, vel Senatus an possint per Papam excommunicari, & num. seq. vsque ad num. 79.

76 Papa prædecessorum suorum Constitutionibus non ligatur tam ex defectu voluntatis, quàm potestatis.

77 Senatus Venetus excommunicatus nunciatur à Paulo V. & dominium Venetum subijcitur ecclesiastico interdicto.

78 Hieronymus, & Augustinus contra auctoritatem Papæ sententiam suam non defendunt.

79 Vniuersitas, vel Collegium an ab inferioribus à Papa excommunicari valeat, & nu. seq. vsque ad nu. 88.

80 Prohibitio numquam fit generaliter ad cautelam eorum, quæ possunt contingere.

81 Communitas non præsumitur ita tota ad malum consentire, quin aliqui sint dissentientes.

82 Iustus cum impio non est condemnandus.

83 Episcopi non possunt Sedis Apostolicæ decreta in totum, vel in partem conuellere, vel mutare.

84 *Excommunicari possunt ab Episcopo Priores, & omnes de vniuersitate mandatis eius rebelles.*
85 *Collegij maior pars si delinquat, Collegium ipsum dicitur deliquisse.*
86 *Capituli alia est causa, alia Canonicorum.*
87 *Canonici singulares citati etiamsi fuerint contumaces, non possunt excommunicari pro Capitulo nõ comparente, vbi decreta fuit citatio contra Decanum, & Capitulum.*
88 *Excommunicatio lata à Papa in vniuersitatem an valeat.*
89 *Et an liget innoxios.*
90 *Et quid in foro poli.*
91 *Infantes excommunicationis sententia ligari non possunt, & nu. 109.*
92 *Ecclesia non potest per excommunicationem excludere à Regno Dei nisi indignos, qui per peccatum mortale charitatem amiserit.*
93 *Excommunicatio lata in vniuersitatem ab inferioribus à Papa an liget, & timenda sit, & nu. seq. vsque in fin.*
94 *Penitus prohibere quid importet, & nu. 105.*
95 *Excommunicatio lata in vniuersitatem non potest referri ad singulos, & nu. seqq.*
Contrarium, nu. 106. & seqq.
96 *Capitulo excommunicato an censeantur excommunicati successores.*
97 *Genere existente incapaci non fit distributio, vel diffusio in eius species.*
Contrarium, nu. 111.
98 *Sententia lata contra priuilegium non tenet, & nu. 115.*
99 *Potentia est de genere bonorum.*
100 *Excommunicatio siue iusta, siue iniusta timenda est, & nu. 112. & seqq.*
101 *Si lata sit ab Ordinario, & in talem, qui quamuis sine culpa, tamen culpam committere potuit.*
102 *Excommunicationis sententia contra Canonis prohibitionem tenet, si feratur ab Ordinario. secus si à Delegato.*
103 *Gesta contra prohibitionem legis non procedentis ad irritationem actus an, & quando sint nulla, & nu. 112.*
104 *Opinio tutior ex precepto eligenda est inter opiniones vtrinque probabiles vbi vertitur salutis periculum.*
105 *Sententia lata à non suo iudice est ipso iure nulla.*
106 *Vniuersitas nihil aliud est, quàm singuli homines, qui ibi sunt.*
107 *Excommunicans Capitulum censetur excommunicasse singulos, & nu. seq.*
108 *Actus, qui non potest applicari vniuersitati, applicatur singularibus personis.*
109 *Excommunicatio generaliter lata in vniuersitatem referri non potest nisi ad capaces excommunicationis.*
110 *Dispositio quantumcumque generalis recipit restrictionem de habilitate, & possibilitate.*
112 *Excommunicatio in Suffraganeos lata ab Officialibus Archiepiscopi, qui de facili potest haberi, ligat, quamuis ferri non debeat.*
113 *Excommunicatio lata ab Episcopo non seruato forma c. 3 sess. 25. Concilij Trid valida est. licet sit iniusta, & excommunicatus indiget absolutione.*
114 *Prohibitio legis non est inutilis, licet gesta contra prohibitionem sint valida.*
115 *Excommunicatio lata in vniuersitatem an dicatur lata contra illius priuilegium.*

1 RESPONSO. Excommunicatis, & inter-
dictis prædicari potest verbum Dei; &
tempore generalis interdicti concedi
potest Baptismus, & Chrismatio in
fronte, & pœnitentia morientium. Hoc dicit. Sunt
duæ partes principales. Secunda ibi, *Præterea*:
& quælibet subdiuiditur in consultationem, & re-
sponsionem; & secunda vtriusque incipit, *Super
quo*.
2 Nota primò ibi, *apud aliquam Ecclesiam conuo-
care*, iuncto vers. *Dummodo*, excommunicatos pos-
se Ecclesiam ingredi, dummodo officium non au-
diant, vt hic notat Innoc. in fine, Anton. de Butr.
nu. 4. Cardin. nu. 2. & Marian. Socin. nu. 3. in 4 no-
tab. & tenet glos. in cap. Qui studet, in ver. Dimisit,
1. qu. 1. vbi dicit quemlibet peccatorem, & etiam
excommunicatum posse intrare Ecclesiam orandi
causa, dummodo non intersit diuinis officijs, cùm
non inueniatur prohibitum, cap. Nuper, supra eo-
dem: idem firmat Bartholomæus Brixien. in d. cap.
Qui studet, Ant. de Butr. & Io. de Imola in cap. 1.
de vit. & honest. Clericor. & Syluest. in ver. Excom-
municatio, 5. nu. 2. vers. Vnde si Ecclesiam ingres-
3 sus, nec dissentit Io. Andr. in cap. Sacro, in ver. In-
gressum, infra eod. dum tenet excommunicatum
permittendum esse transire per Ecclesiam. Idem
4 videtur sentire Innocen. in d. cap. Nuper, num. 5. in
ver. Orando, vbi primò dicit: Nullo modo debe-
mus orare vbi excommunicatus orat, quia vide-
mur sibi communicare, cùm eumdem Deum si-
mul pro populo Christiano rogemus: vnde etiam
si sit excommunicatus extra Ecclesiam, & audiat
Missam, statim Sacerdos debet cessare, & alij orã-
tes recedere, nisi fortè incœpisset Canonem Mis-
sæ, quia tunc debet ibidem Missam perficere, quia
non capit diuisionem, cap. Nihil, 7. qu. 1. Deinde
5 subiungit: Tamen si in Ecclesia esset excommu-
nicatus non causa orandi, sed pro alio suo nego-
cio, non video quare in eadem Ecclesia orare non
possim, quia sibi non communico in oratione, quia
non orat; & sequitur Archid. in cap. Sicut Aposto-
li, nu. 2. vers. Sic intelligit Innocentius XI. quæst. 3.
& hic Petr. de Anchar. nu. 2. in 2. notab. & Card.
nu. 2.
6 Sed alij contradicunt intelligentes hunc textum
procedere in hoc speciali casu, quando excommu-
nicatus in Ecclesiam ingreditur vt audiat verbum
Dei. Et ratio specialitatis est, vt facilius ad cor-
rectionem inducatur. Quod satis innuit littera,
ibi, *& eosdem ad correctionem inducas*: licitum est
enim excommunicatis communicare ad finem vt
ad pœnitentiam reducantur, cap. Antecessor, 11.
q. 3. & cap. Cum voluntate, infra eod, & notant hic
Butr. Abb. Mariàn. Socin. & Felin. omnes in 2. no-
7 tab. Sed extra hunc casum existimant excommu-
nicato esse prohibitum ingressum Ecclesiæ per
textum in cap. Perlectis, 25. distinct. & cap. Cleros,
21. distinct. vbi dicitur ad ostiarium pertinere cla-
ues Ecclesiæ vt fideles recipiat, excommunica-
tos, & infideles respuat: & hoc tenet Raym in
summ. hoc tit. §. Sed numquid, vbi dicit excom-
municatos siue occultos, siue manifestos nullo
tempore debere intrare in Ecclesiam; & concor-
dat Goffred. hic, & Asten. lib. 7. tit. de damn. ex-
comm. in princip. vers. Item Ecclesiam.
Nec obstat si dicatur, Alius non debet excom-
municatum occultum prodere vitando eum in
publico: ergo multo minus idem excommunica-
tus

tus debet prodere seipsum: quoniam non est si-
mile, cùm non sit in potestate alterius excommu-
nicatum corrigere taliter eum vitando, sicut est
in potestate sua seipsum corrigere, & absolutionē
imperrare, vt post glos. Guil. Asten. & Io. Friburg.
formaliter hic dicit Henric. Boich. post. princ. & in
hoc videtur residere Host. n. 3. dum dicit [Dispen-
satur enim hoc casu propter fauorem animarum,
& ita possunt intrare Ecclesiam; verbo tamen fini-
to statim exeant, & fugiant, quia nec licet eis di-
uina audire, vt notatur in cap. Quod in te, §. 1. su-
pra tit. prox.] & idem repetit in summa hoc tit. §.
fin. vers. Sed numquid, & apertius Io. Andr. in dicto
cap. Nuper, in ver. Orando, nu. 5. supra eod. vbi con-
cludit excommunicatum non debere Ecclesiam
ingredi, licèt ibi non celebrentur diuina, nisi cau-
sa audiendi verbum Dei, vt hic, & sequitur Mar.
Socin. in cap. Sacris, in 9. principali articulo, in 17.
dubio, nu. 124. & seq. supra eod. vbi dicit hanc esse
regulam, vt excommunicatus extra casum prædi-
cationis verbi Dei non possit ingredi Ecclesiam,
etiamsi intraret alia causa, quàm audiendi diuina,
subdens hanc partem esse de iure veriorem, licèt
8 contraria sit æquior. Ergo adhæreo huic secundæ
opinioni; tum quia cùm Ecclesia nihil aliud sit,
quàm cœtus, & communio fidelium, cap. Legimus
circa med. 93. dist. cap. Multæ, 1. qu. 1. cap Loquitur
Dominus, 24. qu. 1. sicut excommunicatus est à
communione fidelium exclusus, cap. Nihil, & cap.
Canonica, 11. qu 3. cap. Viduas, 27. q. 1. & cap. Tam
sacerdotes, 24. qu 3 ita conueniens est vt exclada-
tur ab Ecclesia materiali, vbi fideles Deum depre-
caturi conueniunt, cap. Oratorium, & cap. seq. 42.
dist. & cap. 2. de immunit. Eccles. lib. 6. tum quia
iura præallegata in d. cap. Cleros, & cap. Perlectis,
generaliter, & indistinctè arcent excommunicatos
ab Ecclesia, nec apparent limitata, nisi in casu prę-
dicationis verbi Dei, vt hic, in alijs ergo stabimus
regulæ, quia quod non mutatur, &c l. Sancimus,
C. de testam. l. Ab ea parte, ff. de probat & not. glos.
1. in fine in cap. Inter hæc, 32. qu 2. Tum denique
9 quia excommunicationis gladius neruus est ec-
clesiasticæ disciplinæ, & ad continendos in officio
populos valde salutaris, ac si contemnatur, perni-
ciem potius pariat, quàm salutem, vt legitur in
cap 3. sess 25. Concilij Tridentini. Per hoc autem
quod excommunicatus excluditur ab Ecclesia,
censura magis formidatur, ob quam rationem
amplectitur hanc opinionem, & veriorem putat
etiam Felin. hic in princ. & tutiorem Henr. Boich.
10 circa med. Neque hoc in odium excommunicati,
sed ad illius vtilitatem, & medicinaliter sancitum
est, vt scilicet citiùs resipiscat, & spiritus eius sal-
uus fiat, cap. Multi, 2. qu. 1. cap. Audi, 11. qu. 3. cap.
Cum medicinalis, de sent. excomm. lib. 6. Rom de-
cis. 35. incipien. Si quis in causa, aliàs 10 nu. 5. de
11 senten. excomm. in nouis. Procedit autem hæc cō-
clusio etiam post Constitutionem Concilij Con-
stantiensis, quæ incipit, Ad euitanda: nam etsi per
eam indulgeatur Catholicis vt communicare pos-
sint cum excommunicatis non tantùm in diuinis
officijs, sed etiam in administratione, & percep-
tione Sacramentorum, exceptis tantummodo pu-
blicè denunciatis per sententiam, & notorijs Cle-
ricorum percussoribus: non tamen per hoc ipsi
excommunicati in aliquo releuantur, vt ibi ex-
pressè cauetur in fine: vnde quoad eos remanet
antiqua prohibitio ingrediendi Ecclesiam etiam
ex alia causa, quàm audiendi diuina, cùm non re-
periatur immutata, l. Præcipimus, in fine, C. de ap-
pellat. cum simil. & de intellectu, & robore præ-
dictæ Constitutionis vide quæ scripsi latissimè in
cap. 1. supra de schismat. Intellige prædicta in ex-
12 communicatis maiori excommunicatione: secus
si minori, quia non prohibentur Ecclesiam ingre-
di, arg. cap. A nobis, supra de excep. & cap. Qui stu-
det, in fine 1. qu. 1. & reprobata Hugonis opinione
tenet Guiliel. in cap. Is cui, inf. eod. lib. 6. & Henric.
hic in princip.
13 Secundò nota diuini officij appellationē non
venire prædicationem verbi Dei: nam textus de-
cidit primò excommunicatos, & interdictus posse
in Ecclesiam conuocari ad prædicationem verbi
Dei. Deinde subijcit limitationem, dummodo
nullum in eis diuinum officium celebretur. Et sic
sub illis verbis, *nullum diuinum officium*, licèt
vniuersalibus negatiuis non includitur prędicatio.
In contrarium est glos. in Clem. Quamuis, in verb.
Ad diuina, de foro competen. vbi determinat di-
uinorum appellatione comprehendi etiam prædi-
cationem verbi Dei, allegat cap. Inter cætera, su-
pra de offic. Ordin. & pro glossa facit text. in cap.
Perlectis, §. Ad Diaconum, 25 dist. vbi dicitur per-
tinere ad Diaconum prædicare Euangelium, &
Apostolum: concordat cap. In sancta, 92. dist. ibi
[Quos, idest Diaconos, ad prædicationis officium
vacare congruebat] Item pro glossa facit text. in
cap. Adijcimus, 16. qu. 1. vbi statuitur vt nullus prę-
ter Domini Sacerdotes, prædicare audeat. Item
prædicationis munus dicitur Episcoporum præci-
puum esse à Concilio Tridentino in cap. 4. sess. 24.
& sic videtur actus Ordinis sacri, & consequenter
comprehendi diuinorum appellatione: vnde sicut
quis suspenditur aliquando ab officio sacerdotali,
cap. Sanè il secundo, supra de off. deleg & ca. 1. eod.
tit. lib. 6. ita & à prædicationis officio, vt est textus
in Clem. Cupientes, de pœn. Sed Doctores com-
14 muniter tenent oppositum, quia nullo iure appa-
ret prohibitum quominus prædicandi munus de-
legari possit Clerico in minoribus Ordinibus con-
stituto: & quamuis statutum sit ne quis prædicet,
nisi mittatur, vt ad Roman. 10. cap. Ad abolendā,
& cap Cum ex iniuncto, de hæret. non tamen re-
peritur statutum, vt mittendus esse debeat sacro
Ordine initiatus, vt plenè respondit Nauar. cons. 7.
incipien. An prædicare sit actus Ordinis sacri, in
15 tit. de off. iud. deleg. qui amplius putauit, licèt non
benè, vt paulò post patebit, etiam merum laicum
posse prædicare de licentia Sacerdotis, & Clerico-
rum per cap. Mulier, 23. dist. Et absolutè officium
prædicationis non esse Ordini annexum sentit etiā
Syluest. in ver. Suspensio, nu. 1. dum dicit suspensio-
nem quandoque fieri non ab Ordine, sed ab aliquo
alio, putà ingressu Ecclesiæ, actu prædicationis, &
huiusmodi. Non obstat text. in d. cap Perlectis, &
in cap. In sancta, quia intelligi possunt de cantio-
ne, vel lectione Euangelij ad Missam, vt notat glos.
vtrobique, & Nauarr. vbi supra, & dixi in c. Cum
contingat, supra de ætat. & qualit. Item nō obstat
16 cap. Adijcimus, & Concilium Tridentinum in d.
cap. 4. quia intelliguntur de prædicatione exercen-
da auctoritate propria, & ratione sui officij, quale
non habent nisi Sacerdotes Curati, & Episcopi.
17 Qua ratione Monachus etiamsi sit Diaconus, vel
Sacerdos simplex non habens Ecclesiam curatam
non potest prædicare nisi de licentia Episcopi, vel

18 Sacerdoti Curati, vt probatur in d.cap. Adijcimus, iuncto §. Ecce. At è conuerso Sacerdos curatus etiam nondum promotus ad Sacerdotium, potest, & debet prædicare populo verbum Dei, sicut & Episcopus non consecratus, qui prohibetur ea tantùm exercere quæ sunt Ordinis, non autem ea, quæ sunt iurisdictionis, vel officij, vt in cap. Trans-
19 missam, & cap. Quod sicut, §. Præterea, de elect. & in cap. Quamuis Chorepiscopis, 68. distinct. & hanc partem aliàs probauit Sacra Congregatio Concilij articulo diligenter examinato; nam proposito dubio an officium solemnis prædicationis in Ecclesia posset simplici Clerico in sacris minimè constituto ab Episcopo delegari: Die 23. Iunij 1580. censuit munus prædicationis per Episcopum committi posse etiam Clerico, qui non sit in sacris Ordinibus constitutus. Dictum tamen fuit in Sacra Congregatione, laico committi non posse. Et ita videbatur tota Congregatio sentire tum per allegata capitula de hæret. tum per Concilium Lateranense, sess. 11. sub Leone X.

20 Concludo igitur prædicationem verbi Dei regulariter non venire diuinorum appellatione, vt hic probatur. Et propterea de illa nihil agitur in tit. de celebr. Miss. & diuinis officijs, sed in titulo de offic. Ordin. vt in cap. Inter cætera. Vnde suspensus à diuinis non intelligitur suspensus à prædicationis officio, nec è conuerso, vt not. gloss. in d. Clem. Cupientes, in ver. Suspensi; Quæ propterea aduertit suspensionem ab officio prædicandi esse
21 nouam suspensionis speciem. Sic etiam quamuis suspensus à diuinis celebrando efficiatur Irregularis, c. Is cui eod. tit. lib. 6. c. Si quis Episcopus, 11. q. 3. Innoc. in c. Cum æterni, in ver. Diuinis, de sent. & re iudic. lib. 6. tamen secus est in suspenso à prædicationis officio, vt notatur in c. Cum dilectus, de consuet. in c. Si celebrat; de Cler. excomm. ministr. & in d. Clemen. Cupientes, de pœn. & per
22 Syluestr. in ver. Suspensio, num. 4. in 5 quæst. fallit si subiecta materia, & identitas rationis aliud suadeat. Et ita intelligo glossam in d. Clem. Quamuis in ver. Ad diuina, de foro compet. ibi enim considerantur diuina respectu concursus Populi ad hoc vt facta citatio ad expulsores Episcoporum peruenire verisimilius præsumatur, vt legitur in textu, & not. Io. Andr. in c. fin. num. 5. in ver. In Ecclesijs, supra de clandest. despons. Vnde non mirum si appellatione diuinorum etiam prædicatio comprehenditur, quia non minus ad sacras conciones audiendas, quàm ad diuina officia fideles confluere consueuerunt. Et adde Syluestr. in ver. Interdictum 5. num. 5. vers. Secundum, vbi dicit diuinorum nomine solum venire ordinatum in Breuiario, & Missali.

23 Tertiò nota tria Sacramenta, quæ administrari possunt tempore generalis interdicti. Primum est Baptismus. Et quamuis hic, & in cap. Non est, supra de sponsal. exprimatur de paruulis habito respectu ad id, quod est frequentius; tamen idem est in adultis, vt in cap. Quoniam, hoc tit. lib. 6.

24 Secundum est pœnitentia morientium; sed hodie non tantummodo morientes, sed etiam viuentes tam sani, quàm infirmi ad pœnitentiam licitè admittuntur, vt in cap. fin. eodem titulo, & lib. Hęc enim duo Sacramenta semper excipiuntur de quolibet interdicto, quia sunt Sacramenta necessitatis, d. cap. Non est iuncta gloss. in ver. Baptismum
25 paruulorum. Et per pœnitentiam intelligitur etiam Viaticum, quod decedentibus conceditur, vt in cap. Quod in te, suprà tit. prox. ibi. [In illo verbo, per quod Pœnitentiam morientibus non negamus; Viaticum etiam, quod verè pœnitentibus exhibetur, intelligi volumus, vt nec ipsum decedentibus denegetur] & notat gloss. hic in ver. Præter baptisma: Hæc enim est regula à Canone tradita, vt nulli pœnitenti sit denegandum in morte Viaticum, cap. Pœnitentes, in fine,
26 5. distinct. Sed suis tempore interdicti Eucharistia non conceditur, vt tenet glossa in cap. final. in vet. Admittantur, & Abb. hic in vltimo notab. num. 4. & Nauarr. in Manual. cap. 27. num. 178. Tertium Sacramentum est Chrismatis. Et quamuis textus similiter exprimat de pueris, tamen
27 idem in adultis, vt in dicto cap. Quoniam: nam etsi hoc Sacramentum regulariter non sit necessitatis, est tamen complementum Baptismi, vt in d. cap. De his verò, de consecr. distinct. 5. & ibi gloss. final. Atque, vt Vrbanus inquit epist. 1. ad omnes Christianos, cap. 7. [Omnes fideles per manus impositionem Episcoporum Spiritum sanctum post Baptismum accipere debent, vt pleni Christiani inueniantur] refertur in cap. Omnes, eodem distinct. & not. gloss. fin. hic, & Host. in fine, in ver. Ad confirmationem, non quod prima gratia per Confirmationis Sacramentum conferatur: & ante Confirmationem per Baptismum originale peccatum non deleatur, qui est peruersus nonnullorũ hæreticorũ error; sed quia per Confirmationem baptismalis gratia roboratur, vt explicat Suarez tom. 5. disput. 34 sect. 2. Ad hoc cap
28 Spiritus Sanctus, de consecrat. distinct. 5. Et eadem ratione in die Cœnæ Domini permittitur cōfectio Chrismatis, quæ ad Confirmationem, & Baptismum est necessaria, vt in dicto. cap. Quoniam, inf. eodem lib. 6. & consecratio olei bapti-
29 zandorum, vt per Nauarr. loco citato. Sed Sacramentum extremę Vnctionis denegatur, vt in d. cap. Quod in te, & not hic glossa in ver. Præter baptisma, Host. num. 4. in eodem ver. Abb. num. 1. & reliqui, Anton. de Butr. in d. cap. Non est vobis, supra de sponsal. & Syluest. in ver. Interdictum, 5. num. 8. in fine in 7. quæst. De matrimonio autem & Ordine dic vt notatur per DD. in d. cap. Non est vobis, & per Syluest. d. quæst. 7. num. 9. vers. Quinta exceptio, & vers. Sexta est in Ordinum collatione.

30 Vltimo nota ibi. *Ferrarienses Ciues excommunicationis, & interdicti sententijs sint ligati*: omnes ciues vnius ciuitatis pariter, & simul posse non tantum interdici, sed etiam excommunicari, prout hic notant Abb. in 4. notab. num. 4. & Felin. num. 3.

31 QVAERO vtrum Vniuersitas excommunicari possit.

32 Ad euidentiam præmitto secundum Ioan. Mon. & Ioan. Andr. in cap. Romana, num. 7. infra eod. lib. 6. Vniuersitatem dictam esse ab Vniuerso, & vniuersum dici quasi in vnum versum, cum scilicet plures habent ius. vel causam vertendi se in vnum vt faciant Vniuersitatem, eo quod reperiatur hoc eis concessum ab his, qui super hoc ius
33 habent, vt l. 3. ff. de Collegijs illicit. Vnde, vt ipsi diffiniunt, Vniuersitas est plurium corporum inter se distantium vno nomine specialiter eis deputato collectio, vel secundum Oldrad. consil. 315. Circa istud Vniuersitas est multorum in vnum Congre-

Congregatio eidem capiti subiectorum, vel vt
Roman. inquit consil. 409. Quæritur num. 9. est
corpusquoddam, quod ex multis inuicem colle-
ctis conficitur, non autem ex vna sola persona, li-
cet in vna propter casus superuenientiam ius eius
conseruari possit, vt l. Sicut, ad fin. ff. Quod cu-
iusque Vniuers. nom. & not. in cap. 1. sup. de elect.
34 & in cap. Gratum de postulat. Prælat. & quinque
homines faciunt Vniuersitatem castri, vel villæ, vt
notat Bald. in d. cap. 1. num. 8. sup. per text. in l.
fin. C. de testam. vbi propterea infert vt si statuto
caueatur, vt villa teneatur emendare damna com-
missa in suo territorio, & in villa non sint quinque
viri, idest Patresfamiliæ non comprehendatur in
statuto; sed glossa fin. in d. l. Sicut, tenet Vniuer-
sitatem posse constitui per tres, & eam sequitur
Bartol. in l. Prætor. la seconda, num. 1. ff. de vi
35 bonorum raptor. Et Vniuersitatis nomine censen-
tur synodus, concilium, cœtus, conuentus, de
quibus Isidor. in cap. 1. 15. distinct. Et sunt quasi
synonyma, seu idem importantia Vniuersitas,
Communitas, Collegium, Corpus, Societas, vt
dicunt Ioan. Monach. & Ioan. Andr. in d. cap. Ro-
36 mana: nam *Communitas* dicta est à *communis*, &
est *commune* compositum à *cum*, & *munium*,
idest officium, quasi Communio plurium in vnum
officium, cap. Consulti, suprà de Procur. vt quia
habent arcam communem, sigillum commune,
& vnum Rectorem, & similia, arg. c. Dilecta, su-
prà de excess. Prælat. not. Bald. in cap. Cum om-
nes, num. 36. de constit. & dixi in d. cap. 1. de
37 elect. Collegium autem dicitur quasi in vnum
collectum, & est Societas Collegatorum in vno ho-
nore positorum, secundum Ioan. Mon. & Ioann.
Andr. vbi supra. Vel vt dicit Prob. in eodem cap.
Romana, num. 6. Collegium est collectio plurium
corporum rationabilium constituens vnum cor-
pus repræsentatum; omne tamen Collegium est
Vniuersitas, sed non è contra, vt l. Omnibus, ff.
ad Trebell. & not. Bald. in cap. Tertio loco nu. 3.
38 supra de probat. Et hoc potest dici Capitulum, de
quo per Ioann. Andr. & DD. in cap. Capitulum
supra de rescr. Et Episcopus cum Capitulo faciunt
vnum corpus, cuius Episcopus est caput, Cano-
nici membra cap. Nouit, supra de his, quæ fi. à
Prælat.

Quibus præmissis quæstio proposita duas habet
inspectiones. Prima est an Vniuersitas excommu-
nicari possit licitè. Secunda est, an excommunica-
ri possit validè, ita vt sententia excommunicatio-
ni quamuis ferri non debeat, tamen si feratur, li-
get, & tenenda sit.

Circa primam inspectionem, vt videtur expedita
per Constitutionem Innocentij IV. in dicto cap.
Romana, §. In Vniuersitatem, de sentent. excom-
munic. lib. 6. vbi disertis verbis prohibetur ferri
sententia excommunicationis in Vniuersitatem,
vel Collegium, iubeturque promulgari in illos dun-
taxat de Collegio, quos culpabiles esse, constite-
rit. Vnde cum de hoc ibi sit casus apertus, frustra
versantur, qui in dubium reuocant an Vniuersitas
possit excommunicari: cùm præsertim Constitu-
tio illa rationi innitatur sanctæ, quę in littera ex-
primitur ibi [Volentes amicorum periculum
vitare, quod exinde sequi posset cum nonnun-
quam contingeret innoxios huiusmodi sententia
irretiri.]

39 Et confirmatur, quia excommunicationis pœ-
na grauissima est, imò nulla maior in Ecclesia Dei
cap. Corripiantur, 24. quæst. 3. cap. Absit, 11.
quæst. 3. separat enim à Deo, cap. Certum, 24.
quæst. 3. Ab Ecclesia fidelium remouet. cap. Om-
nis, & cap. Seq. 11. quæst 3. tradit Satanæ, cap.
Audi, & æternam damnationem inducit, cap.
Nemo Episcoporum, eadem cau. & quæst. Vnde
40 S. Thom. in 4. distinct. 18. quæst. 2. art. 1. quæst. 2.
ad tertium post Magistrum sententiarum docent
excommunicatum triplex incommodum incur-
rere, quia priuatur gratia Dei, & protectione eius
speciali, & traditur Diabolo corporaliter, & spi-
ritualiter. Quamobrem cum tot, & tam grauia
mala per excommunicationem inferantur, ad vi-
tandum periculum feriēdi innoxios prouidè san-
citum est, vt censura huiusmodi feratur tantum-
modo in personis culpabiles, de Vniuersitate, non
autem in ipsum corpus Vniuersitatis, vel Col-
legij.

41 Atque ita nòn obstat quòd ciuitas, vel Vniuer-
sitas possit interdici, vt hic patet, & sic quando-
que puniantur qui non peccauerunt, vt cap. Non
est vobis, supra de sponsal. & cap. Sanè, il secon-
42 do, de offic. delegat. Quoniam hoc verum est in
pœna interdicti: nam pro peccatis Regis regnum
interdicitur, vt in d. cap. Non est vobis, Ciuitas
pro peccatis Episcopi, vt in d. cap. Sanè, vel Do-
mini, aut Rectoris, vt in cap. Si sententia, de
sentent. excommunic. lib. 6. & monasterium pro
peccatis Abbatis, vt in cap. Cum dilectus, suprà
de relig. domib. non autem in pœna excommuni-
cationis, qua quis plecti non debet, pro peccatis
alienis, vt egregiè probat Augustinus in cap. Si
habes, 24. quæst. 3. & notat hic glossa in ver. Inter-
dicto supposita Host. Io. Andr. & alij inferiùs re-
lati, num. 51.

Rationem diuersitatis assignat Diu. Thom in
4. distinct. 18 quæst. 2. art. 3. quæst. 2. ad secundum,
quia interdictum non est tanta pœna, quanta
excommunicatio; quia interdicti non fraudantur
Ecclesiæ suffragijs, sicut excommunicati.

43 Vnde mos sacrorum Canonum est singulares
tantùm personas anathematis mucrone ferire.
Vniuersitates verò interdicto supponere, vt cap.
Sicut, il terzo, de iureiurand. cap. Cum dilectus,
vers. Mandantes, de relig. domib. & cap. P. & G.
de offic. delegat. nam etsi in compilatione, qua
vtimur, scriptum sit [excommunicationis, & in-
terdicti sententias in personam, & terram eius pro-
mulgares] melius tamen in manuscriptis legitur
[excommunicationis in personam, & interdicti
in terram sententias promulgares] vt ibi est ad-
notatum in gloss. marginali. Et hæc differentia
colligitur etiam ex textu nostro: nam in prima
parte, vbi agit de excommunicatione; loquitur
de ciuibus Ferrariensibus; In secunda verò agens
de interdicto loquitur de ciuitate ipsa, vt obser-
uat Ioan. Andr. num. 3. vers. Et nota quod supra
dixit Ciues.

44 Et propterea in Bulla Cœnæ, §. 2. Omnes, & sin-
guli cuiuscunque status, gradus, seu conditionis
fuerint ab ordinationibus Apostolicis ad vniuer-
sale futurum Concilium appellantes excommuni-
cantur; Vniuersitates verò, Collegia, & Capitu-
la interdicuntur. Quod caput desumptum est ex
Constitutione Pij II. contra appellantes ad futu-
rum Concilium, quæ incipit Execrabilis, in fine,
45 & habetur in Bullar. tom. 1. pag. 316. Et similiter

Vrba-

Vrbanus VI. in Bulla contra officiales laicos relegãtes, seu proscribentes quoquo modo personas Ecclesiasticas, incipien. Quia sicut, §. 1. eodem tom. pag. 229. [Talia, inquit, præsumentes, si singulares personæ fuerint, earum singulas; si verò Communitates, vel Vniuersitates extiterint omnes, & singulos eorum Potestates, Capitaneos, Scabinos, Rectores, Iudices, Consules, & Officiales, & Consiliarios, & priuatas personas, quæ huius sacrilegij principaliores patratores extiterent, excommunicationis sententias, necnon eorum Ciuitates, Terras, Oppida, & Castra inter-

46 dicto subiacere volumus ipso facto.] Vbi obseruandum est per excommunicationem latam in Officiales, vel Consules, non censeri excommunicatum corpus aliquod Vniuersitatis, vel Collegij; quia, vt Bald. inquit in cap. Duobus, n. 15. supra de sentent. & re iudic. Consules Mercatorum non faciunt Collegium, quia essent duo Collegia in eodem subiecto, sed sunt Patres Collegij.

47 Et eodem modo in extrauag. Ioan. XXII. super gentes, de consuet. excommunicantur impedientes ne Legati, & Nuncij Sedis Apostolicæ recipiãtur, aut liberè exerceant officium suum; & eorum Regna, Terræ, & loca quælibet interdicuntur, quamdiù in contumacia duxerint persistendum.

48 Quem morem hoc ipso tempore seruatum vidimus in casu Reipublicæ Lucanæ: nam ciuitatem, statum, & dominium nuper interdixit Episcopus ciuitatis Castelli Commissarius Apostolicus; Vexillifero verò, Antianos, & Officiales, qui pro tempore extiterunt nominatim excommunicatos nunciauit, eo quod nõnullos familiares Cardinales Episcopi, & Inquisitoris cum armis repertos, duosque eiusdem Cardinalis fratres germanos in contemptum, & depressionem libertatis ecclesiasticæ carceribus mancipauerint, & eundem Commissarium à S.D.N. super his specialiter ablegatum admittere recusauerint.

49 Suffragatur etiam huic sententiæ glossa Augustini Matth. 13. ad hoc propositum relata à Diuo Thoma in 4 distinct. 18. quæst. 2. art. 3. quæst. 2. versic. In contrarium, vbi dicit: Princeps, & multitudo non est excommunicanda, idest Princeps cum multitudine, seu Vniuersitate: Nam de Principe solo non ambigitur quin excommunicari queat, cap. Valentinianus, 63. distinct. c. Quoniam, & ibi glossa in ver. Communione, 18. distinct. cap. Duo sunt, 96. distinct. vbi dicitur: [Plerique Pontificum alij Reges, alij Imperatores excommunicauerunt,] & cap. Ad Apostolicæ, de re iudic. & apertiùs hoc ipsum docuit Idem

50 Augustinus lib. 3. contra epist. Parmen. vbi valdè detestatur excommunicationis sententiam latam aduersus multitudinem, etiam manifesti, & notorij peccati ream, refertur in cap. Non potest, 23. quæst. 4. Ad idem textus in cap. Comessationes, in fine, 44. distinct. vbi dicitur: leuissimis quidem, sed instantissimis admonitionibus multitudo frangatur. Ergo non excommunicatione. Et ita ad hoc ponderat illum textum Felin. in cap. Dilectæ, num. 1. versic. Aliam rationem, supra de except. & Philipp. Prob. in d. cap. Romana, nu. 5. de sent. excomm. lib. 6.

51 Quamobrem Vniuersitatem non esse anathemate feriendam censuerunt in d. cap. Romana, infra eodem lib. 6. Innocentius illius Constitutionis Conditor, Hostien. Archid. Ioan. Mon. Ioann. Andr. Lap. Gemin. Ancharan. & Franc. & in hac Decretali glossa in ver. Interdicto supposita, Innocent. in princip. vbi exponit verbum *Ciues*, hic positum, idest Consiliarij, vel alij, qui delinquerent, arg. cap. Veniens, suprà de Simon. & cap. Lator, de Cler. excomm. ministr. quia, inquit, ciuitates non possunt excommunicari: vel Vniuersitas, cap. Romana, infra eodem, cap. Si habes, 24. quæst. 3. vel quod speciales ciues erant excommunicati, sed tota ciuitas interdicta, Host. nu. 3. dicens [Ciuitas excommunicari non potest, & ideo est interdicenda; & Consiliarij, & Maiores, per quos regitur ciuitas, excommunicari possunt: excommunicari enim non debet vnus pro alio, sed bene interdici.] Ioan. Andr. num. 3. [Nota, inquit, quod supra dixit, *Ciues*, hoc pro eo, quia ciuitas non excommunicatur, sed ciues scilicet Consiliarij, & Maiores, per quos ciuitas regitur, excommunicari possunt, allegat d. cap. Romana, infra eodem lib. 6. cap. Dilectus, il secondo, de simon. & cap. Significauerunt, de except. Nec enim excommunicatur vnus pro delicto alterius, licèt benè interdicatur secundum eum Anton. de Butr. num. 8. [Vniuersitas, inquit, non excommunicatur, quia pœna excommunicationis pro delicto alterius quis non ligatur. Sed ciues singulariter benè possunt excommunicari, vt principales ciuitatem regentes.] Idemque totidem ferè verbis repetit Petr. de Ancharan. num. 1. in 1. notab. & sequitur Abb. num. 4 in 4 notab. vbi ait [Nota quod omnes ciues vnius ciuitatis pariter, & simul excommunicari possunt; Et intelligo, quod excommunicatio feratur in personas capaces: nam in Vniuersitatem non debet ferri excommunicatio. Et idem dicit Felin. num. 3. Idem docuit sanctus Thom. in 4. distinct. 18. quæst. 2. artic. 3. quæst. 2. & Turrecremat. in cap. In criminalibus, num. 1. 5. quæst. 3. & ex recentior. Couarr. lib. 2. variarum resolut. cap. 8. num. 8. in fine vbi testatur de communi opinione, Nauarr. consil 24. num. 1. hoc tit. in antiq. Henriq. in Summa lib. 13. cap. 25. §. 4. littera B, & Sayr. de censuris, lib. 1. cap. 8. num. 15.

52 Cæterum etsi prædicta videantur satis clara; in oppositum tamen considero Constitutionem Innocentianam in d. cap. Romana, §. in Vniuersitatem, hoc tit. lib. 6. Ius nouum continere, propterea enim non procedit per viam declarationis. Vnde ante ipsam constitutionem Vniuersitas, vel

53 Collegium benè poterat excommunicari. Ad quod allego tria iura; Primò scilicet textum in cap. Si autem nobis, 11. quæst. 3. vbi Populi, qui non obedierint Episcopo, fiunt extorres à Regno Dei, & à consortio fidelium, & à liminibus Ecclesiæ alieni, & ita excommunicationis sententia innodantur, vt ibi explicant gloss. Archid. & DD. & clarè probatur ex littera; nam illa tria non congruũt nisi excommunicationi, quæ excludit à Regno Dei, cap. Certum, 24. q. 3. à consortio fidelium separat. c. Nihil, & c. Canonica, 11. q. 3. & arcet à liminib. Eccl. c. Cleros, 21. dist. & c. Perlectio, 25. dist.

54 Populus enim nõ est vnum simpliciter, sed aggregatiuè, seu collectiuè: nam decem homines faciunt populum, cap. Vnico, 10. qu. 3. glos. 1. & DD.

55 in cap. 1. supra de elect. & Bartol. in l. Prætor, la seconda, nu. 4. ff. de vi bonorum raptorum, &, vt inquit,

qait Bald. in cap. In pertractandis, nu. 1. supra vt lite non contest. Vniuersitas est duplex, quædam discretorum tantùm, vt Monachorum, & artificum; quædam non discretorum, vt populus: & hanc appellat mixtam, & confusam Vniuersitatem. Secundò allego textum in cap. Significauerunt, vers. Sed à parte, supra de except. vbi contra Capitulū Tornacen. in gradu appellationis fuit opposita excommunicationis exceptio, & textus decidit pec huiusmodi exceptionem Capitulum non repelli à prosequutione appellationis; quia omnis legitima defensio excommunicato in iudicio reseruatur: & ita clarè admittir Capitulum potuisse excommunicari: vnde benè Anton. de Butr. ibi nu. 2. [Nota, inquit, Capitulum posse excommunicari, licèt subdat hodie hoc esse intelligendum, vt in d. §. In Vniuersitatem, & Host. ibi nu. 3. in ver. Contra Capitulum dicit illum textum loqui in simplicitate antiqui iuris, secundum quam & Capitulum, & Vniuersitas excommunicabantur, & dicebantur posse excommunicari. Tertiò ad idem allego textum in cap. Vnico in princip. supra de lit. contest. nam, vt ibi dixi nu. 3. & patet in compilatione antiqua, & recitant ibi Io. Andr. & Abb. vterq; nu. 2. Capitulum S. Quintini irrogauerat iniurias Episcopo Nouiensi, & Episcopus proptee eiusmodi iniurias illud excommunicauit: & quamuis textus simplicitee natret factum, tamen illud non improbat, nec processum irritū decernit ex eo quod Capitulum non potuerit excommunicari, sed ex eo quod litis contestationem non inuenit esse factam, vt ibi dicitur: & ita Capitulum, & Vniuersitas olim excommunicabatur secundum Io. Andr. & Abb. vbi supra, & Butr. nu. 6. in secunda oppos.

56 Cum igitur de iure vereri liceret Vniuersitatem, vel Collegium excommunicare dicimus non esse recedendum à dispositione antiquorum Canonū, nisi quatenus iure nouo reperiantur expressè correcti, l. Sancimus, C. de testam. & l. Præcipimus in fine, C. de appellat. expedit enim iura iuribus concordare, cap. Cum expediat, de elect. in 6. noua autem Constitutio Innocen. in d. cap. Romana, §. In Vniuersitatem, infra eod. lib. 6. non corrigit iua vetus nisi in eo casu, in quo in Vniuersitate reperiantur, aut reperiri possint innoxij, & non culpabiles.

Mouetur enim ratione periculi animarū, quod sequi posset, cùm nonnunquam contingeret innoxios huiusmodi sententia irretiri, vt expressè ibi legitur. Et hanc rationem considerat Host. Ioan. Andr. Butr. Cardin. & alij supracitati, nu. 51. dum firmant idcirco Vniuersitatem excōmunicari non posse, sed interdici, quia pro delicto alterius non potest quis excommunicari, sed benè interdici. Atque ita loquuntur de Vniuersitate illa, in qua aliquis reperitur innoxius; nam si omnes essent culpabiles per excommunicationem Vniuersitatis vnus non ligaretur pro delicto alterius, sed vnusquisque pro suo delicto. Et hanc ipsam rationem ponderat S. Thom. in 4. dist. 18. qu. 2. art. 3. q. 3. dum dicit Ecclesiam prouidè sansisse vt tota Cōmunitas non excommunicetur, ne cum zizania, idest cum delinquentibus, eradicetur & triticum, idest feriantur insontes, & non culpabiles. Ergo si cesset hæc ratio, eo quod appareat totam Communitatem deliquisse, non erit prohibitum in eam proferre excommunicationis sententiam: quod expressè docuit Dominus meus Io. Frāciscus Fagnanus in libello de iust. & validit. cēsurar. Pauli V. in Rempubl. Venetam in 5. par. de censur. pag. 136. vers. Præterea, ait enim: Ideo in Constitutione Innocentij prohibita est excommunicatio in Vniuersitatem, vel Collegium; quia cùm probabile non sit aliquam multitudinem in totam delicto consensisse, iustus cum impio non est condemnandus, vt apertè insinuat dicta Innocentij Constitutio. Quamobrem quoties constat totam Vniuersitatem, vel totum Collegium deliquisse, cessante tunc dictæ Constitutionis ratione, potest excommunicari, allegat Host. in summa, tit. de Contumac. §. fin. vers. Ergo si constat, Lap. Petr. de Anch. & Domin. quos sequitur Franc. in d. cap. Romana, §. In Vniuersitatem, vers. in glos. final. in fine. Et hanc opinionem tāquam dictæ Constitutioni Innocentij, & S. Thomæ verbis congruentem sequitur Tabiena in ver. Excommunicatio 2. vers. Vel accipitur Collegium pro personis applicatis.

57 Nec obstat auctoritas Augustini in d. cap. Non potest, 23. qu. 4. quoniam intelligenda est vbi scandalum timetur, & multorum strages iacent, si seruetur rigor, vt in cap. Vt constitueretur, in fine, 50. dist. aliàs verò si non contemnatur disciplina Ecclesiæ in populo, sed sperari possit foreut patienter sustineant, ferienda est multitudo, cap. fin. de pœnit. distinct. 6. Hæc sunt verba glossæ in cap. Latores, in ver. Multitudinem, de Cler. excomm. ministr. & tenet Syluest. in ver. Excommunicatio, 1.

58 nu. 10. vers. Nec debet: Multitudo quippe peccantium patrocinium errori non parit, vt Hieron. inquit epist. 2. ad Ruffinum, relatus ab Henr. Bolch. in d. cap. Latores; adde D. Thomam in 2. 2. qu. 108. art. 1. ad quintum, vbi dicit, quando tota multitudo peccat esse de ea vindictam sumendam, sicut Aegyptij prosequentes filios Israel submersi sunt omnes in mari rubro, Exodi 14. sequitur Felin. alia cumulans in cap. Dilectæ, n. 6. de exception.

59 Demum cùm in hac materia qui numerus requiratur vt multitudini impunè sit deliquisse, à iudicis arbitrio dependeat, vt ibidem glos. Henr. & cæteri declarant: meritò S. Augustinus Donatistarum, eorumque populorum, qui maiorem Africæ partem occupabant, multitudinem vtpotè immēsam, arbitratus est non debere excommunicatione feriri: vnde secus dicendum est in particulari Vniuersitate, vel Collegio. Ad hoc d. cap. Latores ibi [Si verò multitudinem magnam in hoc deliquisse cognoueris, &c.] Et hanc partem tenet expressè Io. de Anan in cap. Dilectus, il secondo, in 9. col. vers. Vel adde prædictis, de Simon. & Felin. post eum in cap. Dilectæ in Christo, n. 1. col. 2. vers. Limita tamen, supra de except. vbi notabiliter limitant d. §. In Vniuersitatem, Nisi omnes de Vniuersitate essent capaces doli, & culpæ; quia tunc, si omnes essent culpabiles, possent excommunicari per nomen collectiuum: & exemplificant in Collegio Doctorum, in Capitulo, in Conuentu Monachorum, in Consilio populi, & similibus, In quibus cessat ratio d. §. Inducunt Bart. in l. Si grege, ff. delegat. 1. & alijs in locis, vbi tetigit au successores Capituli, quod erat excommunicatum, sint etiam excommunicati: ergo supponit Capitulum esse excommunicabile.

60 His in vtramque partem adductis pro veritate considero Vniuersitatem posse accipi dupliciter ex Syluest. in ver. Excommunicatio 1. nu. 10 Vno

61 modo prout est quid abstractum, & præscindens à singu-

singularibus hominibus: & hoc modo sumpta
Vniuersitas nulla auctoritate etiam Summi Pon-
tificis excommunicari potest; tum quia non com-
municat, cum communicatio in actibus sit singu-
larium, quorum sunt actiones; & consequenter à
communione fidelium non potest excludi: tum
quia cùm sit quid fictum, & intellectuale carens
anima, & baptismo, impossibile est vt per excom-
municationem excludatur à Regno Dei, & trada-
tur Satanæ, iuxta textum in cap. Certum, 24. qu. 3.
& cap. Audi, 11. qu. 3. & in specie not. Archid. in d.
cap. Romana, nu. 5. in ver. In Vniuersitatem; & hoc
62 intendunt ibi Io. Mon. & Io. And. ambo nu. 9. dum
dicunt Vniuersitatem, Communitatem, Societa-
tem, Collegium, seu Capitulum dici vnum nō sim-
pliciter, sed aggregatiuè, vt Arca est vnum aggre-
63 gatione, & Domus, & Grex, quia decem oues fa-
ciunt gregem, vt l. Oues, ff. de abig. & ob hoc nullū
horum est persona vera, quæ est rei rationabilis in-
64 diuidua substantia. Vnde Collegium, & alia huius-
modi dicuntur persona non vera, sed representa-
65 ta, vt l. Mortuo, ff. de fideiussor. Item Vniuersitas
caret anima, & baptismo: ergo non est capax im-
pressionis excommunicationis, quæ non ligat nisi
personam veram, cap. P, & G. supra de off. deleg.
cap. Sicut il terzo, de iureiur. & principaliter ani-
mam, vt in cap. 1. infra hoc tit. lib. 6. Et si contra
66 fiat nihil agitur, quia secūdum Philosophum 2. de
Anima; Actus actiuorum sunt in patiente benè
dispositoad quod facit l. Pater Seuerinano, §. Cō-
ditionum, ff. de condit. & demonstr. ita Io. Mon. &
Io. Andr. vbi supra, & idem Monach. in cap. Vt cir-
ca, de elect. lib. 6. Gemin. & Præpos. in cap. Sicut
vir, 7. qu. 1. relati à Philippo Probo in d. cap. Roma-
na, nu. 5. vers. Vt veniamus ad intentum, infra eod.
lib. 6. & Marian. Socin. in cap. Mulieres, in 7. prin-
cipali articulo nu. 15. supra eod. Oldrad. cons. 65. in
fine, vers. Punitur etiam pœnis, vbi refert Ioannem
XXII. semel in Consistorio dixisse Vniuersitatem
non posse excommunicari; & hoc quia non habet
animam, nec personam veram, sed fictam, Feder.
de Sen. cons. 15. Quæstio talis est, nu. 6. vers. eudem
modo, & Turrecrem. in cap. In criminalibus, nu. 1
5. qu. 3. vbi ait Vniuersitatem, vel Collegium pu-
niri posse non capitaliter, non corporaliter, vel
spiritualiter, idest per excommunicationem, cùm
sit corpus inanimatum. Et hoc ipsum firmat Host.
67 in d. cap. Romana, n. 5. ait enim [Dicas ergo quod
quantumcumque Vniuersitas, vel Collegium ex-
communicetur, numquam Vniuersitas est excom-
municata, nec excommunicari potest; quia cum
hac sententia ligetur anima solummodo creaturæ
rationabilis, cap. Si quis Presbyterorum, supra de
reb. Eccles. non alienan. & baptiatæ, cap. Omnis
Christianus, 11, qu. 3. patet quod Vniuersitas, quę
nec animam habet, nec baptizata est, excommu-
68 nicari non potest. Sicut enim res Vniuersitatis
non sunt singulorum, nec contra, §. Qui manumit-
titur. 12, qu. 2. sic nec animæ singulorum sunt Vni-
uersitatis: nam Vniuersitas vnum corpus est, l. 1.
ff. Quod cuiusque Vniuersit. & monstruosum esset
vt vnum corpus Vniuersitatis haberet plures ani-
mas: sed si animæ singulorum considerarentur,
tot haberet corpus Vniuersitatis animas, quot sunt
singuli, nisi forsan videantur animam ponere, quam
falsò fingit Auerroes, quæ secundum ipsum ho-
minibus est communis, quod esset hæreticum di-
cere, & insanum; ideoque hac naturali ratione
considerata ad excommunicandum tale corpus,
sicut est Vniuersitas, vel Collegium, naturaliter
non est aptum] Hæc Hostiensis.
69 Eodem argumento vtitur Gemin. nam actus, &
passiones prout consistunt in facto, sunt singulorū,
non Vniuersitatis, cap. 2. de restit. lib 6. & cap. Si
sententia, §. 1. de sentent. excomm. eod lib. Vniuer-
sitas autem, vel Collegium non est quid singulare,
nisi per representationem, l. Mortuo, ff. de fideius-
sor. Tunc arguit sic [Excommunicatio ligat per-
sonam veram, non representatam] cap. P. & G. de
off. deleg. & cap. Sicut il terzo, de iureiur. & haben-
tem animam rationalem, cap. Si quis, de reb. ec-
cles. non alien. sed hæc omnia cessant in Vniuersi-
tate: ergo Vniuersitas non est excommunicabilis,
ita Gemin. in cap. Sicut vir, in glos. 3. 7. qu. 1. & Fe-
lin. post alios in cap. Dilectæ in Christo, num. 1. vers.
70 Tu vide Dominicum, supra de exception. Itaque
si hoc modo sumatur Vniuersitas, quæstio propo-
sita est de indubitabili; quia ad hoc vt quis ligetur
sententia excommunicationis, infrascriptæ qua-
litates ex necessitate requiruntur, videlicet vt sit
creatura, seu persona vera, rationabilis, mortalis,
baptizata, subdita, doli capax, quam theoricam
ponit, & per partes explicat Marian. Socin. in d. c.
Mulieres, in 7 principali articulo, nu. 12. supra eod.
Nulla autem ex his qualitatibus concurrere potest
in Vniuersitate, si accipiatur vt quid abstractum,
& segregatum à singularibus personis, vt ad sen-
sum patet.
71 Quinimò hoc modo sumpta Vniuersitas non
modo non est capax excommunicationis, sed nec
interdicti. Textus est, ni fallor, satis clarus, in cap.
Si sententia, infra eod. lib. 6. vbi interdicta ciuitate,
vel populo fit resolutio in singulares personas. Et
redditur ratio, ne alioquin sententia effectu ca-
reat, cùm diuinorum auditio, & Sacramentorum
perceptio populo vt vniuersis non cōpetant: ergo
inanis est sententia interdicti lata in Vniuersita-
tē, vt est quid præscindens à singularibus personis:
quod clarius patebit ex dicendis infra n. 73. & seq.
72 Alio modo accipi potest Vniuersitas pro sin-
gularibus personis omnibus collectiuè, itaut cum
controuertitur an Vniuersitas excōmunicari pos-
sit, hoc sit in quæst. an singuli de Vniuersitate pos-
sint collectiuè omnes, & vniuersaliter excōmuni-
cari, siue dicatur, excommunico totam Vniuer-
sitatem, vel Collegium, siue omnes de Vniuersita-
te, vel Collegio, hæc enim non differunt secundum
Syluest. vbi supra. In quibus terminis loquitur d. §.
In Vniuersitatem: non enim prohibet, vt multi
putarunt, quominus excommunicari possit Vni-
uersitas vt est quid abstractum, & præscindens à
singularibus personis; quia huic abstracto non
congruit ratio illa periculi animarum in textu ex-
pressa, sed loquitur de Vniuersitate in ordine ad
personas de Vniuersitate existentes, quæ possunt
esse innoxiæ; & ideo non debent excommunica-
tionis sententia irretiri, vt ibi declarat Franc. n. 3.
vers. Loquitur enim iste textus quando profertur
in Vniuersitatem animo ligandi singulos: & Fe-
lin. in cap. Dilectæ, nu. 1. supra de except. Io mare-
73 tia enim, cuius corpus non est capax, interdictum
corporis respicit singulos, vt inquit Io. Andr. in d.
cap. Romana, nu. 2. per d. cap. Si sententia, inf. eod.
74 lib. 6. Vnde vt dicebat Innoc. in d. cap. Romana,
nu. 3. vers. Ex isto loco, & post eum Io. Andr. d. n. 2
si litteræ impetrentur contra Capitulum, vt coga

tur

tur ad alicuius receptionem, Delegatus compellet singulos Canonicos ad receptionem ipsius, licèt litteræ tantùm contra Capitulum, & non contra singulos Canonicos sint imperratæ: & hoc est ea ratione, quia mandatum factum Capitulo vt aliquid faciat, intelligendum est vt Canonici, & alia membra Capituli illud faciant, cap. Pro illorum, supra de præben. quia Capitulum, quod est nomen intellectuale, & res incorporalis nihil facere potest, nisi per membra sua.

75 In Vniuersitate autem hoc secundo modo considerata credimus esse distinguendum inter Papã, & Prælatos inferiores. Et quidem à Papa ambigendum non est, quin Vniuersitas, Collegium, Senatus, & huiusmodi excommunicari possint. Ra-
76 tio est, quia prohibitio Innocentij in d cap. Romana, § In Vniuersitatem, infra eod. lib. 6. est iuris merè positiui, cùm nulla ratio naturalis, aut diuina repugnet, quin personæ de Vniuersitate si omnes sint culpabiles simul, & collectiuè excommunicari valeãt sub nomine Vniuersitatis: quid enim interest inspecto Iure naturali, & diuino an sententia excommunicationis feratur in omnes de Collegio, an in Collegium? Iure autem veteri hoc non erat prohibitum, vt ostensum est supra nu. 52. At Romanus Pontifex prædecessorum suorũ Constitutionibus non adstringitur, cùm sit supra omne ius humanum positiuum, cap. Proposuit, de conc. præb. §. His ita, 25. qu. 1. vbi dicitur [Sacrosancta Romana Ecclesia ius, & auctoritatem sacris Canonibus impertitur, sed non eis alligatur; habet enim ius cõdendi Canones, vtpote quæ caput est, & cardo omnium Ecclesiarum, à cuius regula nemini dissentire licet: ita ergo Canonibus auctoritatem præstat, vt seipsam non subijciat eis] Hæc ibi. Vnde Constitutio Innocentij non ligat successores tam ex defectu voluntatis, quàm potestatis; textus est singularis in cap. Innotuit, §. Quamuis autem, supra de elect. ibi [Cum ea non fuerit prohibentis intentio, qui successoribus suis nullũ potuit in hac parte præiudiciũ generare, pari post eum; imò eadem potestate functuris, cùm nõ habeat imperium par in parem] Et docet S. Thom. quodlib. 4. art. 13. & in 1. 2. qu. 96. art. 5. ad 3. Et in terminis prædictæ prohibitionis Innocentij tenet Syluest. in ver. Excommunicatio, primo, n. 50. vers. Si autem Papa excommunicet, qui non subijcitur d. cap. Romana, & Dominus meus Io. Franciscus Fagnanus in præcitato libello de iust. & valid. censur. par. 5. de censur. fol. 136. vers. Respondetur
77 Pontificem iuri positiuo, quod habetur in d. cap. Romana non subesse. Et huic sententiæ obseruantia etiam subsequuta auctoritatem contulit temporibus nostris, vt in eod. libello d. par. 5. vnde temerarium esset hoc amplius in dubium reuo-
78 care. Nam obseruantia, & consuetudo Romanæ Ecclesiæ præualet auctoritati cuiuscumque Doctoris, vt inquit S. Thom. in 2. 2. qu. 10. art. 12. vnde art. 2. docuit contra auctoritatem Romani Pontificis nec Hieronymum, nec Augustinum, nec aliũ sacrum Doctorem suam sententiam defendere: & cum eo est, & sequitur Turrecre. in cap. 1. dist. 10. Atque ita non obstat quod dixit Augustinus de excommunicatione in multitudinem non ferenda præter ea, quæ dicta sunt supra n. 57. Hæc de Summo Pontifice ....

79 Cæterùm inferioribus Prælatis existimo absolutè prohibitum esse excommunicationis senten-

Prosp. Fagn. in 2. par. 5. lib. Decretal.

tiam ferre in Vniuersitatem, vel Collegium: nam etsi possibile sit omnes de aliqua Communitate deliquisse, tamen raro hoc contingit, & iura adaptantur ad frequentiùs accidentia, l. Nam ad ea, ff. de legib. Ergo standum est generali prohibitioni Innocentij in d. cap. Romana, §. In Vniuersitatem, infra eodẽ, lib. 6. licèt in aliquo speciali casu omnes, & singuli de Vniuersitate deliquerint. Quam rationem ponit Richard. in 4 distinct. 18. qu. 5. ar. 3 & post eum Felin. in cap Dilectæ, nu. 1. vers. Aliam rationem, supra de exception. & Philipp. Prob ad Monach. in d. cap. Romani, nu. 5. eodem vers. Præ-
80 terea textus in d. §. In Vniuersitatem, non fundat suam prohibitionem in eo, quod in Vniuersitate actu reperiantur innoxij; sed in eo, quia potest contingere vt reperiantur: atque ita se fundat in sola possibilitate vt sic eligatur pars tutior, & periculum animarum vitetur. Et quia semper est possibile, vt in Communitate reperiatur aliquis, qui delicto non consenserit; propterea nullo casu ab inferioribus à Papa tota Communitas ferienda est anathemate: non enim est nouum in iure vt prohibitio generaliter fiat ad cautelam eorum, quæ possunt contingere, vt cap. Dixit Dominus, 32 qu. 1. l. Diuortio, ff. de negot. gest. cap. Licet, supra de elect. cap. Ad aures, de tempor. ordinat. cum concord. in proposito adductis per glos. in d § In Vniuersitatem, in ver. Esse potest, & Host. nu. 5. in
81 eodem ver. Et hoc apertè sensit D. Thom. in dist. 18. qu. 2. art. 3. q. 2. ait enim [Excommunicari non debet aliquis, nisi pro peccato mortali; peccatum autem in actu consistit; actus autem non est Communitatis, sed singularum personarum vt frequenter] & ideo singuli de Communitate excommunicari possunt, non autem ipsa Communitas: & quamuis quandoque actus sit totius alicuius multitudinis, vt quando multi nauim trahunt, quam nullus trahere posset; non est probabile vt aliqua Communitas ita tota ad malum consentiat, quin
82 aliqui sint dissentientes. Et quia non est Dei, qui iudicat omnem terram, vt cõdemnet iustum cum impio, vt dicitur Gen. 18. Ecclesia, quæ iudicium Dei imitari debet, satis prouidè statuit vt tota Communitas non excommunicetur, ne collectis zizanijs simul eradicetur & triticum. Seruent er-
83 go Episcopi Constitutionem Innocentij, sicut tenentur, quia sunt custodes Canonum, cap. Cum quibus, 24. qu. 3. & debitores omnes sacras regulas custodire, cap. Cum simus, 9. qu. 3. nec possunt institutionis Apostolicæ decreta in totum, vel in partem aliqua ratione conuellere, vel mutare, cap. Institutionis, 25. qu. 2. plenè Archid. in cap. Licet canon, nu. 3. vers. Et ibi assertiuè dixit, de elect. lib. 6 Federic. de Sen. cons. 17. Quæstio talis est, per totum, Petr. de Anchar. in repet. cap. 1. num. 188. vers. In contrarium, & num. 190. vers. Accedit his vtilis quæstio, supra de Constitut. & ibi latissimè in cap. Cum dilectus, de tempor. ordinat.

84 Præsertim verò, quia nulla ratio cogere potest Episcopum ad ferendam sententiam excommunicationis in ipsam Vniuersitatem, vel Collegium, cum circa transgressionem prohibitionis Innocentij possit habere intentum dicendo: *Excommunico Priores, & omnes de tali Collegio, qui parere noluerunt, vel mandato meo rebelles*: Hoc enim non obstat Decretali Innocentij, & licitè fieri potest, vt docet Host. in summ. tit. de contumacia, §. fin. versic. Ergo si constat, allegat cap Proponi, supra,

de Cler. excomm. ministran. & cap. Pro illorum, de præben. & idem firmat, in d. cap. Romana, num. 7 in ver. Innoxios, & ibi etiam Lap. Gemin. & Ancharan. quos sequitur Franc. in gloss. final. in fine, & Philipp. Prob. num. 9. & Felin. in cap. Dilectæ in Christo, num. 1. supra de exception.

Nec obstat si dicas cum Syluestro in ver. excõmunicatio, 1. num. 10. idem esse excommunicare totum Collegium, vel omnes de Collegio. Etenim hoc debet intelligi si excommunicentur omnes de Collegio simpliciter, secus si omnes de Collegio, qui fuerunt mãdato rebelles, vel culpabiles, prout loquitur Host. hic enim modus multũ differt ab excommunicatione simpliciter lata in Collegium. Ratio differentiæ est, quia quando excommunicantur omnes de Collegio, qui fuerunt culpabiles, nullum subest periculum irretiendi innoxios; & sic cessat ratio prohibitionis d. §. In Vniuersitatem.

85 Secus est quando excõmunicatur ipsum Collegium, vel Vniuersitas delinquens; quia stant simul vt Collegium dicatur deliquisse, & tamen aliqui de Collegio reperiantur innoxij, vt contingit quando delinquit maior pars Collegium repræsentans: Nam ipsum Collegium deliquisse dicitur, l. Quod maior, ff. ad municip. Oldrad. consil. 315. circa istud, num. 4. plenè Ancharan. consil. 158 Ex narratis, num. 12. & seq. Host. in d. c. Romana, num. 9. & ita in excommunicatione Collegij, seu Vniuersitatis semper viget ratio periculi animarum in textu considerata, quæ non viget in excommunicatione omnium de Collegio
86 qui fuerunt culpabiles. alia est enim causa Capituli, alia Canonicorum, §. Qui manumittitur, 12. quæst. 2. Innoc. in d. cap. Romana, num. 2. in ver. Culpabiles, & Host. num. 11. in eodem ver. Federic. de Sen. cons. 15. in princip. vers. Præterea aliud, & aliud delictum Vniuersitatis, vel Capitu-
87 li, aliud singulorum, vt latè deducit Rota decis. 1. incipien. Citatis Decano cum Capitulo, de dolo, & contumac. in antiquior. vbi propterea resoluit Canonicos singulares citatos, etiamsi fuerint cõtumaces, non posse excommunicari pro Capitulo non comparente: vbi decreta fuit citatio contra Decanum, & Capitulum. Et idem dixit decis. 315. incipien. Nota quòd vbi mandatur citari Decanus, & Capitulum, aliàs 1. de senten. excommun. in antiquis.
88 Circa secundam inspectionem, an scilicet excommunicatio in Vniuersitatem lata liget, & timenda sit: si quidem feratur à Summo Pontifice non est dubitandum quin liget omnes de Vniuersitate: quia ipse non subiacet prohibitioni iuris positiui, d. c. Romana, §. In Vniuersitatem, infra eodem lib. 6. vt latè ostensum est supra, nu. 75.
89 & seqq. Quinimmo huiusmodi sententia ligantur etiam innoxij, elatè deducitur ex littera dicti §. In Vniuersitatem, dum prohibet excommunicari Vniuersitatem, vel Collegium, ne irretiantur
90 innoxij. Ergo circumscripta illa prohibitione, cui non subiacet Romanus Pontifex, etiam innoxij, & non culpabiles per huiusmodi excommunicationem irretiuntur intellige quoad Ecclesiam; secus quoad Deum, cuius iudicium nec fallit, nec fallitur, cap. A nobis, il secondo, supra eodem, & ita tenet, & declarat glossa in d. §. In Vniuersitatem, in ver. Irretiri, & Ioann. Andr. & Franc.
91 vterque num. 3. in eodem ver. Item intellige quoad personas capaces excommunicationis: nam infantes, vel furiosi non ligantur etiam quoad Ecclesiam. Nec mirum, quia excommunicari quis non potest, nisi pro graui contumacia, & culpa mortali, cap. Nemo, 11. quæst. 3. sed tales non possunt delinquere, nec mortaliter peccare, vt in cap. 1. & 2. supra de delict. puerorum. Ergo nec ligari excommunicationis sententia, ita Marian. Soccin. in cap. Mulieres, num. 41. supra eodem.
92 Ecclesia enim non potest per excommunicationẽ excludere a regno Dei nisi indignos, qui per peccatum mortale charitatem amiserint, vt per Diu. Thomam in 4. distinct. 18. quæst. 2. articulo 1. quæst. 3.
93 Sin autem excommunicatio in Vniuersitatem feratur ab inferioribus à Papa, duæ sunt opiniones, Prima est Host. Ioan. Mon. Archid. & Fran. quorum meminit glos. in d. cap. Romana, §. In Vniuersitatem: in ver. Penitus, infra eodem lib. 6 existimantium sententiam non tenere, & idem Archid. in cap. Sicut, in glossa 2. 7. quæst. 1. Philipp. Franc. in d. §. In Vniuersitatem, num. 2. & Philipp. Prob. in addit. ad Monach. num. 12. Felin. in cap. Dilectæ in Christo, num. 6. supra de except. vbi etiam allegat Richard. in 4. distinct. 18. quæst. 5. artic. 3. & Rotam decis. 1. de dolo, & contumac. in antiquioribus, quam retuli suprà, num. 87.
94 Fundatur principaliter hæc opinio in verbis d. §. In Vniuersitatem, ibi, *penitus prohibemus*, quæ dicuntur potestatis priuatiua, vt notat Ioan. Andr. in cap. Vnico, num. 2. de postul. Prælar. lib. 6. ibi, *penitus*, ac si dicat ipso iure, & sine exceptionis ope; idcoque huiusmodi excommunicationis sententia dicitur ipso iure nulla, tanquam à non suo iudice lata, cap. At si Clerici, supra de iudic. cum similibus, & ita Host in d. cap. Romana, num 4. exponit verbum, *penitus prohibemus*, quasi dicat, in hac parte potestatem omnino subtrahimus. Et sic in hoc casu de cætero lata sententia nulla erit, arg. cap. 1. de verborum signific. lib. 6. & idem dixit Ioan. Monac. & alij præallegati. Secus si diceretur proferre non præsumat, in quibus terminis secundum Hostien. loquitur textus in cap. Romana, §. Officiales, de offic. Ordin. lib. 6.

Preterea, vt post Ioann. Andr. aduertit Franc. in d. § Vniuersitatem, num. 3. versic. Et ex istis verbis liquet, ibi, *est fortior prohibitio, quàm in d. §. Officiales*, cùm illic sit vera persona, & etiam materia capax, & apta ad recipiendum hanc pœnam; licèt modus non sit aptus. At secus est in Vniuersitate, vt mox dicitur. Deinde pro nullitate sententiæ adducitur ponderatio, de qua supra num. 64. quia Vniuersitas non est materia capax impressionis excommunicationis, cum sit persona ficta, & intellectualis sine anima, & baptismo.
95 Nec dicatur: Excommunicatio lata in Vniuersitatem referenda est ad singulos de Vniuersitate; siquidem si hoc esset, sequeretur absurdum, vt etiam puer vnius diei, & absentes ligarentur, vt in d. cap. Romana, considerant Innocent. num. 1. in ver. In Vniuersitatem, Host. num. 8. Ioan. Mon.
96 num. 10. & Ioann. Andr. num. 9. in fine. Item secundum gloss. in cap. Sicut vir, 7. quæst. 1. hinc sequeretur aliud absurdum; nàm mortuis omnibus

de Capitulo excommunicato, & alijs substitutis est idem Capitulum, vt l. Sicut, §. final. ff. quod cuiusque Vniuers. nom. Ergo adhuc esset excommonicatum, si priores Canonici non fuissent absoluti. Quod an sit verum quærit Bart. in l. Inter stipulantem, §. Sacram, in fin. ff de verborum oblig. & in l. Quod in rerum, §. final. de legat. 1. nihil tamen decidit, sed remittit ad Canonistas in cap. Aduersus, supra de immun. Eccles. & Innoc. in cap. Grauem, supra eodem, quos videas, & glos. in cap. Si habes, 24. quæst. 3. & quod notatur in cap. Si sententia, eodem tit. in 6. & Marian. Socin. in cap. Nulli, in 7. principali articulo, q. 3. supra eodem.

97 Et confirmatur ex motiuo Saliceti in cõs. Schismatis edito per Vrbanum VI. incipiteo Factum, aliàs de curia Romæ transmissum, in 23. col. relati à Felin. in cap. Dilectæ num. 1. col. 2. vers. Et illum paragraphum supra de exception. videlicet præsupposito genere non deducibili incapaci in sua generalitate, non fit distributio, vel diffusio in eius species, vt illæ intelligantur per se deductæ; vnde excommunicata Vniuersitate, & sic genere incapaci, non sunt excommunicati singuli, licèt excommunicabiles.

Ac postremò si teneret excommunicatio, non esset prouisum periculo animarum, cui obuiare voluit text. in d. § In vniuersitatem, vt considerant Richard. de Media villa, & Felin. locis citatis.

98 Addit Francisc. Bottinus in d. cap. Romana, relatus ibi à Ioan. Andr. n. 7. vers. Et idem Franciscus, hoc esse priuilegium Vniuersitatis, contra quod sententia lata non tenet, vt in cap. Quia cunctis, de concess. præben. lib. 6. & in cap. Volentes, de priuileg. eodem lib. & sequitur Philipp. Franc. in d. §. In Vniuersitatem, num. 2.

99 Non obstat illud generale; *Si non valet vt ago, valeat vt valere potest*, de quo in cap. vnic. de desponſ. impuber. lib. 6 quoniam intelligi debet nisi sequatur inconueniens, vt ibi. Hoc autem etiamsi per talem sententiam ligarentur singuli de Vniuersitate, contingeret vnius diei puerum, vel absentem ligari, quod esset absurdum, vt dictum est supra proximè, num. 95 vnde agere in singulis in hoc casu non est posse, cùm potentia sit de genere bonorum secundum Philosophum. Et propterea illud possumus, quod commodè possumus, l. Nepos Proculo, ff de verborum significationibus. Et quod de iure possumus, cap. Nisi cum pridem, §. Personæ verò, & ibi glos. in ver. Non oportuerit, supra de renunciat. cum concordant, de quibus per Prob. in d. cap. Romana, num. 10. in fine, in ver. Bonorum, & num. seq. Et ita ad hanc obiectionem respondent ibi Ioan. Monach. & 10. Andr. num. 9. in fine, vers. Nam si referatur, & Franc. in §. In Vniuersitatem, num. 3. vers. Nec obstat si diceretur.

100 Item non obstat quod etiam sine culpa ligari quis possit sententia excommunicationis, vt videtur deduci ex d. §. In Vniuersitatem, in vers. Innoxios, eo quod sententia Pastoris siue iusta sit, siue iniusta, semper timenda est, cap. 1. & §. Cum

101 ergo, 11. quæst. 3. Etenim vt respondet Arcbid. in d. cap. Romana, num. 6. hoc verum est quando lata est per Pastorem, & Iudicem ordinarium, & in talem, qui etiam si sit sine culpa, tamen culpam committere potuit pro qua excommunicatus est, sicut si esset doli capax; verùm si nec culpam commisit, nec committere potuit, vt infans; tunc non ligat, nec timeri debet. Sicut in simili si excommunicetur notoriè eunuchus eo quod ex Moniali filium generauerit prætextu talis excommunicationis vitari non debet, licèt in sententia expressum non fuerit eum esse eunuchum, cum culpam, pro qua fuit excommunicatus, nec cõmiserit, nec committere potuerit, secundum Archidiac.

Si autem excõmunicatio in Vniuersitatem promulgata referenda esset ad singulos, ligaret etiam infantes, quod est absurdum, & consequenter qui excommunicat Vniuersitatem non intendit irretire singulos, sed corpus ipsum Vniuersitatis, quod est impossibile, cum sit sine anima, & baptismo, vt ex dictis patet.

102 Contrariam opinionem, idest sententiam excommunicationis latam in Vniuersitatem esse validam, & ligare singulos de Vniuersitate doli capaces, tenet Bernard. & post eum gloss. in d. cap. Romana, §. in Vniuersitatem in ver. Penitus, hoc titulo lib. 6. & sequuntur ibi antiqui teste Felino in cap. Dilectæ in Christo, num. 6. supra de exception. Idem tenet Anton. de Butr. in cap. Vnico, num. 6. suprà de litis contestat. vbi ait: Olim excommonicabatur Capitulum, hodie standum cõtrario, vt in d. §. In Vniuersitatem, si tamen feratur; excommunicatio etiam hodie tenet, vt hic, Petr. de Anchar. in d. cap. Romana, num. 4. in ver. Prohibemus, vbi dicit eo verbo non obstante sententiam latam tenere, licèt sit iniusta. Et idem secundum eum tenet Lap. Abb. Et propterea in simili sententia excommunicationis lata contra Constitutionem, cap. Sacro, supra eodem, & cap. Cum medicinalis, eodem tit. lib. 6. non est nulla secundum Bernard. Hostien. & alios, dummodo feratur ab Ordinario, vt in d. §. In Vniuersitatem, & in cap Sententia Pastoris, & ibi per Archidiac. in ver. De hoc, 11. quæst. 3. Secus si feratur à Delegato, quia tunc est nulla secundum Ancharan. qui de hoc remittit ad notata per Archid. in c. Cum in illis, de præbend. lib 6 & in cap. 1. de offic. delegat. eodem lib subdens hęc esse verba ipsius. Et eiusdem sententię videtur esse Innocen. in c. Capitulum, num. 1. in ver. Appellationem, vbi tenet in casu illo sententiam excommunicationis latam in Capitulum non solum fuisse validam, sed etiam iustam. Et hanc partem tanquam tutiorem amplectitur etiam Dominus meus Ioan. Franciscus Fagnanus in eodem libello de Instit. & validit. censur. Pauli V. par. 5. de censur. fol. 137.

103 Doctores pro hac sententia nihil adducunt, sed simpliciter dicunt illam esse tutiorem. Probari tamen potest hoc præcipuo fundamento: nam etsi actus gestus contra prohibitionem legis sit ipso iure nullus, etiam si lex vlterius non procedat ad irritationem actus, vt l. Non dubium, & ibi not. Bart. Bald. & Legistæ, C. de legibus, quæ est canonizata in cap. Imperiali, 25 quæst. 2. tamen hoc habet locum dumtaxat si eodem cõtextu lex tribuat potestatem faciendi actum illum, & præscribat conditiones, & modificationes prohibendo ne aliter fiat; tunc enim recipitur potestas qualificata, seu modificata; & ideò actus non seruatis modis præscriptis à lege, redditur nullus ex defectu potestatis. Secus verò si lex conditiones præscribat, & prohibitionem faciat ei, qui priùs potestatem, vel iurisdictionem habebat, quia tunc actus

contra legis prohibitionem gestus sustinetur in vim potestatis præexistentis, licèt transgrediens sit puniendus, & sententia est iniusta, sed non est nulla. Hæc est singularis theorica glossæ in Clem. 1. in ver. Inhibentes, vers. Sed quæro, de iurepat. quā sequitur Petr. de Anchar. in cap. Statutum, §. fin. vers. Aduerte, de rescript. in 6. Abb. in cap. Ex parte, nu. 5. supra de Constitut. Roman. cons. 203. Quoad primum, nu. 7. sed Episcopi, & locorum Ordinarij ante prohibitionem Innocentij in d. cap. Romana habebant potestatem excommunicandi Vniuersitatem, vel Collegium, vt probatum est supra n. 58. ergo excommunicatio lata in Vniuersitatem cōtra prædictam prohibitionem non est nulla, licèt sit iniusta. Et hanc differentiam post Archid. optimè agnouit Petr. de Ancharan. in d. cap. Romana, nu. 4. in ver. Prohibemus, dum dixit excommunicationem tenere non obstante prohibitione illius textus, si lata fuerit ab Ordinario, & Pastore. Nimirum quia facultas excommunicandi, quam prius habebat, nō fuit ei per illam prohibitionem adempta; secus verò si feratur à Delegato, qui eodem contextu accipit iurisdictionem restrictam, & modificatam ad terminos eiusdem prohibitionis.

104 Et hanc partem arbitror esse amplectendam, quia cùm in hoc articulo adsint vtrinque grauiorum Canonistarum auctoritates, & rationes suasibiles; atque ita versemur in concursu duarum opinionum probabilium; ex præcepto eligenda est opinio tutior propter periculum animæ, vt latissimè probaui in cap. Ne innitaris, supra de Constitut. & in materia excommunicationis docet Sanctus Thom. quodlib. 4. art. 14.

105 Nō obstat quod verba illa, *penitus prohibemus*, quæ habentur in d. §. In Vniuersitatem, sint potestatis ablatiua: siquidem nullibi hoc iure probatur, sed tantummodo fuit intellectus Hostiensis, & sequacium, contra quos stat auctoritas glossæ, & aliorum, quos retulimus supra nu. 102. dum enim tenent sententiam excommunicationis latam in Vniuersitatem valere, non obstante prohibitione illius textus; in necessariam cōsequentiam tenent per illa verba non esse ademptam excommunicandi potestatem; alias enim sententia esset nulla ex defectu potestatis, vt in cap. At si Clerici, de iudic. & in l. vlt. C. Si à non compet. iud. cum multis simil.

106 Non obstat quod Vniuersitas tamquam persona ficta sine anima, & Baptismo non sit materia capax excommunicationis: nam hoc procedit si Vniuersitas accipiatur in abstracto præscindendo à singularibus hominibus: secus verò si accipiatur pro singularibus personis omnibus collectiuè, vt distinximus supra nu. 60. Hoc enim modo sumpta Vniuersitas nihil aliud est, quàm singuli homines, qui sunt ibi, vt inquit Petr. de Anchar cons. 158. Ex narratis, nu. 22. ad fin. post glos. in l. Sicut, §. Si quid, in ver. Non debetur, ff. Quod cuiusque Vniuers. nomine, & not. Bart. in l. Aut facta, §. Nōnunquam, nu. 3. ff. de pœn. dicens hoc tenere omnes Philosophos, & Canonistas, qui tenent totum realiter non differre à suis partibus, & subdit eos verum dicere, si loquamur realiter, verè, & propriè, licèt secus sit secundum fictionem iuris.

107 Vnde egregiè Imol. in cap. Capitulum, penult. col. de rescript. dicit valere excommunicationem, si constet excommunicantem vtentem verbo collectiuo velle excommunicare singulos, vt res potius valeat, quàm pereat; cap. Abbate, inf. de verb. significat. & sequitur Felin. in cap. Dilectæ in Christo, nu. 1. col. 2. vers. Dixit etiam egregiè Imola, supra de exception.

108 Quinimò id constanter tenendum videtur: nam ridiculum esset vt Iudex intenderet sententia excommunicationis ligare corpus illud phantasticū, seu imaginarium, quod est nomen iuris in abstracto, sicut homo in communi non capax parentelæ, vt inquit Feder. de Sen. cons. 15. Quæstio talis, in princip. hoc enim modo posset excommunicari etiam Chimæra, & Hippocentaurus: quotiescumque autem aliquis actus fit contra Vniuersitatem, qui non potest applicari Vniuersitati, vt est excommunicatio, quæ non afficit nisi animam baptizatā; tunc applicatur singulis personis, cap. Si sententia, in fine, de senten. excomm. lib. 6. Federic. de Sen. d. cons. 15. nu. 4. vers. Nam quando. Et hoc intendit Hostien. in cap. Significauerunt, in ver. Contra Capitulum, nu. 1. & 2. supra de exception. dum dixit impossibile iuris esse vt Capitulum, & Vniuersitas excommunicetur, nisi intelligatur Capitulū, idest singuli de Capitulo, facit textus optimus iuncta glos. in cap. Præsentium, de testib. nam cum textus ibi dicat iuramentum esse recipiendum in animas Conuentuum, glossa exponit illud verbum, *Conuentum*, idest singulorum de Conuentu; quia, inquit, Conuentus, sicut Vniuersitas non habet animam.

109 Nec vrget replicatio, de qua supra nu. 95. quod si sententia excommunicationis lata in Vniuersitatem referenda esset ad singulos de Vniuersitate, sequeretur inconueniens vt tali sententia ligaretur etiam puer vnius diei; quoniam negatur hæc consequentia: nam etsi possibile sit vt tali sententia irretiantur innoxij, vt probat litera d. cap. Romana, §. In Vniuersitatem, infra eod lib. 6. nihilominus hoc intelligi debet de his tantùm, qui quamuis sint sine culpa, tamen culpam committere possunt; & ita procedit ille textus, dum dicit, *quia nonnunquam contingeret, &c.* non autem de his, qui nec sunt, nec possunt esse culpabiles, vt declarat Archid. in d. cap. Romana, num. 6. & dictum est supra nu. 101. & probatur apertissimè: nam excōmunicatio si feratur in singulos de Vniuersitate, valida est secundum omnes hic, & in d. cap. Romana, & tamen non ligat infantes. Item tenet excommunicatio lata à Summo Pontifice in Vniuersitatem, vt fusè probatum est supra num. 75. & 88. & tamen per eam non ligantur qui doli non sunt capaces, vt dixi nu. 91. ergo non est bona consequentia, excommunicans Vniuersitatem intendit excommunicare singulos de Vniuersitate, & sic ligat singulos: ergo ligat etiam puerum vnius

110 diei, quia dispositio quantumcumque generalis semper recipit sanum intellectum vt restringatur ad personas habiles, & capaces, cap. vnic. de ætat. & qualit. lib. 6. Dec in cap. Cum omnes, in 2. lect. n. 2. sup. de Constit. Ias. in l. 2. § Præter, n. 3. ff. qui satisd. cogan. Item restringi debet ad id quod est possibile, arg. cap. Erit autem lex 4. dist. at non est possibile vt infans vnius diei anathemate innodetur, vt ostensum est supra eod. nu. 91.

111 Non obstat motiuum Saliceti, de quo supra nu. 97. nam responsio patet ex dictis nu. 73. & 108. vbi ostensum est in materia, cuius corpus non est capax, fieri distributionem in singulis; & ita corruit

illius

illius motiuum; & contra eum videtur text. apertus in cap. Si sententia, in fine ponderatus vt supra nu. 71.

112 Non obstat cōsideratio Richardi de Media Villa, quod aliàs non esset consultum periculo animarum: etenim eadem obiectio fieri posset in qualibet sententia excommunicationis iniusta: quæ prohibetur ferri propter animarum periculū, & tamen lata ab Ordinario, & Pastore tenet, vt in cap. Sententia Pastoris, & ibi per Archid. in ver. de hoc, 11. qu. 3. & in specie in cap. Romana, §. Officiales, de offic. Ordin. lib 6. Archiepiscopo existente in prouincia, vel circa illam, eius officiales prohibentur ferre excommunicationis sententiam in Suffraganeos; & tamen lata tenet secundum Bernat. ibi in glo. in ver. Non attentent, quam sequuntur Doctores ibi, & hic Host. num. 4. in verb. *penitus*, & alij communiter. Et est ratio secundum glos. quia quamuis sufficiat legislatorem aliquid prohibuisse, etiamsi non adijciat actum fore nullum, vt l. Non dubium, C. de legib. tamen speciale est in sententia excommunicationis, vt iniustè lata liget, cap. 1. 11. qu. 3. cap. Sacro, infra eod. & docet S. Thomas in 4. distinct. 18. qu. 2. art. 2. quæst. 4.

113 Vnde Sacra Congregatio Concilij consulta an excommunicationes latæ ab Episcopo non seruata forma Concilij cap. 3. sess. 25. sint ipso iure nullæ, vel annullandæ; respondit esse validas, & excōmunicatum indigere absolutione, per ea, quæ tradit Abb. post glo. in cap. 1. de confess. Prælator. & Felin in cap. Rodulphus, nu. 76. de rescript. videlicet excommunicationem latam sine citatione, & monitione, vel iuris ordine nō seruato tenere, quamuis iniusta sit, licèt Sacra Congregatio noluerit vt darent litteræ publicæ, sed vt Cardinalis Alciatus priuatis litteris scriberet ad Episcopum valere excommunicationem, sed illum seriò moneret vt in posterum omni diligentia seruaret formam Concilij.

114 Nec est nouum in iure, vt propter animarum periculum aliquid prohibeatur; & tamen si contra fiat, teneat, vt in cap. Nos nonimus, 17. qu. 2. in cap. Si vir, 27. dist. & in cap. Ad Apostolicam, supra de regular. Nec tamen propterea Innocentianæ prohibitio erit inanis: quia Ordinarij cum maiori circumspectione, & ratiùs procedent ad sententiā excōmunicationis contra Vniuersitatem: nam contrafacientes puniri poterunt tamquam illius Canonis violatores, vt dicitur in d. §. Officiales, & ibi not. glos. præalleg.

115 Demum ad motiuum Francisci Boattini, de quo supra nu. 98. responderi potest prohibitionem d. §. In Vniuersitatem, non fuisse editam in fauorē Vniuersitatis, sed ob specialem rationem periculi animarum, ne irretiantur innoxij, nec ibi legitur verbum, *concedimus*, seu *indulgemus*, vel aliud simile, ex quo deprehendi possit Papam voluisse priuilegiare Vniuersitatem, ad notata in c. Porrò, supra de priuileg. & in c. Si Papa, eod. tit. lib. 6. Deinde destruitur hoc motiuum per textum in d. §. Officiales: nam ibi magis videtur concessum Episcopis Suffraganeis in priuilegium ve excommunicari nequeant ab Officialibus Archiepiscopi; quia in textu exprimitur ratio concernens fauorem eorumdem Suffraganeorum, videlicet ob reuerentiam Pontificalis officij; & tamen sententia excōmunicationis ab Officialibus contra tenorem dictæ concessionis valida est, vt dictum est supra proximè: ergo multo magis valere debet sententia lata contra prohibitionem d. §. In Vniuersitatem, in qua exprimitur alia ratio non concernens fauorem Vniuersitatis.

Concludit ergo excommunicationem latam in Vniuersitatem, vel Collegium ligare, & timendam esse, dummodo lata fuerit ab Ordinario, & Pastore; secus si à Delegato per ea, quæ dicta sunt supra nu. 103.

De Sentent. excomm.

Cap. Inquisitioni.

1 INQVISITIONI. Si coniux scit pro certo impedimentum matrimonij, non debet reddere debitum, sed potius excommunicationem pati; reddit autem, sed non exigit, si credit ex causa probabili, & discretam; sed si ex leui, & temeraria, reddit, & exigit. Hoc dicit secundum Io. Andr. & communiter Doctores. Et primò ad casum, de quo quæritur, distinguit: & primum membrum prosequitur ibi, *in primo*. Circa secundum subdistinguit ibi, *in secundo*: & tertium subdistinctionis membrum prosequitur ibi, *Verum cum*.

Nota ex hac Decretali differentiam inter fidem, seu plenam credulitatem, & opinionem, & scrupulum: & pro intelligentia horum terminorum, & textus vide quod plenè scripsi in repetitione cap. Ne irritatis, à num. 240. vsque ad num. 263. sup. de Constit.

De Sent. Excomm.

Cap. Sacro.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus excommunicare non debet nisi monitione præmissa, & ex manifesta, & rationabili causa, & nu. 4.*
2 *Subditus qui falsò conqueritur se excommunicatum iniustè, punitur.*
3 *Excommunicatio dicitur iniusta ex causa, ex animo, & ex ordine, & nu. seqq.*
5 *Excommunicatio fertur propter contumaciam perseuerantiam, & nu. 12. & nu. 22. & nu. 29.*
6 *Excommunicatio ferri non debet nisi trina monitione præmissa: vel vna pro omnibus cum competentibus dierum interuallis, nu. 16.*
Et quid post Concilium Trident. nu. 19.
7 *Prælatus excommunicans vnica monitione præmissa, non incidit in pœnam huius Decretalis.*
8 *Monitio ex causa est arbitraria, & potest omitti quando est periculum in mora.*
9 *Monitio debet præmitti quando excommunicatio fertur pro culpis præteritis, secus si pro futuris.*
10 *Monitio non requiritur si excessus sit notorius.*
11 *Contrarium.*
12 *Declaratur.*
13 *Monitio non est necessaria si excommunicatio fertur ad defensionem futuris.*

Præ-

14 *Pralatus Regularis si excommunicet Monachum non præmissa monitione, & non in scriptis, aa incidat in pœnam interdicti per mensem ab ingressu Ecclesiæ, & num seq.*

15 *Regulares excusantur ab apicibus Iuris quoad extenuandam delicti grauitatem, non quoad excludendum delictum in totum.*

17 *Excommunicatio non præmissa monitione est iniusta, sed non est nulla, nisi feratur in participantes & num, 24 & 26*

18 *Excommunicatio ex Concilio Tridentino non fertur nisi in subsidium, idest vbi executio realis, vel personalis in causis tam ciuilibus, quam criminalibus fieri non potest, & num. 25. & 35.*

Si tamen feratur ea forma non seruata est valida, & excommunicatus indiget absolutione, nu 26.

20 *Monitio ex Concilio Tridentino potest fieri etiam per edictum, sed de iure communi fieri debet personaliter.*

21 *Fallit in quatuor casibus hic positis.*

23 *Excommunicationis pœna nulla est maior in Ecclesia.*

24 *Separat à Corpore Christi, & non infligitur nisi pro culpa mortali cum contumacia, & num. 29.*

27 *Excommunicationis materia, & illius cognitio spectat ad iudicem Ecclesiasticum tantum, & num. seqq. vsque ad num. 34.*

28 *Eius vsus fuit in Ecclesia etiam temporibus Apostolorum.*

30 *Iudici sæculari nefas est prohibere iudici Ecclesiastico ne quem excommunicet, vel mandare, vt latam excommunicationem reuocet.*

Nefas, idest impium, & execrabile, ibidem.

31 *Parlamenti Dolensis edictum circa censuras à iudicibus Ecclesiasticis latas improbatur, & num. seqq*

32 *Excommunicatio vbi minus ritè, rectève lata fuit, ad solum Superiorem Ecclesiasticum spectat errorem corrigere.*

33 *Episcopi, & Prælati sunt executores decretorum Concilij, Principes verò tantùm sunt moniti vt ad ea exequenda Prælatis auxilium præstent.*

34 *Iudex si velit excommunicare contumaces an sit necesse, vt constet in actis executionem realem, vel personalem fieri non posse, & num. seqq vsque ad num 41.*

35 *Remedia seueriora non sunt adhibenda, vbi leuiora sufficiunt.*

36 *Iudex debet iudicare secundum acta, & probata.*

37 *Notorium iudici vt iudici ex actis constare debet esse tale.*

38 *Principis assertioni bona ob rebellionem publicantis non statur nisi de rebellione constet.*

39 *Excommunicationes ad finem reuelationis relinquuntur arbitrio iudicis.*

40 *Auditoris Cameræ stylus in censuris decernendis, & num. 55.*

41 *Censuræ an possint relaxari contra vnum ex duobus reis insolidum obligatis in forma Cameræ si contra alium tamen possit fieri executio realis, vel personalis, & num. seqq vsq. ad num. 54.*

Et quid si ex instrumento obligationis; vel ex actu iudiciario susceptionis censurarum iam legitimè fuerit irrogata excommunicatio, & sic agatur de declaratione excommunicationis iam incursa, num. 54. 55. & 56.

42 *Obligationis Cameralis practica antiqua hic relata, fuit abolita post Concilium Tridentinum, & reformationem Pij V.*

43 *Pensionarij declarari possunt excommunicati etiã si contra eos executio realis, vel personalis fieri possit, & num 56.*

44 *Censuræ secundum stylum hodiernum obligationis Cameralis non sunt relaxandæ contra reos, si fieri possit executio realis, vel personalis.*

45 *Pronomen*, ipsum *est personalissimum, & demonstratiuum ad oculum.*

46 *Reis duobus insolidum obligatis, creditor à quo maluerit potest debitum exigere.*

47 *Nec conuentus potest opponere exceptionem discussionis, vt correus conueniatur.*

Declaratur num. 53.

48 *Ordinario remedio quandiu locus esse potest, non est confugiendum ad extraordinarium.*

39 *Fideiussor excutiendus est prius quàm deueniatur ad carcerationem principalis.*

50 *Confideiussoris facultates aggregatæ censentur, cum quæritur, an soluendo sit principalis fideiussor.*

51 Excommunicationis *ferendæ causa in obligatos in forma Cameræ est contumacia.*

52 *Iudex suum non tuum tibi denegat auxilium.*

53 *Iudex supplet ex officio vbi vertitur periculum animarum.*

55 Excommunicationis *gladius ex Concilio Tridentino in subsidium est adhibendus vbi agitur de excommunicatione ferenda; non autem vbi agitur de declaratione excommunicationis iam incursa.*

56 *Tridentinum Concilium c. 3. vers. In causis sess. 25. non habet locum in pensionarijs vigore litterarũ, quibus cauetur, vt lapso termino sententiam excommunicationis incurrant.*

57 Incurrat *verbum, importat excommunicationem ipso iure.*

58 *Monitoria ad finem reuelationis quoad subditos Abbatis iurisdictionem quasi Episcopalem habentis petenda sunt a Sede Apostolica.*

59 *Et quid si Abbas habeat dictam Iurisdictionem in vna parte Diœcesis, sed appellationes ab ipso ad Episcopum interponantur, & n. seqq vsq. in fin.*

60 *Prælati inferiores habent iurisdictionem in certa parte Diœcesis duplici modo.*

61 *Iisque negligentibus an succedat in eorum iurisdictionem Papa, an Episcopus.*

62 *Papa est Iudex ordinarius exemptorum.*

63 *Prælatus inferior quomodo possit præscribere iura Episcopalia in aliqua parte Diœcesis.*

64 *Appellatio ab inferiori Prælato ad Episcopum est effectus iurisdictionis habitualis apud Episcopum remanentis.*

1 SACRO. Prælatus excommunicare non
debet nisi monitione præmissa, & ex mani-
2 festa, & rationabili causa, & contra facien-
ti pœnam imponitur; secundò punit subdi-
tum, qui fallò conqueritur se excommunicatum
iniustè. Tertiò dicit quid iuris si Prælatus dicens
se errasse, vult excommunicatum absoluere, & ad-
uersarius appellat. Secunda ibi *rerum*. Tertia
ibi *si verò* Io. Andr. Butr. Card. Anchar. Abb. Felin.
& Mar. Soccin.

3 Nota ex hoc textu sententiam excommunicationis dici iniustam tribus modis, de quibus plenè habetur in cap. Episcopus §. Si ergo, & cap. Non debet §. Cum ergo, 12. quæst. 3. & in cap. Cum medicinalis, infr. eod. lib. 6. & hic notant glos. 3. Host. num. 3.

num. 3. Io. Andr. num. 14. Butr. n. 18. & alij com-
muniter. Roman. cons. 368. circa Primum, nu. 13.
vers. Quod autem. Primò enim dicitur iniusta ex
causa, idest quando non subest legitima, aut vera,
vt patet in tex. ibi: *absque manifesta, & rationa-
bili causa*, & latius dicam infra num. 5. 12. & 22. se-
cundò ex animo, scilicet, quando fertur potius ad
vindictam, quam ad correctionem: nam quod se-
veriùs castigare necesse est non plectatur sæuientis
animo, sed medentis, cap. Odio, 86. dist. tertiò ex
ordine, scilicet quando competens monitio non
4 præcessit, vt in littera, & notant omnes in summ.
sex. sicut enim citatio prærequiritur ad alias sen-
tentias, ita etiam monitio ad sententiam excom-
5 municationis, quia excommunicatio fertur pro-
pter contumaciæ perseuerantiam, cap. Nemo, il
secondo, 11. quæst. 3. & ibi Præpos. num. 3. ver-
sic. Item nota, quod nemo, Abb. supra in hac
rubrica, num. 1. Felin. hic, num. 7. vnde monitio
requiritur, vt à contumacia desistat, vt bene hic
6 per Butr. num. 2. Dicitur autem monitio compe-
tens, idest trina, cap. de illicita, 24 quæst. 3. & cap.
Contingit, il secondo, supra eodem, cum concord.
ibi positis in gloss. in verb. Tertiò, & hic notant
gloss. 1. Host. in princip. in verb. Nisi competen-
ti, Butr. num. 10. Si tamen Prælatus excommuni-
7 caret subditum vnica tantùm monitione præmissa
non incurreret pœnam huius Decretalis, & quan-
doque expedit, ita fieri secundum Innocent. hic,
num. 1. in verb. Admonitione, arg. cap. Tuæ, su-
pra vt lit. non contest. & cap. 8. in fin. 4. quæst. 5.
8 Quinimo ex causa monitio arbitraria est: quid
enim si paratæ sint partes ad arma, & ad monitio-
nem Episcopi superuenientis nolunt à pugna de-
sistere: ideo ad ipsos ecfrænandos statim excom-
municat omnes pugnantes: vtique ab omni pœ-
na excusabitur arg. L. æquissimum, ff. de vsufruct.
cap. 1. supra, de tregu. & pac. cap. Siquis contri-
tarus, & cap. seqq. 90 distinct. & notatur in cap.
Statuimus, § 1. de offic. delegat. lib. 6. & hic fir-
mat Host. in princip. versic. Vel ex causa arbitra-
ria, subdens & alia multa posse afferri exempla,
in quibus vna monitio sufficit: pletumque enim
nec tempus, nec locus patitur pleniùs deliberan-
di consilium, l. 1. eesp. 1. ff. de exercit. act. & ff. de
damn. infect. & propterea hæc Decretalis cautè
non dixit trina, sed competenti, quasi dicat arbi-
traria, arg. cap. fin. supr. de transac. Et cum Host.
concord. Fel. hic num. 4. vbi alijs relatis concludit
Prælatum posse excommunicare non præmissa
monitione, quando periculum est in mora. Et
sit prima declaratio ad regulã huius Decretalis.
9 Declaratur secundò, vt locum habeat si excom-
municatio feratur pro culpis præteritis; secus verò
si pro culpis futuris, quia tũc nulla requiritur mo-
nitio, vt hic declarant Innoc. num. 1. Host. eod.
num. qui ad hoc allegat cap. fin. in fin. suprà de
locat. Io. Andr. num. 2. & Felin. num. 5. plenè La-
pus alleg. 73. Prælatus Regularis num. 1. & 2.
10 Declaratur tertiò, vt non procedat si excessus
sit notorius, quia tunc nulla requiritur monitio,
Ita post Innocent. Host. Butr. & DD. concludit
Felin. hic nu. 3. in 1. limitation.
11 Sed oppositum ex diametro determinat idem
Innoc. hic num. 1. dicens monitionem esse neces-
sariam etiam in notorijs, & in omnibus præteritis.
Et eum totidem verbis sequuntur Host. num. 1.
Io. Andr. num. 2. Archid. in cap. indignè, num. 2.
12. quæst. 2. & notat glos. 1. in cap. Ecce 24. q. 3.
vbi ait esse ibi argumentum quod monitio requi-
ritur etiam in notorijs. Item glos. in cap. De illi-
cita in verb. Manifestorum eadem caus. & quæstio-
ne vbi similiter ait esse ibi argumentum quod in
manifestis criminibus præcedit admonitio. Pedec
de Senis cons. 11. Incip. Quæritur an excommuni-
catio nu. 10. vers. Quod quartò, dicens quantun-
cunque delictum sit notorium, nunquam posse
aliquem propter hoc excommunicari iustè, nisi
primò moneatur, vt satisfaciat.
12 Pro cõcordia dicas, hanc vltimam opinionem
Innoc. & sequacium procedere vbi solum delictũ
est notorium, sed non constat de contumacia: cum
enim excommunicatio ab homine feratur tantũ-
modo contra perseuerantem in contumacia, vt cõ-
stat ex dictis sup. n. 5. sẽper requiritur admonitio, vt
à cõtumacia desistat quantũcunq; delictũ sit noto-
riũ, vt probatur in d. c. De Illicita, 24 q. 3. vbi delic-
tũ supponitur manifestũ, & tamen requiritur trina
monitio, vel vna pro omnibus peremptoria, vt si
parere noluerit aduersus eum quasi in contuma-
cem iudicari possit, vt dicitur in littera, vt notat
glos. in cap. Cum medicinalis in verb. Causam, infra
eod. lib. 6. & sic ponderatur contumacia, quæ sur-
git post monitionem, licèt delictum sit manifestũ.
Prima autem opinio locum habet quando ipsa
contumacia est notoria, tunc enim superuacua est
admonitio cap. Venerabilibus, §. Porrò, ibi [Se-
cus autem si se contumacem confiteatur, vel aliàs
de sua contumacia constet] de sent. excõm. lib. 6.
& hic iunge quę scripsi in c. Cũ ex iniuncto nu. 43.
cum quatuor seqq. supra de nou. oper. nunciat. &
ad præscripta vide Aretinum cons. 163. num. 9.
vers. Et tamen ijs non obstantibus.
13 Declaratur quartò nisi excommunicatio fera-
tur ad sui iuris defensionem, quia tunc Prælatus
potest vim propulsare, & ius suum tueri armis spi-
ritualibus, vt cap Dilecto, infra eod. lib. 6. nec vl-
la requiritur causæ cognitio, aut monitio, quia
non procedit vt iudex sed vt pars. Ita Innoc. in
cap. Venerabili; num. 4. vers. Quia illa habent, &
ibi etiam Butr. num. 10. vers. Quartò supra de cẽ-
sib. quos sequitur Felin. hic num. 6. Lap. d. alleg.
73. num. 3. dixi plenè in cap. Procurationes à n. 27.
& præsertim num. 3. de censib.
14 Declaratur quintò in Prælato Regulari quia
si monachum excommunicat non præmissa mo-
nitione, & non in scriptis non incidit in pœnam
interdicti per mensem ab ingressu Ecclesiæ, de
qua in hoc cap. Vt concludit Felin. hic num 7. al-
legando tex. in c. 1. de sent. excomm. lib. 6. & Lap.
d. alleg. 73. vbi plenè.
15 Sed contrarium tenet Idem Lap. alleg. 13. incip.
Hic concludit, vbi firmat Prælatum religiosum,
qui excommunicauit monitione non præmissa,
non excusari ab errore iuris, neque ab irregulari-
tate, si sic suspensus ignoranter celebrauit quia
licèt excusetur, tamen quoad extenuandam gra-
uitatem delicti, non quoad tollendum delictum
ex toto. In 1. alleg. Lap. videtur loqui de excom-
municatione lata pro culpis futuris, in 2. verò pro
culpis præteritis.
16 Extra præscriptos casus, etsi qui sint alij, non
debet quis excommunicari nisi monitione præ-
missa, & monitio debet esse trina, vel vna pro om-
nibus cum aliquot dierum competentibus inter-
uallis, vt est determinatum in cap. Constitutionẽ,
§. Sta-

§.Statnimus, infra eod.tit.lib.6.& hic notant Butr. nu.20.& Felin.nu.1. ad hoc cap.De illicita,24.q.3. practicam ponit Couarr. in cap. Alma mater, hoc tit.lib.6. par.1.prælect.§.9.nu.5. videlicet, moneo te ad hoc faciendum, vel non faciendum infra quindecim dies,quorum quinque pro prima,quinque pro secunda, & reliquos quinque pro tertia monitione assignamus.

17 Ceterū si monitio prætermittatur, non propterea excommunicatio redditur nulla nisi in casu cap. Statuimus infra eod. lib.6. videlicet cum excommunicatio fertur in participantes cum excommunicato, & ita intelligas glos.2.hic in fin. ibi [Non tenet sententia, si admonitio non præcedat] vt hic declarat Felin nu 2. post Io. Andr. & alios per eum allegatos, quibus addo Feder.de Sen. d.cons. 11.Quæritur an excommunicatio.nu.1. & 7. vers. Et per hoc tolluntur, & alij in responsione ipsius Federic.ibi nu. 10 quibus in locis firmat excommunicationem latam non præmissa trina monitione non esse nullam, sed iniustam, & ideo timendam; quod etiam tenent Domini de Rota decis.7 nu 1.de sent excomm.in nouis. Hactenus de iniustitia excommunicationis ex causa, ex animo, & ex ordine in terminis iuris communis,

18 Sed de iure nouissimo Concilij Tridentini hæc tria non sufficiunt, sed requiritur vt excommunicatio in subsidium feratur; nam Sancta Synodus animaduertens excommunicationis gladium si temerè, aut leuibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quàm formidari, præcepit omnibus iudicibus ecclesiasticis, vt in causis ciuilibus abstineant se à censuris, vbi executio realis, vel personalis propria auctoritate ab ipsis fieri poterit; quod si huiusmodi executio non possit fieri, sitque erga iudicem contumacia, tunc eos etiam anathemate arbitrio suo ferire possit. Sed & in causis criminalibus ita demum censuris vti liceat, si executioni reali, vel personali factiè locus esse non possit, & delicti qualitas præcedente bina saltem monitione etiam per edictū id postulet, vt in c. 3. sess.25.de reformat.

19 Ex hoc contextu collige primò tria requisita ad hoc, vt quis possit iustè excommunicari. Primum est, vt præcedat monitio saltem bina, & ita hac in parte receditur à dispositione iuris cōmunis,quod regulariter trinam requirebat, vel vnam pro omnibus cum competentibus dierum interuallis, vt
30 ostensum est supra num.6. & 16. Item ex Concilio sufficit monitio etiam per edictum; cum tamen de iure veteri debeat fieri personaliter, vt determinat Innoc.in cap.Si aduersarius,num.1.vers. Est enim semper citandus, supra de eo, qui mitt. in poss.caus.re. seruan.Rota decis.28. nu.5. de appell, in antiq. nisi in quatuor casibus. Primus, quan-
31 do excommunicatus latitat, vel in fraudem se absentat, Rota in nouis decis.11.in fin.de dol.& contum. Secundus, quando semel fuit citatus personaliter, vt in decis. vnica de ferijs in nouis, Tertius, quando monitio, vel citatio ad domum peruenit ad notitiam citati. Quartus, quando fuit malè absolutus, & agitur de reincidentia, Rota decis.7 de sent.excomm.in nouis, Couar. in c. Alma mater, in 1. par. relect. §. 9. num. 4. hoc tit. lib.6.

32 Secundum requisitum, quod eligitur ex Concilio in d. cap.3. sess.25 ad hoc vt quis possit iustè excommunicari pro causa ciuili, est contumacia, vt patet ibi, sitque contra iudicem contumacia, veluti si peremptoriè citatus coram iudice tenuit comparere,de iustitia responsurus; vel quia iussus, vt infra talem diem centum Tirio solueret,ad quę illi ex causa depositi tenebatur, facere recusauit, vt declarat glos.in cap.Cum medicinalis, in verb. Causam, de senten. excomm. lib.6. quod & iure veteri sancitum erat, vt cap.Nemo,il secondo,11. qu.3.cap.De illicita, 24. qu.3. & dictum est supra nu.5. & 12. Et in causis criminalibus præter con-
21 tumaciam exigitur, vt delicti qualitas id postulet; & meritò quia pœna excommunicationis nulla est maior in Ecclesia, cap.Corripiantur,24.qu 3.& qu. 1.cap. Non affirmamus. Illa enim separat à
24 corpore Christi, quod est Ecclesia,cap.penult.infra eod & cap Engeltrudam,3. qu.4. glos. hic in verb. Tantam infligere pœnam; & ideo non infligitur nisi pro culpa mortali cum contumacia,dicto cap. Nemo, il secondo, 11. qu.3. Capella Tholosan.decis.298.

25 Tertium requisitum est,vt censura in subsidium feratur, scilicet vbi fieri non potest executio realis, vel personalis siue causæ sint ciuiles, siue criminales, quod iure communi cautum non erat, quin potius ordine inuerso primò vtendum erat gladio excommunicationis, eoque non proficiente in subsidium deueniendum erat ad capturam, seu personalem districtionem, vt cap. Odoardus, & ibi Abb.in 1.& 2.notab.de solution. dixi in cap. Licet, nu.28.de pœnis.

26 Verumtamen Sacra Congregatio eiusdem Concilij interpres consulta, an excommunicationes latæ ab Episcopo non seruata forma cap.3. sess.25. de reform.sint ipso iure nullæ, vel inualidæ, respōdit esse validas, & excommunicatum indigere absolutione, per ea quæ tradit Abb. post glos in c.1. de excess Prælat.& Felin.in cap.Rodulphus,nu.76 de rescript.excommunicationem latam sine citatione, vel monitione, vel eius ordine non seruato tenere, quamuis iniusta sit.

27 Deinde collige ex præcitato cap. 3. §.Sanè, sess. 25. excommunicationis materiam, & illius cognitionem ad ecclesiasticos iudices pertinere priuatiuè ad iudices laicos: ad idem cap.Corripiantur, cum glos.1. 24.qu.3.cap. Cum ab Ecclesiarum, vbi etiam glos 1.supra de offic Ordin. nam excommunicatio mucro episcopi dicitur,gladius ecclesiasticus,spiritualis defensio, & neruus ecclesiasticæ disciplinæ, cap. Visis,16.qu.2.& cap Dilecto, de sent. excomm. lib.6. cuiusque vsum fuisse in Ecclesia, &
28 temporibus Apostolorum patet ex verb.Matth.18 *Si autem Ecclesiam non audierit, &c.* & 1. ad Corin.
29 5. cuius etiam meminit Cyprianus in hæc verba [Interfici iussit Deus Sacerdotibus suis non obtemperantes iudicibus à se ad tempus constitutis obedientes;& tunc quidem gladio occidi debent, quando & circumcisio carnalis manebat; nunc autem quia circumcisio spiritualis esse ad fideles seruos Dei coegit spirituali gladio superbi, & contumaces necantur, dum de Ecclesia eijciuntur; neque enim viuere foris possunt, cùm domus Dei vna sit, & nemini salus nisi in Ecclesia esse possit]
30 Hæc ille. Quamobrem Sancta Synodus ne magistratus sæculares ex eo decreto ansam arriperent sibi aliquam iurisdictionem vindicandi in materia excommunicationis, prouidè statuit per hæc formalia verba [Nefas autem sit(idest vt Drotæus ait in methodo iuris, impium, & execrabile,de

quo

quo ne fati quidem liceat,) sęculari cuilibet magistratui prohibere ecclesiastico iudici, ne quem excommunicet, aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet sub praetextu, quod contenta in praesenti Decreto non sint obseruata, cùm non ad saeculares, sed ad ecclesiasticos haec cognitio pertineat] Haec ibi.

31 Sed nihilominus cùm in Curia Parlamenti Dolensis relatum esset à Regis Secretario, quod Cōcilij Tridentini decretis interdictus, & prohibitus erat vsus gladij excommunicationis pro contumacia, & executione sententiarum ecclesiasticarū quotiescumque executio realis, vel personalis fieri possit, & quod eius Maiestas vt tam sancto Decreto effectum daret, voluerat vt omnes sententię ecclesiasticorum iudicum, quae ipso iure deberent exequutioni mandari, non obstante appellatione, suspendantur, donec obtentum sit mandatum in Curia dicti Parlamenti, in qua declarabitur an sit locus executioni reali, vel personali: Prohibuit Senatus Curiae, ne aliqui se censuris non seruata dicta forma lacesserent sub poenis, &c. Sacra Congregatio Concilij censuit hoc Decretum conuellere iurisdictionem ecclesiasticam contra Canones veteres, contra Concilium, quod dedit hoc arbitrium Episcopis, contra Bullam Coenae Domini, quae eos excommunicat, qui quomodolibet impediunt iurisdictionem ecclesiasticam: Regem autē, vel Senatum non potuisse sibi quicquam iurisdictionis vindicare in materia excommunicationis. Si qui autem in ea abusus irrepserint, debuisse consulere Pontificem, ad quem solum spectat tollere eos: ideo Cardinales Vrsinus, & Senonensis censuerunt mittendum Nuncium ad Regem: caeteri verò ne detegatur hoc negocium, & alijs de causis scribendum ad Nuncium vt alloquatur Regem cum informatione plena, quae à Congregatione firmabitur, in qua adducantur rationes, quod hoc est contra Canones, contra Bullam Coenae Domini, contra seruitium Dei, salutem illarum animarum, contra publicam vtilitatem illius prouinciae, contra etiam priuatum interesse ipsius Regis, quia hac via ei subtrahitur obedientia Regni, quia Hugonotti nihil aliud affectant, quàm euertere potestatem Episcoporum Catholicorum. Ideoque instet omninò, & iubeat reuocari hoc edictum, & aboleri, & abradi de libris, in quibus scriptum est: quod si Rex se difficilem ostendens, dicat expressè Sanctissimum si viderit Regem non prouidisse, coactum iri exercere potestatem spiritualem contra Senatum Dolensem.

Rationes autem, quibus mota est Congregatio separatim fuut adnotatae manu Cardinalis Alciati in hanc formam

32 [Tota materia excommunicationis est solius iudicis ecclesiastici, cap. Corripiantur, vbi glos. 24. qu. 3. & cap. Cum ab Ecclesiarum, vbi glos. de offic. Ordin. Abb. in rubr. de sent. excomm. n. 3. & quando excommunicatio minus ritè, rectéue lata est ab ipso iudice ecclesiastico, ad solum Superiorem ecclesiasticum pertinet hos errores corrigere, cap. Per tuas, cap. Sacro, de sent. excomm. vbi Abb.

33 Idque praecipuè dicendum si facta sit contra formam Decretorum Concilij, quorum obseruandorum cura mandata est tantùm Episcopis, & alijs Praelatis ecclesiasticis: Reges autem, & alij Principes tantùm sunt moniti, vt ad ea exequēda Prelatis, cùm opus fuerit, auxilio suo adsint; & si quid in hoc difficultatis emerserit, cōsulendus est Summus Romanus Pontifex, vt Decreto eiusdem Concilij sancitum est sess. 25. tit. de reip. & observand. Praeterea Concilium d. cap. 3. dicit quod si executio realis, vel personalis hac ratione, idest propria auctoritate, & per proprios executores à iudicibus ecclesiasticis fieri non poterit, tunc anathemate ferire possunt: Ergo non hac forma, & modo, quo sententiae Regię. Item, haec cognitio, & iurisdictio data est ab eodem Concilio iudicibus ecclesiasticis etiam contra laicos, vt legitur d. cap. 3. ibi [Liceat eis in causis ciuilibus ad forum ecclesiasticum contra quoscunque etiam laicos] vnde haec manifesta est vsurpatio ecclesiasticae iurisdictionis, propter quam vsurpantes incurrunt excommunicationem contentam in Bulla Coenae Domini, vt per summa Angel. in verb. Excommunicatio V. casu 28.

34 QVAERO, An si iudex velit excommunicare contumaces ex cap. 3. sess. 25. Trident. Concil. sit necessarium, vt constet ex actis realem, vel personalem executionem fieri non posse, an verò sufficiat id extra iudicium liquere.

35 Excommunicatio, quę est poenarum grauissima, c. Corripiātur, 24. quaest. 3. à S. Synodo d. cap. 3. vers. Sed liceat; tunc demum à iudice ferri permittitur in contumaces, cùm nulla alia illis remedia prosunt: nec enim leuiora sunt adhibenda, cùm leniora sufficiunt, S. Thom. in 4. distinct. 18. Tabiena in verb. Excommunicatio, 1. n. 3. vers. Vtrū excommunicatio possit infligi: itaque si posset aduersus reos fieri realis, vel personalis executio, non esset deueniendum ad excommunicationem, vt in d. cap. 3. vers. Quod si executio: non esse autem locum reali, vel personali executioni, videtur necessarium, vt constet ex actis, ad hoc vt iudex ritè adhibere valeat excommunicationis remedium.

36 Primò enim iudex ex seipso nihil iudicare debet, sed ex auditis, visisque apud acta iudiciorum, vt colligitur ex cap. Iudicet, 3. qu. 7. & sententiam ferre tenetur ex allegatis in iudicio, & probatis, & quae sibi vt iudici nota sunt, non autem ex his, quae priuatim, & extra iudicium cognouit, glos. in cap. 1. de off. Ordin. in verb. secundum quod Canones, Barr in l. 1. nu. 4. C. Vt quae desaduoc. partium iud. sup. Peder. de Sen consi. 21. Numquid haeres, n. 2. Couarr. lib. 1. variar resol. cap. 1. nu. 1. & scripsi plenius in cap. Canonum statuta, à nu. 5 2. supra de Constit.

37 Secūdò etiam notoria, quae nulla indigent probatione, cap. De manifesta, 2. q. 1. cap. Euidentia, de accusat. l. 1. ff. de in integr. rest. tamen debet constare iudici vt iudici ex actis esse notoria, Felin. in cap. Pastoralis, n. 23. vers. Limita primò de off. Ordin. ergo longè magis debebit constare iudicialiter non posse fieri realem, vel personalem executionem, vt iudex possit deuenire ad censuras.

38 Tertiò vbicumque non licet procedere ad actum, nisi aliqua praecedant, constare debet illa praecessisse, vt actus geri validè possit, nec statur assertioni agentis, sicut probat Alex. cons. 10 1. nu. 6. vol. 1. vbi ait non stari assertioni Principis alicuius bona ob rebellionem publicantis, nisi de rebellione, vel causa ingratitudinis constet: cùm enim praecedere debeat causa, ob quam vti rebellis cōdemnetur, non creditur Principi de causa, nisi aliter constet, quàm per eius assertionem, vt not. DD. in l. Si forte, ff. de Castr. pec. Itaque cùm iudex in casu nostro

nostro ad censuras procedere non possit, nisi cum
locus nō fuerit reali, vel personali executioni cōse-
quitur debere id cōstare in iudicio legitimè, nec
eius assertioni esse quoad hoc fidem adhibendam.
39 Quartò hanc opinionem confirmant verba
d. cap. 3. in quo excommunicationes illæ, quæ ad
finē reuelationis decernūtur penitus relinquūtur
arbitrio iudicis. At in causis iudicialibus vult om-
nia remedia tentari, nec nisi in subsidium ad cēsu-
ras aditum patere, vnde colligitur nō sat habuisse
Patres, vt extra iudiciū sciret iudex cœtera reme-
dia nō prodesse, nam potuissent etiam in hoc iudi-
cis arbitrium tribuere, sicut in superiori fecerunt.
40 Et ita in tribunali Auditoris Cameræ vsus ob-
tinuit; nec enim ibi aliter decernuntur censuræ,
quam si ex legitimis probationibus apud acta cō-
stet non esse locum reali, vel personali executioni.
Quare proposito dubio an si iudex deficienti-
bus cœteris remedijs velit excommunicare con-
tumaces ex decreto cap. 3. sess. 25. ver. Quod si exe-
cutio, necessarium sit, vt ex actis constet realem,
vel personalem executionem fieri non posse; an
vero sufficiat hoc extra iudicium liquere; Sac. Cō-
gregatio censuit non sufficere, sed necessarium
esse, vt constet ex actis per relationem Nuncij.
41 Secundò Quæro si duo sint insolidum obligati
in forma Cameræ pro eodem debito, & contra
vnum tantùm possit deueniri ad executionem
realem, vel personalem, an contra alterum, ad-
uersus quem non potest fieri executio realis, vel
personalis possint ad instantiam creditoris in sub-
sidium relaxari censuræ.
42 Præmittendum est, Primò post Conciliū Trid.
& reformationem Pij V. practicam in obligationi-
bus Cameralibus, de qua per Gales. ad 2. par. q. 3.
fol 8. secundum paruam impressionem abolitam
esse: Nam priùs debitor confitebatur debitum
coram iudice, & iudex ex tunc condemnabat eū
ad soluendum creditori, & consentiente debitore
ferebat excommunicationem sub conditione ni-
si satisfaceret in termino, & tunc elapso termino
erat excommunicatus sine alia monitione. Hodie
iuxta reformationem Pij V. iudex præsenti, & se
obliganti præcipit, vt die certa soluat, monens si
ea die sponte non soluerit nulla exinde facta per-
sonali citatione ad executionem contra ipsum
procedet, & in subsidium vbi executio realis, vel
personalis facile fieri non poterit, in ipsum tan-
quam contumacem, contemptoremq; sui præcepti
excommunicationem decernet vt in Bulla 113.
Pij V. Incip. Inter illa, in Bullar. tom. 2. pag. 318.
vnde infertur, vt etiamsi susceptio censurarum
validè processerit coram iudice competenti, non
propterea censeatur vlla irrogata excommunica-
tio, sed dumtaxat præstitus consensus excommu-
nicationi ferendæ.
Deinde premittendum secundum formam an-
tiquam non esse locum quæstioni, quia cùm sup-
ponatur lata sententia excommunicationis, solū
superest eius publicatio ad effectum, vt excom-
municatus euitetur secundum ea, quę ponit Gales.
43 vbi supra de processu ipso fol. 251. cum seq. qua
ratione Sac. Cōgregatio Concilij declarauit cum
pensionarijs non esse necessariò seruandam diligē-
tiam quam requirit Concil. c. 3. sess. 25. hi enim vi-
gore clausulæ in litteris Apostolicis insertæ elapso
termino sententiam excōmunicationis incurrunt,
nec agitur ampliùs de illis excommunicandis, sed
tantum de declaratoria in eos ferenda.
44 Tertiò, Præmittendum stante susceptione cen-
surarum, precepto, & monitione secundum sty-
lum hodiernum, censuras non esse relaxandas
vbicumque ex mente Concilij d. cap. 3. executio
realis, vel personalis fieri potest. Siquidem refor-
matio obligationis Cameralis ab ipso Concilij
decreto manauit; ac proinde excommunicatio in
subsidium decernitur, & adhuc ipsius iudicis ar-
bitrio relinquitur per Concil. d. c. 3. in vers. Quod
si executio ibi [Tunc etiam anathematis mu-
crone arbitrio suo præter alias pœnas ferire pote-
rit; iuncta l. Non quicquid, de iudic.
His præmissis censuras de rigore relaxari posse
in reum contra quem executio realis, vel persona-
lis fieri non potest, etiamsi alter reus similiter in
solidum obligatus soluendo sit, & contra eum
executio facilis sit, videtur suaderi posse ex infra-
scriptis.
Primò quia quando duo sunt obligati insoli-
dum, sunt etiam duæ principales obligationes pa-
ris potestatis, l. Si reus, & l. Eadem in fine, de duob.
reis, nec vna dependet ab altera: Ergo concurrē-
tibus in vnum requisitis à Concilio, & secundum
formam obligationis, censurarum relaxatio fieri
poterit contra eundem. Requisita à Concilio ad-
sunt, quia supponitur contra eum executionem
fieri non posse. Item adest debitum, obligatio
Cameræ, præceptum iudicis, & monitio contra
ipsum facta, necnon ipsius contumacia. Quare
si pœna delicti tenere debet autorem, l. Sancimus,
C. de pœnis, excommunicatio huic debita est pō-
45 derando pronomen *ipsum* in d. cap. 3. appositum,
quod est personalissimum, & demonstratiuum ad
oculum, vt Bald. ait in cons. 304. Nobilis vir, n. 2.
in fin. vol. 5. Soccin. Iun. cons. 144 n. 14. vol. 3.
46 Secundò vbi sunt plures rei creditor potest exi-
gere debitum à quo voluerit, l. 2. C. de duob.
reis, nec auferenda ei est hæc electio, l. Exprime-
re eod. tit. At auferretur, si omissa via censurarum
contra vnum, teneretur inuitus alium excutere
ergo, &c.
47 Tertiò ipse reus conuentus vtpotè principalis
non potest opponere exceptionem discussionis, vt
correus conueniatur. Alex. cons. 32. num. 12. vol. 4.
Gabr comm. concl. lib. 3. de fideiuss. concl. 7. n. 84.
& num. 99. & concl. 2. in fin. Ergo neque iudex.
Quibus tamen non obstantibus æquius videtur,
& proprius ad mentem Concilij, vt quandiù alter
correus soluendo est, & contra eum executio fieri
potest, abstineat iudex à censuris contra alterum.
Primò, quia cum re inspecta vna tantùm sit obli-
gatio correorum, l. 3. §. vbi duo eod. tit. & actio,
quæ ex obligatione oritur, sit ius prosequendi
quod sibi debetur; Instit. de action. in princip. suffi-
cere debet creditori, vt à quocunque sibi obligato
debitum consequi possit; vt ab actione subsidiaria;
quæ vltimum affert præsidium, excludatur, arg §.
Sciendum Instit. de satisd. tutor. Ergo similiter
iudex abstinebit à Censuris, quæ dumtaxat in
subsidium decernuntur etiam in vim obligationis
Cameralis.
48 Confirmatur, quia acceptio plurium reorum
est remedium prouisum ab homine, & excommu-
nicatio est remedium iuris: Ergo quandiù potest
esse locus remedio ordinario, non est confugien-
dum ad extraordinarium. Bart. in l. 3 in prin. de
nou. oper. nunciat.

Secundò

49 Secundò, antequam ad carcerationem debitoris perueniatur, exequendus est etiam fideiussor Roman. conf. 310. in princ. ergo antequam innodetur vinculo excommunicationis vnus reus, alte-
50 rius rei facultates excutiendæ erunt. Facit quia Confideiussoris facultates aggregatæ censentur, quando quæritur an soluendo sit principalis, fideiussor, l. si plures, §. Præterea, de fideiussor. innodo quod vbi sunt duo correi, partes quoque à singulis peti possunt, quemadmodum à reo, & à fideiussore, l. 3. de duobus reis.

Tertiò, Per Concilium quandocunque in vna causa potest aliter fieri executio contra reos, à censuris abstinendum est d. cap. 3. §. In causis verò. At quando pro eodem debito duo sunt obligati insolidum, vna causa est, & vna obligatio: ergo non potest non iniquum videri, vt vno sustinente censuras, nihilominus fiat, seu fieri possit pro eodem debito executio contra alterum.

Non obstat quod videatur auferri electio creditori, & quodammodo, id quod inductum est in eius fauorem, in odium retorqueatur, quatenus
51 cogitur exigere ab eo, à quo forte nollet. Quia aduertendum est prouisionem, seu pactum hominis non esse causam huius excommunicationis, sed contumaciam, & delictum spreti præcepti iudicis, ad tradita per DD. in c. P. G. de off. deleg.
52 & declarat Galesi in 2. par. q 3. fol. 83. vnde iudex denegando hoc casu excommunicationem suum non tuum tibi denegat auxilium, iuxta dictum glossæ in l. Siue apud acta in verb. Pacto, C. de
53 transact. tex. in l. Ex asse ff. ad Trebellian. Non obstat quod ipse reus non potest opponere huiusmodi exceptionem, quia iudex supplet ex officio, suo prout sæpe facere debet, maximè vbi vertitur periculum animarum ad notata per Abbatem in cap. In literis in princ. de testit. spoliat. Non obstat quod Concilium in verbis nihil disponat expressè hoc casu, quia satis ostendit in sua ratione quid obseruandum, & quanta cum circumspectione hoc remedio vtendum sit, cui concordat formula obligationis, secundum, quam ad censuras non deuenitur nisi in subsidium, & ita resolutum, vt in subiecta declaratione videlicet. Præsupposito quod sint duo insolidū obligati in forma Cameræ pro eodem debito, & quod contra vnum tantùm potuit deueniri ad executionem realem, vel personalem: An contra alterum contra quem non potest fieri executio realis, vel personalis possint ad instantiam creditoris in subsidium relaxari censuræ: Sac. Congregatio censuit non posse.
54 Quæ decisio videtur intelligenda iuxta nouissimam formulam obligationis in forma Cameræ præscriptam in Constitutione Pij V. secundum quam non irrogantur censuræ nisi in subsidium, Quod si obligatio cōtineret præceptum de soluendo sub pœna excommunicationis ipso iure iuxta antiquā formulam, secus esset, vt declaratur ex sequenti decisione edita tempore Cardinalis Alciati.
55 Cum Titius, & Mæuius essent obligati insolidum, & in forma Cameræ ad soluēdum Sempronio certam pecuniarum quantitatem, & Titius soluendo non esset, Sempronius cōtra eum ad censuras procedere volebat. Sed cùm Meuius diues Sempronio satisfacere posset, fuit dubitatum an Concil. c. 3. sess. 25. vers. In causis, obstaret Sēpronio, vt cōtra Titiū ad cēsuras procedere nō posset ex eo, quod poterat sibi à Mæuio cōtteo satisfieri.

Cùm visum esset Instrumentum obligationis, in quo erat clausula, quod lapso termino incurrat excommunicationem, vt in pensionarijs: Sac. Cōgregatio dixit, quod si ex instrumento obligationis in forma Cameræ, vel ex actu iudiciario susceptionis censurarum appareat, quod validè, & ab habente potestatem fuerit iam irrogata excōmunicatio, itavt nunc non agatur de irroganda excommunicatione, sed de declarandi tantùm iam irrogatam fuisse legitimè; sicque sit declaratio excommunicationis iam incursę: non intrare tūnc decretum Concilij. Quod si nulla excommunicatio facta iam appareat, tunc intrare Concilium, & locum habere, vt sci licet non imponatur excommunicatio Titio, si aliunde potest creditor suum, consequi, adijciēdum erit quod etiam quod susceptio censurarum valida fuisset, non tamen est excommunicatio facta, sed solum præstitus cōsensus excommunicationi faciendæ à iudice: & ideo si nōdum facit iudex, & creditori possit aliūde satisfieri, debebit abstinere, & ita elicitur ex praxi, quæ seruatur in susceptione censurarum, vt fiat per mensem diligentia si aliunde, &c. & postea relaxatur mandatum.
56 Tertiò, QVAERO, an cap. 3 sess. 25. Trid. Cōcilij, vers. In Causis procedat in pensionarijs vigore literarum Apostolicarum, quibus inserta sunt illa verba, elapso termino, sententiam excommunicationis incurrat.
57 Ad hoc dubium Sac. Congregatio respondit, non procedere, quia cum verb. *Incurrat*, importet excommunicationem ipso iure, Tiraquell. in l. Si vnquam in vers. Reuertatur, num. 145. & 146. C. de reuocandis donationibus latatam à Papa sententia, Auditor Cameræ, & quilibet alius inferior non potest non exequi sententiam, & licèt Concilium dicat in procedendo, intelligitur quādo iudex ex se procederet, non quando Papa iam excommunicauit.
58 Quartò, QVAERO, Posita decisione Sacræ Congregationis, qua declaratum fuit ius decernendi excommunicationes, quę pro rebus deperditis, vel subtractis ferri solent quoad subditos Abbatis exempti, & iurisdictionem quasi Episcopalem habentis non pertinere ad Episcopum, sed adeundam esse Sedem Apostolicam.
59 An hęc decisio procedat in casu, quo Abbas habeat quidem iurisdictionem quasi Episcopalem in certa parte diœcesis, sed appellationes ab eo ad Episcopum interponantur.
60 Videtur respondendum non procedere: nam inferior Episcopo potest habere iurisdictionem in certa parte diœcesis duplici modo, prout nulla iurisdictio penes Episcopum remaneat neque actu, neque habitu, vt si sit exemptus, & immediatè
61 subiectus Papæ, quo casu data negligentia, vel impotentia ipsius, non succedit in iurisdictione Episcopus, sed Papa, Abbas in c. Grauē, ad finem per illum tex. de off. Ordin. Felin. In cap. Irrefragabili, in princ. vers. Declarat prædicta, eod. tit. Et hoc casu propriè procedit decisio Congregationis: nam cùm Concilium ademerit inferioribus ius decernendi huiusmodi excommunicationes, in casu impotentiæ illorum non debet succedere Episcopus nullam habens in eorum subditos iurisdictionem neque in actu, neque in habitu, sed
62 Papa, qui est iudex ordinarius exemptorum, Doctores in cap. Si Papa, eod. tit. & libr. glos. in cap.

Auctoritate, in verb. Sedis Apostolicæ, de priuil. lib 6.

Secundo modo inferior potest habere iurisdictionem actu, itaut habitu remaneat penes Episcopum, vtputa per priuilegiũ, quod tribuat huic inferiori iurisdictionem, sed eum non subijciat immediatè Papæ, vel si hic inferior non habeat pri-
63 uilegium, sed per præscriptionem acquisiuerit iurisdictionem in certa parte diœcesis, quo casu non potest eam ita præscripsisse, vt constituat caput in eadem diœcesis parte, cùm vna diœcesis non possit habere duo capita, sed ita potuit acquisiuisse, vt ipse sit sub Episcopo, & Episcopus habeat vniuersalem iurisdictionem habitu, secundum opinionem Host. & Ant. de Butr, in c. Cum contingat, de foro competen. quam ibi sequuntùr Abb. nu. 18. Felin. dicto cap. Irrefragabili, in princ. Balb. de præscript. in 1. par. 5. partis prin. qu. 11. nu. 9. Rota decis. 114. nu. 1. & 2. In hoc secundo casu cùm Concilium ademerit huiusmodi inferiori ius decernendi excommunicationes ad effectum reuelationis, illud videtur pertinere ad Episcopum, & non esse necesse adire Sedem Apostolicam; nam hoc casu iurisdictio habitualis, quæ est penes Episcopum operatur vt cùm inferioribus vel non vult, vel non potest exercere iurisdictionem, in ea Episcopus succedat, & habitus reducatur ad actum, Abb d. cap. Cum contingat, nu. 13. & in cap. Cæterum, num. 5. de iudicijs, Balb. vbi supra. Nos versamur in secundo casu, quo iurisdictio habitualis est penes Episcopum, quia vt in dubio supponitur ab inferiori habente iurisdictionem in certa parte diœcesis ad Episcopum appellatur: qui recensetur à DD. inter alios effectus iurisdictionis habitualis apud Episcopum remanentis, vt per Abb. in dicto cap. Cum contingat, nu. 1. Felin. & Bald. in locis supracitatis, & ex consequenti adempta ei per Concilium iurisdictione huiusmodi excommunicationes decernendi in illo iure Episcopus succedit.

De Sentent. excomm.

Cap. Cum voluntate.

S V M M A R I V M.

1 *Excommunicatum alloquens in his, quæ pertinent ad salutem, etiamsi alia verba interponat, excommunicatus non est, & nu 8.*

2 *Prædicatores, præsertim qui aliter sustentari non possunt, ab excommunicatis, & detinentibus aliena possunt eleemosynam recipere, & nu. 12.*

3 *Voluntate, & proposito maleficia distinguuntur.*

4 *Meretricem ancillam alienam recipiens furti non tenetur.*

5 *In delictis primaria causa surgit à voluntate, & ab anima rationali.*

6 *Maleficia an transcendant animum, & voluntatem.*

7 *Furtum æris, non auri committit qui æs surripuit putans aurum surripere.*

9 *Pœnam statuti participantis cum bannito non tenetur qui eum ec participat vt ad satisfactionem inducat.*

10 *Excommunicato an liceat communicare in spectantibus ad salutem corporis.*

11 *Et quid in oratione, mensa, & cohabitatione.*

12 *Excommunicatum alloquens conuersionis causa an possit verba interserere quæ ad absolutionem nõ faciunt.*

13 *Prædicatoribus an liceat absque necessitate eleemosynam recipere ab excommunicatis, & detentoribus rerum alienarum, & num. seq. vsque ad num 27.*

14 *Eleemosynas cur liceat recipere ab excommunicatis, & furibus, non autem oblationes.*

15 *Viatores, & peregrini an in terra excommunicatorum possint ab ipsis aliquid recipere.*

16 *Dictio, præsertim, quid importet, & n. seq.*

17 *Intellectus huius cap. 1. & num. seq. vsque ad num 24.*

18 *Necessitas excusat à furto, & rapina.*

19 *Necessitatis tempore omnia sunt communia, præsertim cibaria.*

20 *Prædicatores qui intelligantur quoad hoc vt possint accipere eleemosynam ab excommunicatis, & detinentibus aliena.*

21 *Et cur liceat eis huiusmodi eleemosynas recipere.*

22 *Negotium sufficit ab initio fuisse vtiliter cœptum, licet res effectum non habeat.*

23 *Negotiorum gestores viuere debent sumptibus eorum, quorum negotia vtiliter gerunt.*

24 *Eleemosyna licitè potest recipi ab excommunicatis, & peccatoribus etiam notorijs de rebus licitè acquisitis.*

25 *Eleemosynam de rebus restitutioni obnoxijs recipere non possunt non habentes officium prædicandi nisi ob necessitatem famis.*

26 *Et quid in habentibus officium prædicandi.*

27 *Confessor an liceat aliquid accipere à pœnitente ex iniustè acquisitis, & nu seq.*

28 *Simonia suspicione non caret accipiens pecuniam etiam sponte oblatam in actu administrationis sacramenti.*

29 *Clericum percutiens quibus casibus in excommunicationem non incidat, & nu seqq.*

30 *Prælatis & magistris licet subditos, & scholares etiã in sacris Ordinibus constitutos leuiter percutere sine incursu excommunicationis.*

31 *Intellectus huius cap. in §. Si qui verò.*

32 *Membra honorabiliora exceptis grauioribus culpis non sunt verberibus subijcienda.*

33 *Magister maiorem habet potestatem in discipulum, quam pater in filium.*

34 *Pater percutiens filium in sacris constitutum incidit in sententiam canonis.*

35 *Ordo sacer an ius patriæ potestatis soluat, remissiue.*

1 CVM VOLVNTATE. Alloquens excommunicatum in his, quæ pertinent ad salutem, etiamsi alia verba interponat, excommunicatus non est. Hoc dicit primò.
2 Prædicatores, præsertim qui aliter sustentari non possunt, ab excommunicatis, & detinentibus aliena eleemosynam recipere possunt. Hoc secundò. Tertiò ponit quosdam casus, quibus percutiens Clericum excommunicatus non est. Diuisio patet per paragraphos. Secunda ibi, *Prædicatores*; Tertia ibi, *Si qui verò*.
3 Nota primò ex principio litteræ insignem regulam in materia maleficiorum, videlicet ex voluntate, & proposito delinquentis maleficia qualificari, & distingui, vt hic, & in l. Qui iniuriæ causa, in princip. vnde hæc regula desumpta est, ff. de furt.

con-

concordant tex. in l. 1. ff. ad l. Cornel. de ſicarijs, ibi,
Crimen enim contrahitur ſi & voluntas nocendi
intercedit, & in l. cũ qui duas, ff. ad l. Iul. de adult.
ibi [In ea namque re non iuris effectus, ſed ani-
mi deſtinatio cogitatur] & in l. Verum, ff. de furt.
4 vbi qui meretricem alienam ancillam rapuit, furti
non tenetur, quia non factum quæritur, ſed cauſa
faciendi; cauſa autem faciendi libido fuit, non fur-
tum: vnde vt notabiliter hic dicebat Anton. de
5 Butr. nu. 3. In delicto primaria cauſa ſurgit à vo-
luntate, & ab anima rationali: & ſic conſideratur
voluntas in delictis, etiam prout temporaliter pu-
niuntur, non autem ſimplex, & rude factum: ad
hoc §. Contra animam, cum ſex capp. ſequentibus
50. diſt. cap. Si virgo, & cap. In lectum, 34. quæſt. 2.
6 Ex his videtur inferri poſſe, vt maleficia voluntatẽ,
& propoſitum non tranſcendant. Sed contradi-
7 cunt text. in l. Vulgaris, §. Si quis æs, ff. de furt. vbi
qui æs ſurripuit putans aurum ſurripere, commit-
tit furtum non auri, quod ſurripere intendit, ſed
æris, quod re ipſa ſurripuit: & ſic ſpectatur opus,
non animus, & in l. Qui ſaccũ, ff. eod. & in cap. Qui
ſaccum, 50. diſtinct. vbi qui ſaccum ſubripuit ha-
bentem pecuniam, furti actione tenetur etiam pro
ſacco, quamuis non ſit ei animus ſaccum ſubri-
piendi, in l. Quoniam multa facinora, C. ad l. Iuliã,
de vi publ, & in cap. Is qui mandat. de homicid.
lib. 6. vbi mãdanti aliquem verberari ſecuta mors
imputatur, licèt expreſsè inhibuerit ne occidere-
tur. Pro ſolutione vide hic plenè per Henr. Boich.
poſt princip. vbi quatenus an, & quando in delictis
aliquis vltra propoſitum teneatur, ponit prolixam
diſtinctionem, & materiam luculenter examinat
ferè per tres columnas.
8 Secundò nota ſpecialem caſum in quo commu-
nicans excommunicato in excommunicationem
etiam minorem non incidit, videlicet cùm eum
alloquitur conuerſionis cauſa, etiamſi alia verba
incidentia interſerat, vt hic eſt caſus, & docet D.
Thomas in 4. ſentent. diſt. 18. qu. 2. art. 4. in corpore
dicens Eccleſiam inſtituiſſe excommunicationem
non ad interitum, ſed ad medelam; ac proinde de
his, quæ pertinent ad ſalutem, poſſe hominem li-
citè loqui cum excommunicato, & etiam alia
verba interſerere, vt facilius ſalutis verba ex fa-
miliaritate recipiantur.
9 Hinc inferunt Anton. de Butrio, Abb. & Felin.
omnes in ſecundo notab. vt ſi ſtatuto caueatur vt
participans cum bannito certam pœnam incur-
rat; qui cum eo participat vt inducat ad ſatisfa-
ctionem, in pœnam ſtatuti non incidat: quod
etiam firmat idem Butr. in cap. Si aliquando, nu. 5.
ſupra eod.
10 QVAERO, cùm liceat excommunicato com-
municare in his, quæ pertinent ad ſalutem ani-
mæ, vt hic dicitur, & in cap. Reſponſo, ſupra eod.
quid in pertinentibus ad ſalutem corporis.
Videtur reſpondendum non licere, quia cùm
hæc littera de vno concedat, à contrario videtur
de alio negare, cap. Diſciplina, 45. diſt. c. Per Eſaiam
1. qu. 1. cap. Qui ſitit, 33. qu. 5. gloſ. in cap. Qualis, in
ver. Negatur, 25. diſt. cùm præſertim infirmitas cor-
poris ſæpè proueniat ex infirmitate animæ, cap.
Cum infirmitas, ſupra, de pœnit. & remiſſ. & ita
concludunt hic Doctores, & in ſpecie Card. nu. 1.
ſed hoc intelligit Io. Andr. n. 1. in ver. Salutem ani-
mæ, & Anchar. num. 2. in ſecundo notab. verum
eſſe in eo, qui negligit, vel contemnit, vt in dicto
cap. Cum infirmitas, aliàs ſecus.
11 Item QVAERO, cùm hic permittatur partici-
patio cum excommunicato in locutione; quid in
oratione, menſa, & alijs, de quibus in cap. Nuper,
ſupra eod.
Dioſcecus, imò & in locutione caueat partici-
pans à cohabitatione, cap. Omnis, 24. q. 3. cap. Cum
deſideres, §. 1. in fin. ſupra eod. ſecundum Hoſt. &
Io. Andr. hic nu. 2. in verb. Locutione, & Card. nu. 1.
Quid autem iuris ſit in ſcriptione, & ſalutatione,
dic vt ſcripſi in cap. Si aliquando, à nu. 16. vſque ad
finem, ſupra eod. Hodie tamen in his ſeruari de-
bet Conſtitutio Concilij Conſtantienſis, de qua
infra ſub nu. 24. verſ. Sed hodie.
12 Item QVAERO, cùm textus dicat in locutione
cum excommunicato in pertinentibus ad ſalutem
poſſe etiam incidenter alia verba interponi; quæ
dicantur huiuſmodi verba incidentia.
Innoc. hic in princip. exponit incidentia, id eſt
quæ nec ad abſolutionem, nec ad ſalutem faciunt,
Sed Hoſt. nu. 2. in ver. Incidenter hoc temperat,
intelligens verba incidẽtia, quæ ad abſolutionem,
& ſalutem non faciunt principaliter, ſed tamen in-
ducant, vt ſi quærat de vxore, & liberis, & præ-
mittat dilectionem, quam habuit erga illum, &
eius genus, & his ſimilia. Et hoc videtur magis
congruere litteræ, quæ admittit interpoſitionem
verborum incidentium, vt alloquens apud eum
magis proficiat. Et ſic videtur requirere, vt ver-
ba huiuſmodi aliquo modo eius ſaluti cõducant,
licèt non principaliter, & cum Hoſt. tranſeunt Io.
Andr. nu. 2. in eodem verb. Henr. Boich. col. 4. in
princ. verſ. Aut quæris vtrum poſſit cum eo partici-
pare in locutione, Anton. de Butr. nu. 11. & Card.
num. 1.
13 Tertiò nota in §. Prædicatores, ab excommu-
nicatis, & detentoribus rerum alienarum licitum
eſſe Prædicatoribus eleemoſynam recipere: quod
procedit de plano ſi Prædicatores in loco aliàs ſu-
ſtentari non poſſint.
Sed QVAERO num eis hoc liceat ceſſante ne-
ceſſitate.
Negant gloſ. in verb. Præſertim, Innoc. nu. 2. Ho-
ſtien. nu. 1. Io. Andr. num. 8. in gloſ. præſertim Butr.
nu. 5. Card. in hoc §. nu. 2. verſ. Nota de dictione
præſertim, Abb. in 3. notab. & num. 6. & Felin. in
3. notab.
Pro hac ſententia gloſ. allegat cap. Oblationes,
& cap. Quia in omnibus, ſupra de viur. ad idẽ text.
in cap. Non eſt putanda, 1. q. 1. vbi Gregor. adducit
illud Prouerb. 21. *Hoſtiæ impiorum abominabiles,
quæ offeruntur ex ſcelere.*
14 Sed hæc iura non admodum vrgent, quia non
loquuntur de eleemoſynis, ſed de oblationibus,
quæ à tam malis, & famoſis perſonis non ſunt re-
cipiendæ, vt notatur in cap. Ex tranſmiſſa, ſupra de
decim. ſecundum Innoc. hic nu. 5. verſ. Oblationes
autem, cum quo tranſeunt Hoſt. Io. Andr. Henric.
Boich. & reliqui omnes. Ratio autem differentiæ
cur eleemoſynæ recipiantur à perfidis, non autem
oblationes, ea eſt ſecundum Innoc. & Doctores,
quia oblationes fiunt in Eccleſia, & in publico,
quæ prohibentur ne exinde peccator conſolatio-
nem ſuſcipiat, neue peccatum ipſius videatur Ec-
cleſia publicè approbare: ſed eleemoſynæ fiunt in
occulto, de quo nihil ad Eccleſiam, cap. Sicut tuis,
in fin. de ſimon. Et quamuis nonnunquam etiam
eleemoſyna fiat palam, nihilominus hoc eſt per
acci-

accidens, nec propterea mutatur ius, de quo hic, quia semper natura eleemosynæ consideranda est, quæ fieri debet clam, secundum Host. nu. 3. vers. Et quid dices si eleemosyna fiat in publico, & Henr. Boich. col. 4. circa med. vers. Idem tamen est.

15 Pro eadem sententia videtur magis vrgere cap. Quoniam multos, 11. qu. 3. ibi [Quicumque orator, siue peregrinus, aut viator in terram excommunicatorum deuenerit, vbi non possit emere, vel non habeat vnde emat, ab excommunicatis accipiendi licentiam damus] Ex quibus verbis liquet ita demum licere aliquod ab excommunicatis recipere, si subsit necessitas: ad idem textus in cap. Inter alia, §. fin. supra eod. vbi viatores, peregrini, & mercatores tenentur à communione excommunicatorum abstinere nisi articulus necessitatis immineat.

16 Et tenendo hanc partem non obstat dictio, *præsertim*, hic posita, quia secundum glos. exponitur idest maximè, & referri debet ad verbum *Prædicatores*, ita ut sit sensus, tempore necessitatis omnes possunt recipere eleemosynam ab excommunicatis, præsertim Prædicatores: & hoc modo glos. concordat cum Innoc. & habuit bonum intellectum, licèt fuerit malè posita, vt dicunt Butr. nu 17. & Abb. nu. 6. vel certè secundum Innoc. dictio, *præsertim*, exponi debet, idest tantùm; quia Prædicatores non debent recipere eleemosynam à talibus, nisi quando aliter sustentari nõ possunt. Adde non esse nouum vt hæc dictio ponatur pro *tantùm*, vt patet in cap. Discretionem, supra de eo qui cogn. consang. vxor. suæ, in cap. Licet, de foro competen. & in l. fin. ff. de ijs, quæ in testam. delen. & notat Calder. cons. 548. aliàs 3. de verbor. signific.

17 Sed his non obstantibus cõtrariam opinionem, videlicet Prædicatores posse eleemosynam recipere ab excommunicatis, & detinentibus aliena, etiam cessante necessitate, efficaciter iudicio meo probat hæc Decretalis non cauillando litteram. Primò in illis verbis [eleemosynas licitè possunt ab illis recipere, præsertim si aliàs non valeant in illo loco sustentationem habere: ponderanda est enim dictio, *præsertim*, quæ importat idem esse si possint habere sustentationem, cùm ex sui natura sit ampliatiua casus magis dubitabilis, cap. Ex litteris, il secondo, & ibi glos. fin. sup. de homicid. cap. Illud, vbi glos. in ver. Præsertim, de præsumptione, l. Quod & l. x, iuncta glos. in eod. ver. ff. de lib. hom. exhib. & notat Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de teste, §. 1. vers. Item excipitur quod est impubes ibi, *sed numquid fratres*: vnde sensus est, Prædicatores eleemosynam possunt ab illis recipere generaliter, & indistinctè, sed multò magis si in loco non valeant sustentationem habere.

18 Deinde si hæc littera intelligeretur tantummodo in defectum necessariæ sustentationis, frustra restringeretur ad Prædicatores, quia eo casu non tantùm Prædicatoribus, sed cuilibet permittitur accipere eleemosynam a detentoribus rerum alienarum; quinimò & rapere, quia necessitas excusat à furto, & rapina; cap. Discipulos, & ibi glos. fin. & cap. Quidquid enim, de consecr. distinct. 5. & cap. Si quis, supra de furtis. Et est ratio, quia tempo-
19 re necessitatis omnia sunt communia, cap. Sicut hi, 47. distinct. & maximè cibaria, l. 2. §. Cum in eadem naui, in fine, ff. ad leg. Rhod. de iact. & notat gloss. præalleg. in d. cap. Discipulos, & glos. vnica in d. cap. Si quis, & tamen Innoc. num. 5. dicit quod hic statuitur esse speciale in Prædicatoribus ob rationem, de qua infra in quarto fundamento, nu. 21.

20 Tertiò quamuis hoc cap. loquatur simpliciter de Prædicatoribus, & audientibus confessiones, tamen Doctores illud restringunt ad eos, qui prædicant, & confessiones audiunt ex officio, & sic ad Præsbyteros Curatos, quibus vnusquisque proprius Parochianus tenetur confiteri, c. Omnis, de pœnit. & remiss. Rursus hoc intelligunt de Vicarijs Papę, sicut sunt legati, arg. c. supra de officio legati, cap. fin. 23. dist. cap 54. dist. & de Episcopis visitantibus, vel eorum vicarijs ad hoc missis, c. Inter cætera, supra de offic. Ordin. Ac demum de fratribus Prędicatoribus, & Minoribus, qui habẽt vniuersale officium prædicandi, & à Papa sunt approbati, vt in Clem. dudum, de sepult. & in extrauag. Vas electionis, de hæret. quinimmò pro ipsis edita fuit hæc Constitutio, vt notat Host. hic nu. 2. in ver. Vel confessionibus, & post eum Io. Andr. nu 3. in eod. ver. Butr. nu. 12. & plerique alij.

At huiusmodi restrictiones ineptæ essent, si hæc littera intelligeretur tantummodo in defectũ necessariæ sustentationis; quia eo casu non dum sacerdotibus curatis, & alijs prædictis, sed cuilibet licitum est huiusmodi eleemosynas accipere, vt supra proximè ostensum est.

21 Quartò, dum tex. determinat licere Prædicatoribus ab excommunicatis, & detinentibus alienas res eleemosynam recipere, fundat se in ratione illa, quia in prædicationibus, & cõfessionibus quasi gerunt causam, vel curam eorum, ad quos res ipsæ spectare noscuntur, videlicet secundum Host. nu. 2. & Io. Andr. num. 3. quia in prædicationibus ostendunt res alienas ab eis illicitè occupari, & detineri, ac nisi restituant, pœnas æternas eis comminantur: & in confessionibus dicunt peccatum non remitti nisi restituatur ablatum, cap. Si res aliena, 14. qu. 6. cap Cũ tu, §. 1. supra de vsur. quasi dicat: quamuis à detentoribus rerum alienarum non liceat eleemosynam recipere in decrimentum eorum, ad quos res ipsæ noscuntur pertinere, tamen quia Prædicatores, & Cõfessores suadent occupantibus illarum restitutionem; idcirco æquum est vt de ijsdem rebus recipiant eleemosynã, quasi mercedem, & stipendium laborum, cùm gerant negocium eis vtile: & hoc considerat glos. 4. hic, & Host. nu. 2. in verb. Quasi gerant: dicunt enim Prædicatores huiusmodi posse accipere eleemosynas quasi negociorum gestores, quia illi, quorum res aguntur, licitè ab occupatoribus sua recipere pos-
22 sunt. Et sic isti Prædicatores licitè ea recipiunt pro eleemosynis: & quamuis res non habeat effectum, sufficit vt ab initio negocium sit vtiliter cœptum, l. Sed an vitio, §. Is autem qui, ff. de negoc. gestor. potest agere ad sumptus, quos fecerit, vt
23 ibi dicitur. Idem notat Innoc. circa finem dicens hoc casu Prædicatores, cùm sint negociorum gestores, posse viuere de rebus eorum, quorum negocia gerunt: subdit tamen in hoc eos agere contra ius ciuile, secundum quod non debent propria auctoritate recipere; vt l. Extat, ff. quod met. caus. Item quia non possunt hoc agere contradicente spoliato, vt l. vlt. C. de negoc. gest. Supradicta autem ratio, in qua tex. se fundat, & considerationes Doctorum apertè demonstrant Prædicatores posse huiusmodi eleemosynas recipere etiamsi aliunde

habeant

habeant sustentationem, quia non debent viuere de proprio, sed sumptibus eorum, quorum negotia vtiliter gerunt.

Et hanc sententiam satis clarè amplectitur Ant de Butr. hic n 17. exponendo glos. verb. Præsertim ait enim [Glossa dicit optimè; nam si subest necessitas, licitum est recipere Prędicatoribus, & non Prædicatoribus si non subest necessi-
24 tas, est licitum Prædicatoribus, non alijs] Concludendo distingue. Aut quæritur an liceat eleemosynam accipere ab excommunicatis, & peccatoribus de rebus licitè acquisitis, aut de illicitè acquisitis, & restitutioni obnoxijs.

Primò casu non tantùm Prædicatores, sed etiā quicunque accipere possunt eleemosynam ab excommunicatis, & peccatoribus quantumcumque notorijs: nam ad eas tenentur omnes c.Non satis, in fin.86. dist. & sunt omnibus maximè suadendæ, vt ad pœnitentiam mereantur citius peruenire, cap. Deinde, 26. dist. secundum Innoc. hic num. 1. Host. num. 2. in ver. Eleemosynas, Henr. Boich. col.4. super. S.Prædicatores, vers. Si quæris vtrum ab excommunicatis, & Card. num. 2. licèt Host. inst. num. 5. dicat nihil esse recipiendum ab excōmunicato, nec cum eo communicandum in aliquo nisi in casu à iure concesso, vt legitur, & notatur in cap. Si verè 1. respons. & c Cùm desideres, S. 1. in fin. supr. eod. & cum eo concordat Raymun. hoc titulo S. Trigesimo nono super vet. Nominè ipsius, dicens non licere accipere eleemosynam ab excommunicatis, nisi in casibus exceptis, scilicet in casu necessitatis, & similibus, quod tamen non credit esse restringendum ad extremam necessitatem, sed sufficere ad excusationem vt indigeat, & non possit commodè, & de facili habere necessaria aliunde. Et idem recitat Ioannes Friburg. in summ. confess. hoc tit. quæst 117. incipien. QVAERO An liceat, &c. & Asten. lib. 7. tit. de personis communic. cum excommun. art. 5. in princ.

Sed hodie cessant huiusmodi ambages, quia ex constitutione edita à Martino V. in Conc. Constantien. quę incipit, Ad euitanda licitum est cuilibet participare cum excommunicatis non tantùm in temporalibus, sed etiam in spiritualibus, & Sacramentorum administrationibus, præter quam in duobus casibus, videlicet cum excommunicati sunt publicè denunciati, aut notorij clericorum percussores, vt scripsi latissimè in cap. 1. infra de schismat. Vnde ad hos casus dumtaxat hodie restringuntur Doctorum opiniones.

25 In secundò autem casu scilicet cùm res sunt illicitè acquisitę, & restitutioni obnoxiæ, Aut quæritur de non habentibus officium prædicandi; & illis non licet de prædictis rebus eleemosynam accipere, nisi ob necessitatem famis iuxta textum in cap. Discipulos, de consecr. dist. 5. & patet ex dictis supra num. 18 & sequ. de quo vide pleniùs per Henr. Boich in cap. Peruenit, dist. 1. vers. Aut quęritur de iniustè, & illicitè supra de decimis, &
26 in cap. Ex eo S. Cum igitur de pœnit. & remiss. Aut quæritur de habentibus officium prædicandi, de quibus loquitur hoc capitulum. Et isti si aliunde non habeant sustentationem, absque dubio possunt eleemosynam accipere etiam de illicitè acquisitis, vt hic est casus, & in hoc conueniunt omnes. Si verò aliunde sustentationem habeant; tunc sunt opiniones, Innoc. num. 1. dicit eleemosynas nominatim non esse recipiendas de illicitè quæsitis, & exponit verbum *Præsertim*, idest *tantùm*, & hoc est tutius secundum Host. & alios supra cit. n. 3. Contrarium tamen videtur verius in puncto iuris, vt constat ex dictis à num. 17.

27 Quartò nota in eod. S. Prędicatores, secundum Abb. in 4. notab. Sacerdotem licitè recipere aliquid eleemosynæ à pœnitente, etiam si illud sit iniustè quæsitum, & subiectum restitutioni. Hoc ego intelligo cum duobus tēperamentis. Primum est vt sacerdos aliàs non valeat in eo locò sustentationem habere, prout intellegit Felin. ver. Item nota quod audiens in confessione. Et hoc si sequamur opinionem Innoc. de qua in præcedenti notabili: nam hæc littera sub ead. clausula determinat Prædicatores, & Confessores. Sed de Prędicatoribus intelligitur in casu necessitatis tantùm, secundum Innoc. Ergo & in Confessoribus, vt vtrūque determinabile vniformiter determinet, ad l. Iam hoc iure, S. fin. ff. de vulgat. & pupillat. &
28 l. final. C. de sent. cum similibus. Alterum est vt huiusmodi eleemosynam accipiat extra Sacramētum pœnitentię, alioquin si illam reciperet in ipso actu audiendi confessionem, non careret suspicione simonię, arg. cap. Constitutus de transact. & l. Vnica, ff. ad l. Iul. de ambitu. Opus enim per se laudabile ratione temporis reprobatur, ne malignandi occasionem præbeat. Ideoque quamuis opus pietatis sit nummos in concham mittere pro sustentatione ministrorum, & manutentione luminariam Ecclesiæ; tamen id reprobatur tempore, quo baptizandus offertur, ne sacerdos quod gratis accepit, pretio distrahere videatur, vt dicit tex. in cap. Emandari 1. quæst. 1. præsumitur enim simonia, vt ibi notat glos. 1. Hugo, Archid. & Doctores, & secundum communem intellectum habet locum ille tex. etiam in his, quæ spontè offeruntur, quia in ipsa collatione Sacramenti nec spontè oblatum licet accipere.

29 Vltimò nota in S. Si qui verò sex casus, in quibus percutiens clericum non incurrit sententiam Canonis, quos perstringit glos. in ver. De familia, & vna cum alijs pluribus continentur in sequentibus carminibus positis ab Host. num. 12. videlicet *Officium*, vt hic in textu, & in cap. Vniuersitatis, S. laici, & cap. 3. respons. 1. & S. 1. supra eodem. *Zelusque*, vt hic, & in cap Veniens, supra eod. & est simile in l. Apud Labeonem, S. Adijcit, ff. de iniur. *Pater, Doctorumque Propinquus*, de quibus similiter probatur hic. *Affectus* scilicet *matris, filia, sororis, & vxoris*, cap. Si vero, supra eod. & ins. §. fin. *Dominus* familiam corrigens, vt hic. *Vis*, hic casus respicit inferentem vim cap. 3. S. Si verò, supra eod. & enormitatibus se immiscentem, cap. Perpendimus, & cap. Cum non ab homine, supra eod. Et *correctio*, hic casus respicit leuitatem reprehensibilem clericorum, & omnes casus qui ipsos incorrigibiles reddunt trina monitione præmissa, cap. Contingit, & cap. In audientia, supra eod. *ludus*, supra cap. 1. S. 1. in fin. *Quisque sit exceptus*, scilicet à pœna canonis. *Si sit moderamine septus*, idest nisi sit enormis excessus, & nisi in defendendo excedatur modus. Ita Host. qui eosdē casus latius explicat in summ. hoc tit. S. quis possit suc. S. Super illo autē canone. Et eū totidem verbis sequūtur hic Io. Andr. n. 8. Butr. n. 23. Cardin. in hoc S. Si quis verò, n. 3. Alios versus posuit Abbas Antiquus, quos recitat Io. Andr. circa finem.

Neque

Neq; verò circa hoc aliquid noui statuit Conc.
Trid. in c. 6. sess. 23. quia decretum illud loquitur
de priuilegio fori, non autem de priuilegio Cano-
nis, vt sæpius fuit resolutum: vnde percutiens Cle-
ricum carentem requisitis ibi præscriptis, incidit
in sententiam Canonis ad eum modum, quo an-
te Concilium incidebat.

30 In glossas in ver. de familia pondera hanc glossã
prope fin. quæ notabiliter vult, vt Prælatis, & Ma-
gistris liceat subditos, & scholares etiam in sacris
Ordinibus constitutos leuiter percutere sine in-
cursu excommunicationis.

31 Et dictum glossæ efficaciter probatur in hoc §.
Si qui verò: nam in princ. vbi textus loquitur de
percutientibus ratione officij, quod in Ecclesia
obtinent, ac de Clericis senioribus, qui zelo deuo-
tionis percutiunt Clericos turbantes diuina offi-
cia, adijcit illa verba, *In minoribus Ordinibus con-*
32 *stitutis*: nam membra honorabiliora, exceptis
grauioribus culpis, non sunt verberibus subijcien-
da, cap. Cum beatus, 45. dist. glos. hic in ver. In mi-
noribus, & Host. n. 8. & similiter in fine vbi agit de
correctione familiarium, & propinquorum, addit
verba, inferiorum graduum: at verò in medio vbi
agit de Prælatis, & Magistris, non restringit se ad
Clericos in minoribus, seu inferiorum graduum,
sed simpliciter loquitur de subditis, & scholari-
bus, innuens propterea licitũ esse illos correctio-
nis causa moderatè percutere, siue sint in minori-
bus, siue in sacris Ordinibus; & ita post glos. fir-
mat Host. n. 8. in ver. Prælationis, dicens: Isti (sci-
licet Prælati, & Magistri) etiam maiores, & con-
stitutos in sacris leuiter corrigere possunt, allegat
text. in cap. Ea quæ, supra de stat. Monach. cap. fin.
de Regular. cap. Vt famæ, §. Laici, & cap. Ex tenore,
§. fin. supra eod. & sequuntur Io. Andr. nu. 8. vers. Et
ibi, & magistris, Butr. nu. 22. Ancbar. nu. 6. Card. in
hoc §. Si qui verò, n. 3. vers. 33. & ibi magistris, &
33 Felin. circa med. vers. Secus à Prælato, vel à Magi-
stro. Idem tenet glos. in cap. 1. in ver. Et à Magi-
stris, 23. qu. 5. quæ propterea hinc infert maiorem
potestatem habere Magistrum in discipulum, quã
patrem in filium; quia Magistrum post sacrũ Or-
dinem adhuc habet eum in potestate, vt hic, & in
cap. Super eo, supra eod. sed patri datur potestas
corrigendi filium quousque sacrum Ordinem re-
ceperit.

34 Glos. vltima ponderando illa verba, *inferiorum*
graduum, colligit à contrario patrem, qui corre-
ctionis causa verberat filium in sacris Ordinibus
constitutum, incidere in sententiam Canonis: &
in hoc glos. communiter approbatur, licèt Barthol.
Brixien. in suis quæstionibus venerabilibus, qu.
87. & quidam alij ex antiquis contrarium sense-
rint, vt hic per Abb. nu. 8. & scripsi pleniùs in cap.
Indecorum, nu. 47. vers. Infertur secundò, supra de
ætate, & qualit.

35 Deinde glos. hinc deducit sacrum Ordinem li-
berare à patria potestate, quia liberat à seruili,
quod plus est, cap. Si seruus sciente, 54. dist. sed in
hoc secundo dictu glos. communiter reprobatur, vt
dixi in d. cap. Indecorum, à nu. 17. vsque in fin. vbi
plenissimè disputaui hunc articulum, an Ordo sa-
cer ius patriæ potestatis soluat.

De Verborum significatione.

Cap. Olim.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiorum verba sunt interpretanda lar-gissimè.*
Declaratur nu. 15.
2 *Priuilegium quandoque appellatur beneficium.*
3 *Beneficia Principum sunt latissimè interpretanda, & nu. 12.*
Declaratur nu. 13. & 14.
4 *Beneficium in genere quid sit.*
5 *Beneficij appellatione an veniat priuilegium, & rescriptum, & nu. 13.*
6 *Beneficium strictè sumptum quid sit.*
7 *Priuilegium quid.*
8 *Priuilegio frustra impetratur, quod iure communi competit.*
9 *Rescriptum quid sit, & quid impetretur.*
10 *Rescripta contra ius elicita non valent.*
11 *Rescriptum quotuplex, & an beneficium, vel priuilegium dici possit.*
12 *Principis liberalitatem temerarium est in diminutionem interpretari.*
13 *Beneficium Principis, quatenus concernit præiudicium tertij, vt priuilegium debet strictè interpretari.*
14 *Verba etiam in beneficijs Principum tenacissimè obseruari debent.*
15 *Priuilegia, quatenus concernunt præiudicium concedentis, sunt latissimè interpretanda.*
16 *Verba generalia, & indefinita in præiudicium concedentis ad futura extenduntur.*
17 *Ecclesia Romana non præsumitur in sui præiudiciũ voluisse quemquam priuilegiare.*
18 *Priuilegij verba in præiudicium tertij sunt strictè accipienda.*
19 *Nec extenduntur de casu ad casum, nec de persona ad personam etiam ex maioritate rationis.*
20 *Recessus omnis à iure communi est odiosus.*
21 *Interpretatio in dubio fit pro iure communi, quando concurrit cum priuilegio.*
22 *Priuilegium recipit interpretationem passiuam a iure communi.*
23 *Priuilegia etiam contra tertium sunt latè interpretanda quatenus patitur verborum proprietas.*
24 *Priuilegium etiam in præiudicium alterius debet latè interpretari, vt aliquid conferat.*
25 *Item fauore diuini cultus.*
26 *Priuilegium contra legem communem debet strictissimè interpretari.*
27 *Secus si contra statutum, vel consuetudinem.*
28 *Rescripta ad lites sunt interpretanda strictissimè.*
29 *Lites sunt potius restringenda, quàm amplianda.*
30 *Interpretatio fit contra eum, qui potuit legem apertius dicere.*
31 *Rescripta ad beneficia sunt ambitiosa, & strictissimè intelligenda.*
32 *Priuilegia in dubijs recipiunt intellectum secundũ intentionem concedentis.*
33 *Infamis est, qui rescriptum Principis astutè, vel malitiosè interpretatur.*
34 *Priuilegij interpretatio pertinet ad Principem concedentem.*

Citatio,

35 *Citatio, vel præsentia partis, an requiratur in modificatione, vel interpretatione priuilegij.*

36 *Distributiones quotidianæ debentur priuilegiato super fructibus in absentia percipiendis, si reditus omnes in his distributionibus consistant, vsque ad nu.41.*

Intellectus huius cap ibidem, & nu. seqq.

37 *Canonia non datur sine præbenda.*

38 *Dispensatus super fructibus in absentia percipiendis habetur pro præsente, non autem pro interessente.*

39 *Papa non consueuit rescribere, vt Canonici absentes habeantur pro interessentibus.*

40 *Canonico ex iusta causa absenti debentur post Cōcilium Tridentinum duæ tertiæ partis quotidianarum distributionum, si nulli sint fructus à distributionibus distincti.*

41 *Manualia beneficia quæ dicantur, & n. 44.*

42 *Talis interest diuinis officijs pro denario, qui non interesset pro Deo.*

43 *Canonicus, qui pro lucrandis quotidianis distributionibus interest Choro an simoniam committat.*

44 *Distributiones quotidianæ quæ sint, & quibus nominibus appellentur, & nu.48.*

45 *Distributiones quotidianæ an dicantur reditus illi, qui in fine anni diuiduntur pro rata seruitij cuiusque horæ, & nu seqq vsque in fin.*

47 *Seminario non est contribuendum ex distributionibus quotidianis, & nu.64.*

48 *Fructuum appellatione non veniunt quotidianæ distributiones.*

49 *Diuisio prouentuum in fine anni fit gratia commodioris solutionis.*

50 *Distributiones quotidianas non lucrantur absentes studiorum causa, nec valet contraria consuetudo.*

51 *Et quid si nulli sint fructus à distributionibus distincti.*

52 *Et quid post Concilium Tridentinum.*

53 *Distributiones duplices an debeantur obtinenti in eadem Ecclesia dignitatem cum Canonicatu.*

54 *Decimæ Papales, & spolia an deducantur ex distributionibus quotidianis.*

55 *Et quid si reditus omnes in distributionibus consistant.*

56 *Consuetudine, vel Constitutione Ecclesiæ an possit induci, vt diuinis interessentes non lucrentur quotidianas distributiones.*

57 *Constitutio Ecclesiæ vt absentes per quinquaginta vices amittant integras distributiones quotidianas, an valeat.*

58 *Distributiones quotidianæ ad quem finem institutæ fuerint.*

59 *Inducta ad augmentum diuini cultus non debent operari diminutionem.*

60 *Distributiones quotidianæ, in quibus vniuersi reditus consistunt, in materia fauorabili, & priuilegiata succedunt in locum præbendæ.*

61 *Secus in materia odiosa, & restringibili.*

62 *Fidei professionem non emittentes an perdant distributiones quotidianas, in quibus vniuersi reditus consistunt.*

63 *Dispositio partim fauorabilis, & partim odiosa restringi debet quatenus præiudicat tertio, vel cultui diuino.*

64 *Seminario non est contribuendum ex quotidianis distributionibus, etiamsi diuidantur in fine anni, & in illis vniuersi Capituli reditus consistant.*

1 OLIM. Verba priuilegiorum sunt interpretanda largissimè. Hoc dicit secundum Io Andr. Cardin. & Anchar. vel secundū alium intellectum. Verba priuilegiorum, quæ consonant iuri communi, vt beneficia, latissimè sunt interpretanda. Diuiditur in duas partes. Primò ponit mandatum. Secundò ipsius interpretationem, & eius causam. Secunda ibi, *quia verò.*

2 Nota primò priuilegium appellari beneficium, vt patet ibi, *cum beneficia*; & signa textum contra nonnullos tacito nomine hic relatos à Io. Andr. n.9 qui reprehendunt glossas, quæ priuilegia contra ius concessa vocant beneficia, dicentes beneficia propriè esse liberalitates, & gratias præter ius, pro quibus facit c. Cum dilecti, de donat. vbi ponuntur eadem met verba, quæ habentur hic in vers. Cum beneficia; & tamen textus ibi loquitur de donatione gratuita, sed glossæ prædictæ, vt inquit Io Andr. defenduntur per hunc textum, & per Decretalem Ordinarij, §. Si verò, de offic. Ordin. in 6. vbi dispensatio super pluralitate dicitur beneficium: ad idem textus in cap. Quia circa, de priuileg. vbi exemptio à solutione decimarum Episcopalium similiter beneficium appellatur.

3 Secundò nota ex littera beneficia Principum esse latissimè interpretanda, concordat d. cap. Cum dilecti, in fin. c. Per tuas, de donat & l. fin. ff. de Constit. Princip. cum alijs hic allegatis in glos. vltim. de hoc notatur in cap. Causam, infra eod. secundum Innocentium.

4 Sed pro pleniori doctrina dicendum est secundum Doctores, præsertim Io. Andr. nu.9. Butr. &
Abb. n.7. beneficium esse nomen generis: & hoc
modo nihil est aliud beneficium, quàm beneuola
actio tribuens gaudium capientibus, vt diffinitur
in tit. In quib. caus. feud. amitt. vers. Beneficium, in
vsib. feudor. & notat Io. Andr. in c Ad aures, de pœnis, & DD. hic. Beneficium vt genus est, diuiditur
5 in beneficium propriè sumptum, & sic assumit nomen speciei, sicut de arrogatione, & adoptione dicitur in l. 3 ff. de iurisdict. omn. iudic. & in l. 1. ff. de
adoption. Item diuiditur in priuilegium, & in rescriptum: & secundum hoc, omne priuilegium, &
rescriptum potest appellari beneficium, sed non è
6 conuerso. Si beneficium accipiatur vt species, &
sic in strictiori significatione, aliud est beneficium,
aliud priuilegium, & aliud rescriptum: nam beneficium est actio beneuola præter ius, secundum Io.
Andr. vbi supra: vnde donatio beneficium dicitur
in prælleg c. Cum dilecti, de donat. Vel secundum
Abb. n.7. beneficium dicitur liberalitas quædam,
seu gratia concessa sine alterius præiudicio præter
ius commune; & in idem recidit quod ait Butr. d.
n.7. videlicet beneficium strictè accipiendo esse
quando aliquid conceditur ex largitate concedētis, non ad præiudicium alterius, vel iuris, sed ad
præiudicium concedentis tantùm.

7 Priuilegium dicitur lex priuata, c. Priuilegium, 3. dist. c. Abbate, infra eod. cum concord. & dicitur ius priuatum, vel singulare, quia est contra ius cōmune, l. Ius singulare, ff. de legib. I 1. in fine, ff. ad municip. quapropter vbi scriptum est ius commune, à quo Princeps aliquem eximit, illud est priuilegium propriè; & dicitur actio bona contra ius, secundum Io. Andr. nu. 10. & ita sumitur supra de

Prosp. Fagn. in 2. par. 5. lib. Decretal.

8 priuileg.per totum. Ideoque dici solet, quod iure
communi competit, frustra per priuilegium impe-
tratur, l 1.C.de thesaur.lib.10.
9 Rescriptum secundum Io.And.n.11 dicitur bo-
na factio secundum ius; & sic sumitur supra, de re-
scrip.& C.de diuers.rescr.in rubro, & nigro: impe-
tratur enim ad iuris obseruantiam vt impetranti
10 fiat iustitia; & ideo dicit lex canonizata non vale-
re rescripta contra ius elicita, c.Rescripta, 25.q.2.
plenè Oldrad.cons.326.Quod articuli, n.1. in fine,
vers.Cum etiam sit legale. Item rescriptum secun-
11 dum Anton.de Butr.n.7.est in duplici differentia:
quandoque enim datur ad lites; & hoc potest ap-
pellari beneficium, sed certo respectu potest dici
priuilegium, quia scilicet emanat in præiudicium
potestatis ordinariæ: quandoque datur rescriptũ
ad beneficia; & tunc potest similiter dici benefi-
cium, sed certo respectu priuilegium, quia ema-
nat ad potestatem Ordinario adimendam.
12 Quibus præhabitis, cùm quæritur qualis inter-
pretatio in prædictis facienda sit, conclude bene-
ficium strictè sumptum, & prout est species, esse
largissimè interpretandum, vt in iuribus hic alle-
gatis in glos vltima: nam temerarium est, & absur-
dum liberalitatem Principis in diminutionem vel-
le interpretari, vt l.Hac saluberrima, C.de agen. in
reb.lib.12.& ita præter DD.hic, respondit Oldrad.
cons.300.in princ.incipien.Factum tale est, Magi-
stro, vbi hoc extendit pluribus modis, Abb. cons.
101.In quæstione, in fin.nu.11.lib.1. Anchar. cons.
245.Pro clariori, in princ. & nu 3. Alex. cons 160.
Viso themate, n.3 vers.Secundo præsuppono, lib.2.
13 Non me latet multos ex Doctoribus hoc limi-
tare vt non procedat quando beneficium Principis
redundaret in præiudicium tertij, vt in specie Ol-
drad.cons.50 Gratia, in fine, vers.Non obstat, An-
char.cons.161.Viso diligenter, in princ Io.de Imo-
la cons.131.n.2.Iason multa cumulans in l.fin n.19
& seq.ff.de Constit.Princip.Alex. cons. 215. Non
obstat, n.4.& seq.vers.Item licèt, lib.7.& Anton.de
Butr.hic n.7. vers. Modò si quæritur, vbi dicit be-
neficium Principis esse latè interpretandum, quan-
do non præiudicat alteri, nec priuat legem, sed so-
lum concernit præiudicium concedentis. Imò in-
certus Author post regulas Socini reg.1 ponit hãc
regulam, videlicet: Beneficium Principis in præiu-
dicium tertij strictè interpretandum; eamq; am-
pliat sex modis, & limitat decem. Sed tamen Do-
ctores citati, & passim alij, qui sic loquuntur, ac-
cipiunt beneficium non strictè prout est beneuola
actio præter ius, & conceditur non ad præiudiciũ
alterius, vel iuris, sed ad præiudicium conce-
dentis tantùm, vt idem met Butr.fatetur d.num.7.
vers.Tamen strictè loquendo, & dictum est supra
n.6. sed vsurpant nomen beneficij in latiori signi-
ficatione pro priuilegio, vel rescripto: & ita etiam
intelligi debet Butr. dum loquitur de beneficio,
quod priuat legem; hoc enim non congruit bene-
ficio strictè sumpto, sed prout sonat priuilegium:
quod, vt idem Butr. dixerat paulò ante, est quod
conceditur contra legem, & priuat legem: nam
secundum aliquos dictum est priuilegium quasi
14 priuans legem. Itaque statuitur generalis con-
clusio vt in beneficio strictè sumpto latissimè sit
interpretandum, ita tamen vt verba tenacissimè
obseruentur, & concurrant alia, quæ ponit Lodo-
uic.Roman.in cons 89.V tis ija, n.4.
15 In priuilegijs verò distingue secundum Docto-
res. Aut agitur de præiudicio solius concedentis;
& contra eum fit latissima interpretatio. Text. est
in c Quia circa, de priuil. vbi glos. fin. reddens ra-
tionem, ideo, inquit, in priuilegijs cõtra dantem
fit interpretatio, ne excogitata fraude suæ obuiet
liberalitati, c.1. 16. q.2. l Si quis argentum, §.fin.
C.de donat.& ita tenet Feder.de Sen.cons 61.n.2.
vers.Non obstat, Abb.cons.70.Id de iure, in fi.lib.2.
Alex.cons.110. Adeò grauis, n.10. vers. Quia pri-
16 uilegium, lib.6. & DD hic. Et propterea in præ-
iudicium concedentis verba generalia, & indefi-
nitè prolata ad futura extenduntur, vt est casus
in d.c.Quia circa, & ibi notat glos.vlt. & Calderin.
cons.527.circa fin aliàs 12.de priuil. & Guido Pa-
17 pa decis.489. Fallit in priuilegio concesso ab Ec-
clesia Romana, quæ in sui præiudicium non præ-
sumitur voluisse quemquam priuilegiare, text.est
in c.Cum instantia cum sua glossa in ver.Non cre-
dimus, de censib. quem ad hoc dicit notabilem
Lodou.Roman.cons.498 In casu, nu.8.vers.Quinta
ratio.
18 Aut agitur de præiudicio tertij, vel iuris com-
munis, & fit stricta interpretatio, c.Relatũ, de præ-
ben.& c.Archidiaconum Florẽtinum, 85.dist.glos.
vlt.& DD.hic, Roman.cons.180.Si admittimus, in
fin.Alex.d.cons.110 n.10. & seq. lib.6. verba enim
priuilegiorum secundum Innoc. ita sunt interpre-
tanda, vt non trahantur ad iniquum grauamen
alterius, l Ex facto, ff.de vulg.& pupill.&, vt inquit
Oldrad.cons.168 Quæstio est, in princ.n.1.vers.Sed
in contrarium: priuilegium ciuiliter, & tempera-
tè est intelligendum, itaut quantò minus fieri pos-
sit, iuri alieno præiudicet.
19 Quod adeo verum est, vt neque ex identitate,
imò neq; ex maioritate rationis priuilegium ex-
tendatur de casu ad casum; & est communis opi-
nio, vt testatur incertus Author post regulas Soci-
ni reg.8 Priuilegia debent strictè interpretari in
prima ampliatione; nec de persona ad personã se-
cundum Ant.de Butr.in c.Sanè, de priuil. & Bald.
in l.1.in princ.ff.de legib. Gemin.in c.Ne aliqui, in
4.notab.de priuileg.in 6.
20 Alia ratio huius cõclusionis est, quia omnis re-
cessus à iure communi est odiosus, c.1. & 2. de fil.
presbyt.lib.6.c.Quod dilectio, de consangu.& affin.
21 Abb. hic n.3. Quare in dubio fit interpretatio pro
iure communi quando concurrit cum priuilegio,
vt per Feder.de Sen.cons.256.Circa med.vers.Itẽ
22 quando ius commune; nã priuilegium recipit in-
terpretationem à iure communi, & debet inter-
pretari, vt minus lædat ius commune, quàm fieri
possit, cap.1.& ibi DD.de rescrip.§.Numquid, vbi
Gemin in 1.notab.de priuileg.lib.6.l.Si quãdo, vbi
Bart.& alij, C.de inoff.testam.c Dudũ, vbi Anton.
de Butr.de donat.Aret.cons.163.Diligenter, col fi.
23 Declaratur nunc supradicta conclusio, vt proce-
dat in dubio; secus si verba priuilegij sint clara,
quia tunc fit lata interpretatio etiam in præiudi-
cium tertij, quatenus patitur verborum proprie-
tas: ita declarat Dec.cons.313. Viso tenore, nu.6.
vers.Et ideo, & sentit Abb.hic n.4.vers. Et ex hoc,
vbi dicit priuilegium contra ius cõmune debere
largissime interpretari vbi verba hoc patiuntur;
& probatur hic secundum intellectum eorum, qui
dicunt Papam hic voluisse prouidere Canonico
contra ius commune; sed constare de illius inten-
tione, quia mandauit eidem prouideri sicut vni ex
ex alijs residentibus.

Decla-

24 Declaratur secundò, vt procedat dūmodo priuilegium aliquid conferat; aliàs enim fit lata interpretatio etiamsi agatur de alterius præiudicio, ne priuilegium sit inutile, c.Pastoralis, de priuileg. tex.in c.In his, qui quotidie ad hoc solet à Doctoribus allegari, eod.tit l.Quod verò, ff de legib. Oldrad. d.cons. 268.n.1.vers.Sed in contrarium.

25 Declaratur tertiò vt non procedat fauore cultus diuini, quia tunc in priuilegijs fit lata interpretatio etiam in præiudicium tertij, vt per Calder. cons.422.aliàs 6.de priuileg.quod est Petri de Ancbar.& Gaspar.Calderin.

Supradictam distinctionem in effectu posuit hic breuiter Io.Andr.n.10 vers. In isto procedit: ait enim, contra concedentem esse largè interpretandum; contra alios, quorum ius læditur, strictè, dūmodo tamen priuilegium aliquid conferat, & à verbis non recedamus.

26 Sed Anton.de Butr hic n.7. distinguit sic: Aut priuilegium priuat legem communem, & semper debet strictissimè interpretari, c.Priuilegia, 3. dist.

27 c.1.de te(?)scr. Aut priuat legem priuatam, idest consuetudinem, vel statutum; & tunc latissimè debet interpretari, vt hic probatur secundum intellectū eorum, qui dicunt in hac Decretali fuisse impetratum priuilegium de percipiendis fructibus à Canonico præsente, quia obstabat aliquod statutum, puta primæ residentiæ, vel ordinum, ne prædicta perciperentur: qui intellectus magis placet Ioan. Andr hic n.8. in glos.1. & pro eo facit littera ibi, *alijs residentibus*.

Sed primum membrum huius distinctionis videtur intelligendum in præiudicium tertij, nō autem in præiudicium concedentis, contra quem fit lata interpretatio etiamsi priuilegium priuet legē communem, vt in d.c.Quia circa, de priuileg.& latius dictum est supra.

28 Denique in rescriptis ad lites planum est fieri strictissimam interpretationē, c.Sedes, de rescript,

29 Tum quia præiudicant ordinariæ potestati, præsertimque etiam litigandi, & ideo sunt odiosa, cū lites sint potius restringendæ, quàm ampliandæ,

30 c.Nonnulli, & c.fin. eod. tit. Tū quia consueuerunt impetrantes illis abuti, vt in d.c.fin. tum demum, quia imputandum est illi, qui potuit legem apertius dicere, c.Contra eum, de reg iur. lib.6. & ita concludit hic glos.fin.Host.n.5.Io. Andr.in fi. Butr. n.7.vers. In rescriptis ad lites, Abb.n.7. vers. Sed si datur ad lites, & alij communiter. Et idem dicendum in rescriptis ad beneficia, quia sunt ambitiosa, & præiudicant ordinariæ potestati; & ideo fit in eis strictissima interpretatio secundum Abb in fin.

31 imò fortius in eis, quia agitur de maiori præiudicio, c.Quamuis, de præben.in 6. vt per Butr. vbi supra; & de materia vide glos. in c.Licèt, de transact. & Legistas in l.Si quando, C.de inoff.testam.

32 Tertiò nota ibi, *nostrum aperiendum duximus intellectum*, priuilegia in dubijs recipere intellectum secundum intentionem concedentis, c.Dilecto, infra eod c.Mandatum, & seq. de rescript. & l. Nemo(?) ff de reg.iur.Innoc.hic in ver.Intellectū:

33 qui verò rescriptum Principis astutè, vel malitiosè interpretatur, infamis est, vt inquit glos. nostra in ver. Aliter quam doceat; & est expressum in l.1.ibi; Infamiæ notam subituro eo quod vel astutè cam interpretari voluerit, &c. C.de legib.

34 Quartò nota in eod.vers. interpretationē priuilegij pertinere ad Principem concedentē, concordat c. Cum venissent, de iudic Et est ratio, quia eius est interpretari, cuius est concedere, c. Inter alia, supra tit.prox c Sicut, §.Ex his, 11.q.1. l.fin. C. de legib.glos.1. & DD.in d.c. Cum venissent, Host. hic n.5.in ver. Aperiendum, & Abb.n.2.

35 Hanc autem interpretationem potest Princeps facere etiam parte absente, vt hic. Sed circa hoc Innocentius distinguit inter modificationem, & interpretationem; nam modificatio est cū aliquid detrahitur priuilegio: & hæc fieri debet presentibus partibus, vt in c.Nuper, de decim. posset tamen Papa etiam in absentia partium hanc modificationem facere: interpretatio verò, nempè vbi Princeps respondet de intentione sua, siquidem fiat extraiudicialiter, non est necesse vt partes sint præsentes; sed talis interpretatio obest partibus etiā absentibus, & non vocatis, itaut ad eiusmodi interpretationem seruandam cogantur, vt hic pater: & talis dicitur propriè declaratio. l. Hæredes palam, §.1.ff de testam, ad hoc c.Cum tibi, & c. Dilecto, infra eod. Sin autem fiat in forma iudicij, tunc siue Princeps declaret secundum proprietatē verborum, siue aliter, hæc declaratio fieri debet parte præsente, vel citata, vt supra c.prox.& latius hic per Innoc.n.1.Host.n.5.vers.Sed contra, Anton. de Butr n.5.vers. Est etiam dare interpretationem, & Abb.n.2.vers.Secundò collige.

De multiplici autem interpretatione, quam hic prosequitur Innoc. scripsi latissimè in c.fin.de Constit.& in d.c.Cum venissent, de iudic. post glos. in c.1. in ver. Interpretatus, de postulat. Prælator. & glossam iuris ciuilis in l. Si de interpretatione, ff. de legib.& Cardin.in c.Cum dilectus, de cōsuetud.

36 Quintò nota priuilegiato super fructibus præbendæ in absentia percipiendis deberi etiam manualia beneficia, seu distributiones quotidianas, si in Ecclesia nulli alij sint fructus à quotidianis distributionibus distincti, sed reditus omnes in his distributionibus consistant, prout erat in casu huius Decretalis, ponderādo litteram ibi, *de communibus*, & in fine ibi, *de communi*; quæ innuit Canonicos habuisse omnia communia, vt accuratè obseruat Hostien. n.1. in ver. Residentibus, & ver. De communibus, & fusius infra n.3. & Io. Andr. n.1.in fine in eod.ver.

Huius conclusionis duplex est ratio. Altera, quia in illis Ecclesijs, vbi nulli alij sunt reditus, quam huiusmodi manualis, seu distributiones quotidianæ, si priuilegiatus illas non perciperet, priuilegium esset prorsus inutile, cōtra tex.in c.In his, de priuil.& c.Si Papa, eod.tit.lib 6.& fusius dictum est supra n 24. quam rationē assignat Host.

37 & Io. Andr. vbi supra. Altera ratio est, quis non datur Canonia sine præbenda, c.Relatum, & c Dilectus, il primo, de præben. & ideo in illis Ecclesijs, vbi non sunt præbendæ distinctæ, seu fructus, vt vocant, grossi, distributiones quotidianæ succedunt in locum præbendæ: quam rationem cum prima per Host adducta ponit glos.penuit.vers.Et ad hoc facit, & vers.Sed quid dicis, in c.vnico, de Cler.nō residen. lib. 6. quam ibi sequuntur Gemin. §. Qui verò, n.14. Franc.n.8.& cæteri omnes, & scripsi latius in c.Licet, nu.124. post glossam ibi, supra de præben.

Itaque in Ecclesia, de qua agitur in hac Decretali, reditus omnes consistebant in his manualibus beneficijs: alioquin si diceremus in illa fuisse fructus præbendæ à quotidianis distributionibus

 distin-

distinctos, hæc Decretalis esset sine ratione.
Et, vt verbis Hostien. vtar n. 2 vers. Etsi de tali-
bus, quærenti cur Papa cōcesserit huiusmodi ma-
nualia à fructibus distincta Canonico priuilegiato
super fructibus in absentia percipiendis, non pos-
sum respondere, nisi quia ita placuit, vt c. In me-
moriam, 19. distin. & Instit. de iure natur. §. Sed &
quod Principi, sequitur Io. Andr. n. 5. idest, non de-
buit Papa sic interpretari, vt explicat Butr nu. 6.
vers. Videtis: nam cum distributiones quotidianę,
vbi sunt fructus distincti, non dentur his qui in
seruitio Episcopi, vel etiam Papæ sunt, nec Theo-
logiæ studentibus, vt c. De cætero, c. Cum dilectus,
& c. Ad audientiam, de Cler. non residen. & c. Li-
cet, de præben. per quam durum esset, vt Papa illas
concessisset huic Canonico, & ita esset pro ratione
38 voluntas. Adde quod generaliter dispensatus su-
per fructibus in absentia percipiendis, percipere
debet fructus præbendæ tantùm, non autem distri-
butiones quotidianas, vt est tex. in d. c. Licet, de
præben. secundum intellectum Abb. & aliorum, vt
ibi dixi in princ. Rationem reddit glos in c. vnico,
in ver. Adfuerint, de Cler. non residen. lib. 6. & Io.
Andr. hic nu. 5. in ver. Plenè, quia dispensatio hæc
facit vt Canonicus reputetur pro præsente, non au-
tem pro interessente diuinis officijs: sed si pręsens
esset, & officijs non interesset, has distributiones
non perciperet, vt in d. c. vnico. Ergo nec dispen-
39 sationis vigore percipiet; & quamuis secus esset si
diceretur in gratia, vt reciperet ac si præsens esset,
& diuinis officijs interesset; tamen subdit glossa se
nunquam vidisse talem formam ab Apostolica
Sede emanasse. Nec eam formam obseruauit Pa-
pa in terminis huius Decretalis, sed simpliciter re-
scripsit, vt Canonico Paduano daretur præbenda,
quę tantū residentibus de cōmuni conferturunde
dicendum est in ea Ecclesia non fuisse corpus præ-
bendæ distinctum, sed omnia constitisse in quoti-
dianis distributionibus: quo modo Decretalis ful-
citur optima ratione, & vitantur omnia contra-
ria. Et hunc esse verum intellectum huius textus
affirmat, & pluribus comprobat Host. n. 3. Io. Andr.
n. 2. quos referunt, & sequuntur glos. pragm. sanct.
tit. Quo tempore quisque debet esse in Choro, §.
Iubet, in ver. Distributiones, & Paris. cons. 32. nu. 7.
lib. 4. de quo vide quod scripsi in eod. c. Licet, in 2.
membro principali, in 2. fallentia, n. 124. & seq. de
præben.
40 Itaque inspecta iuris communis dispositione
Canonici priuilegiati super fructibus in absentia
percipiendis lucrantur sine diminutione huiusmo-
di distributiones, vt hic patet in fine ibi, *plenè sicut
vni ex alijs residentibus*. Verum post Concilium
Trid. quod in c. 31. sess. 21. iubet conuerti tertiam
partem fructuum in distributiones quotidianas,
sic absentes percipere debent tantummodo duas
tertias illarum partes, amissa alia tertia, quæ in-
seruientibus accrescit, vt fusius ostendi in c. De cę-
tero, à n. 29. vsque in fin. de Cler. non residen. & in
d. c. Licet, n. 120. de pręben.
41 Vltimò nota manualia beneficia esse prouentus
illos, qui dietim diuiduntur inter eos, qui diuinis
officijs intersunt, vt per glos. Innoc. & Io. Andr. in
ver. Et manualia; & sic appellantur, qui traduntur
de manu in manum illis tantùm, qui singulis die-
bus, & horis personaliter intersunt, sicut fit pluri-
42 bus in locis, vt melius Ecclesiæ seruiatur; quia talis
interest pro denario, qui non interesset pro Deo,
vt verbis Hostien. vtar hic n. 2. in eod. ver. Et ma-
43 nualia: qui propterea etiam concludit sic interes-
sentes non committere quidem simoniam veram,
cum nulla pactio, nulla conditio expressa interce-
dat, sed tamen grauiter peccare, & committere si-
moniam mentalem, pro qua sufficit sine dispensa-
tione aliqua per solam pœnitentiam suo satisface-
re Creatori, de quo dic vt legitur, & notatur in
c. Tua nos, & c. fin. supra de simon.
44 Itaque Papa hic appellat manualia beneficia
distributiones quotidianas, quæ scilicet Canonici
quotidie pro diurnis, & nocturnis horis distribuū-
tur sine fraude; quæ sunt verba Extrauag. Cū non-
nulla, la prima, §. Præterea, de prębend. quæ etiam
alibi vocantur victualia, vt in c. De cætero, supra
de Cler. non residen. & vtriusq; nuncupationis me-
minit text. in c. vnico, eod. tit. lib. 6. ibi, *distributio-
nes quotidianas, quæ alias manualia beneficia, seu
victualia nuncupantur*.
45 QVAERO, An prouentus, qui in fine anni di-
uiduntur inter eos tantùm, qui diuinis officijs in-
terfuerunt pro rata seruitij cuiusque horę, sint ve-
rè, & propriè distributiones quotidianæ, itaut pro-
pterea ex illis non sit contribuendum Seminario
erecto iuxta formam Concilij Tridentini in c. 18.
sess. 23.
46 Hic casus contingit in prima Congregatione
Concilij, cui ego interfui vt Secretarius die 20. A-
prilis 1613. in Collegiata Ecclesia Aquauiuæ Ba-
rensis Diœcesis, in qua non sunt præbendæ distin-
ctæ, sed reditus omnes diuiduntur non quotidie,
sed in fine anni inter Canonicos, habito tamen
respectu ad seruitium quotidianum cuiusq; horæ,
itaut qui minus Ecclesię in Choro inseruierit, mi-
nus percipiat. Et orta controuersia inter Archie-
piscopum Barensem, & Capitulum prædictæ Ec-
clesiæ, an ex reditibus, & prouentibus huiusmodi
esset contribuendum Seminario ad præscriptum
d. c. 18. sess. 23. emanauit propositum dubium.
47 Pro cuius solutione supponendum est ex distri-
butionibus quotidianis non esse contribuendum
Seminario; quia Concilium in eod. c. 18. in vers. Et
48 quia ad Collegij fabricam, iubet detrahi portionē
Seminario applicandam ex fructibus integris mē-
sæ episcopalis, & Capituli, Dignitatum, Canonica-
tuum, & beneficiorum quorumcumq; fructuū au-
tem appellatione non veniunt distributiones quo-
tidianæ, vt probatur in c. vnico, de Cler. non resid.
lib. 6. in c. fin. §. In illis, de concess. præben. eod. lib. &
in c. Licet, & ibi dixi in 1. notab supra de præben. &
decidit Cassador. decis. 1. de Cler. nō resid. vnde ex
his distributionibus quotidianis non esse contri-
buendum Seminario sæpius respondit S. Congreg.
Concilij, & consuluit Mandos. cons. 15. quem recē-
tiores communiter postea sequuti sunt.
49 Quibus præhabitis verius videtur, prouentus,
seu reditus, de quibus agitur, esse verè, & propriè
distributiones quotidianas; quia tametsi diuidā-
tur in fine anni, hoc tamen fit gratia cōmodioris
solutionis: & cùm diuidantur inter eos tantū, qui
diuinis intersunt pro rata seruitij diurni, & absen-
tes nihil percipiant; hinc necessariò concluditur, vt
sint quotidianæ; text. est in Extrauag. Postulasti Io.
XXII. vers. Licet autem, de præben. cui non aduer-
satur Extrauag. Cū nonnullæ, la prima, §. Præterea,
de præben. vt probaui in c. Licet, nu. 20. eod. tit. &
ita firmat Rota apud Achill. decis. vnica, de distri-
but. & Caputaq. decis. 29. p. 2. & in indiuiduo redi-
tus

tus huius Eccleſiæ Aquauiuæ eſſe diſtributiones
quotidianas non obſtante quod diuidantur in fine
anni, decidit Rota corã Card. Seraph. deciſ. 141.
num. 5.

Nec releuat reſponſio Archipresbyteri, quod
Rota intellexerit de relictis incertis, qui dictim
diſtribuuntur; imò enim deciſio Seraph. loquitur
apertè de illis reditibus, qui diuiduntur in fine an-
ni, & ſic de certis, vt in verſ. Neque obſtare quod
non videantur, &c. Et pro hac parte etiam reſol-
uit S. Congregatio, licèt vna tantùm parte infor-
mante, vt in litteris ad Archiepiſcopum datis: vn-
de in hoc non videtur vlterius immorandum, cùm
pro Capitulo extet deciſio Rotæ, & reſolutio Sa-
cræ Congregationis.

Tantùm ſupereſt vt reſpondeatur ad obiecta,
quæ fiunt pro Seminario.

50 Opponitur enim primò, quod emolumẽta præ-
dicta percipi conſueuerunt in abſentia ab Archi-
presbytero, & aliàs iuſſu S. Congreg. Epiſcoporum
aſſignata fuerunt cuidam Canonico ſtudiorũ cau-
ſa abſenti: ergo non ſunt diſtributiones quotidia-
næ, quas non lucrantur abſentes ex prædicta cau-
ſa, c. Poſtulaſti, §. Licet autem, & c. Cum nonnullę,
il primo, §. Præterea, de præben. in Extrauag. com-
mun. nec valet contraria conſuetudo, c. vnico, de
Cler. non reſiden. lib. 6.

At reſpondetur aduerſus Archipresbyterũ ex-
tare deciſionem Seraphin. ſupra cit. qua reſolutum
fuit ei non eſſe dandum mandatum de manutenẽ-
do in perceptione prædictorum emolumentorum
in abſentia, quia cùm ſint diſtributiones quoti-
dianæ, reſiſtit ius, & decretum Concilij Tridenti-
ni in c. 12. ſeſſ. 24.

51 Quo verò ad Canonicum reſpondetur idcircò
fuiſſe illi aſſignata emolumenta, quia in his omnes
reditus Capituli conſiſtunt: quo caſu ex iuris cõ-
munis diſpoſitione debẽtur ſine diminutione Ca-
nonicis abſentibus ſtudiorum cauſa, quia ſucce-
dunt in locum præbendæ, ne alioquin detur Ca-
nonia ſine præbenda, & priuilegium ſit eluſorium:
ita tenet gloſ. communiter approbata in d. c. Licet,
in ver. Diſtributiones, verſ. Sed quid dices, de præb.
& latius oſtenſum eſt ſupra in 5. notab. Et hoc caſu
52 cùm ſcilicet vniuerſi Capituli reditus quotidianis
diſtributionibus conſtant, S. Congregatio conſue-
uit reſcribere, vt Canonicis ex legitima cauſa ab-
ſentibus aſſignentur duæ tertiæ illarum partes, a-
miſſa alia tertia, quæ inſeruientibus accreſcit, pro-
pter decretum Concilij c. 3. ſeſſ. 21. vt ſcripſi in d. c.
De cætero, in fin. de Cler. non reſiden.

53 Opponitur ſecundò, Archipresbyter dum in-
tereſt diuinis, percipit duas partes horum prouẽ-
tuum: ergo non ſunt diſtributiones quotidianæ,
quæ non debentur duplicatæ, eidem perſonæ ra-
tione duorum officiorum; non enim magis præ-
ſens eſt qui ſimul Archipresbyter, & Canonicus
eſt, quàm qui ſolus Canonicus, c. Cum olim, de
re iudic.

Sed obiectum tollitur, quia ſecundum magis
communem Canoniſtarum opinionem obtinenti
in eadem Eccleſia dignitatem cum Canonicatu
debentur duplices diſtributiones, quam ſequuti
ſunt Io. Andr. Abb. & Felin. in d. c. Cum olim: & de
communi teſtatur Couarr. lib. 3. variar. reſol. c. 13.
n. 6. & ita reſpondit Sac. Congreg. in cauſa Alberti
Luti Archipresbyteri, & Canonici Metropolitanæ
Eccleſiæ Senenſis die 7. Maij 1602.

54 Opponitur tertiò, quod cum ex prædictis pro-
uentibus deducantur onera ſpoliorum, & decima-
rum Papalium, hinc etiam videtur inferri, vt non
ſint quotidianæ diſtributiones, quæ huiuſmodi o-
neribus non ſunt obnoxiæ, d. Extrau. Poſtulaſti, §.
Licet autem, de præben. Gemin. conſ. 58. n. 18. Mã-
tica conſ. 1. per tot. lib. 1. Ferrett. conſ. 237. per to-
tum lib. 2.

55 At reſpondetur vt ſupra ad 1. oppoſit. videlicet
id non procedere hoc caſu, in quo vniuerſi Capi-
tuli reditus cõſiſtunt in diſtributionibus, vt decla-
rat Tiber. Decian. reſpon. 43. nu. 14. vol. 1. vbi dicit
abſurdum eſſe contrarium aſſerere, cùm præſertim
vſus quotidianus doceat de his diſtributionibus
ſolui ſupradictas impoſitiones; & tamen de his ex
ſententia S. Congregationis non eſt contribuen-
dum Seminario.

56 Opponitur demum, quod in diſtributionibus
quotidianis conſuetudine induci non poſſit vt in-
tereſſentes Choro eas non percipiant, Lap. alleg. 43.
in princ. Mill. in repert. in ver. Conſuetudo non va-
let, & tamen ex conſtitutione prædictæ Eccleſiæ,
qui abfuerunt per quinquaginta vices, integras di-
ſtributiones amittunt itaut quamuis poſtea inſer-
uiant, tamen nihil percipiant. Ergo ſignum eſt hos
prouentus non eſſe diſtributiones, quia alioquin
conſtitutio non valeret, ſicut non valet cõſuetudo,
vt in terminis tradit Lap. vbi ſupra in fin. & Franc.
in c. vnico, §. Statuimus, in fine, de Cler. non reſid.
lib. 6.

57 Cæterum reſpõderi poteſt prædictam Conſtitu-
tionem non diſponere principaliter, vt inſeruiẽtes
Eccleſiæ nihil lucrentur, vt in caſu Lapi, & Frãchi,
ſed vt abſentes per quinquaginta vices amittant
integras diſtributiones. Et quamuis in quamdam
conſequentiam inde eueniat, vt qui eas amiſerunt
poſtea inſeruiendo nihil lucrentur: tamen hoc non
debet attendi, ſed quod principaliter eſt actũ, l. 1.
ff. de author. tutor. Bart. in l. Ambitioſa, in 2. reg. de
decret. ab. ord. facien. præſertim quia inter vtrũq;
58 caſum eſt euidens ratio diuerſitatis: nam conſue-
tudo, vel ſtatutũ, vt inſeruientes nihil percipiant,
propterea non valent, quia ſunt damnoſa Eccle-
ſiæ: reddunt enim Canonicos ad inſeruiendum ſe-
gniores, quibus nulla merces laborum præſtituta
eſt; & ſic deſtruunt finem augmenti cultus diuini,
propter quẽ inſtitutæ ſunt diſtributiones quotidia-
næ, Abb. in c. Licet, in 2. notab. de præben. Rota
deciſ. 134. in nouis, Decian. reſpon. 69. n. 8. vol. 2. &
conſtat ex c. 3. ſeſſ. 21. Conc. Trid. & dictum eſt ſup.
59 n. 41. At per contrarium Conſtitutio prædictæ Ec-
cleſiæ metu pœnæ reddit Canonicos ad inſeruien-
dum promptiores: vnde cum reſpiciat Eccleſiæ
vtilitatem, & diuini cultus augumentum, potius
cenſeri debet præſeruata à Cõcilio, arg. d. c. 3. verſ.
Saluis tamen, ſeſſ. 21. c. 3. verſ. Hęc in ijs tantùm Ec-
cleſijs, ſeſſ. 23. & c. 12. verſ. Saluis nihilominus, ſeſſ.
24. Et cùm d. Conſtitutio edita fuerit in augmen-
tum ſeruitij Eccleſiæ, operari non poteſt, vt præ-
dicta emolumenta ſortiantur naturam fructuum
præbendæ, quia cùm fructus huiuſmodi dentur
etiam abſentibus ex legitima cauſa, ſublatis di-
ſtributionibus, minueretur ſeruitium Eccleſiæ, &
inducta in augmentum operarentur diminutionẽ,
contra l. Legata inutiliter, ff. de adimen. legat. &
l. Quod fauore, C. de legib.

60 Sed præter oppoſitiones ſuperius propoſitas,
adhuc videtur vrgere contra Canonicos, quod in
illis

illis Ecclefijs, vbi redirus vniuerfi in quotidianis diftributionibus confiftunt, huiufmodi diftributiones fuccedunt in locum prębendæ, & fortiuntur naturam fructuum, vt fusè oftenfum eft fupra in penult. notab. fed ex fructibus prębendę clatum eft contribuendum effe Seminario: ergo fimilitee contribnendum eft ex his diftributionibus, quæ loco fructuum funt fubrogatę.

Verum refponderi poteft prædictã fubrogationem in locum præbendæ habere locum dumtaxat fauore illorũ, qui habent priuilegia de percipiendis fructibus in abfentia, vt in Canonicis abfentibus pro feruitio Epifcopi, vel in ftudio Theologiæ, & his fimilibus: tunc enim, ne aliàs priuilegiũ fit elufforium, percipere debent huiufmodi diftributiones, quę loco fructuum fuccedunt de iure communi integrè, & poft Concil. Trid. pro duabus partibus, vt dixi fupra nu. 51 & 52. & in d.c. Licet, à nu.
61 124. de præben. At verò in materia odiofa, & reftringibili diftributiones quotidianæ retinent propriam naturam, nec vlatenus fuccedunt in locum præbendæ. Ad quod induco hanc Decretalem: nam Papa hic mandat affignari Canonico priuilegiato fuper fructibus percipiendis victualia beneficia, feu diftributiones quotidianas, in quibus vniuerfi reditus confiftebant, vt probatum eft fup. in 5. notab. & reddit rationem cur hoc mandauerit, quia fcilicet beneficia Principum funt largiffimè interpretanda. Ergo vt diftributiones fuccedant in locum prębendæ non ex natura rei, aut ex proprietate, fed per viam interpretationis extenfiuæ. At huiufmodi interpretatio, feu extenfio fit in fauorabilibus tantùm, nõ autem in odiofis, quia odia reftringi, & fauores conuenit ampliari, vt in regula Sexti, Odia.

62 Et in hanc partem aliàs refpondit S. Congregatio Concilij: nam cùm Canonici S. Iuuenalis de Narnia non habentes diftinctas præbendas, fed omnia bona in communi maffa diftributionum quotidianarum, quæ poftea in fine anni diftribuũtur inter interefſentes in genere abfq; eo quod aliquid certi habeant, petierint declarari an iftę diftributiones veniant appellatione fructuum, iuxta tradita per Gemm. in c. Præfenti, col. 5. verf. Ex his, de offic. Ordin. lib. 6. adeout qui non emiferunt Fidei profeffionem, ipfas diftributiones amittant ad præfcriptum c. 12. feff. 24. verf. Prouifi autem: & quatenus amittant, an cæteris Canonicis accrefcant, vel Ecclefiæ debeantur: S. Congregatio cenfuit dicendum primò vt Canonici fupplicent Sanctiffimo pro gratia. Secundò fi præbenda adeft diftincta à quotidianis, Canonicos lucrifacere quotidianas. Tertiò etiam dato quod non lucrifecerint, non ideo diftributiones acceffuras alijs Canonicis, quia diftributiones non feruientium accrefcunt feruientibus; fed ifti Canonici feruierunt: ergo, &c. Quartò fi contendatur omnes reditus effe in quotidianis, licèt aliàs S. Congregatio in vna Piftorien. inclinauerit, vt tunc habeantur loco fructuum, & ideo perdantur; tamen quia materia hæc eft pœnalis, cenfuit amplius deliberandum.

Sanctiffimus gratiam fecit prædictis Canonicis vt quamquam omiferint profeffionẽ Fidei; tamen fructus faciant fuos, non obftante decreto Concilij: idque fiue fructus fint verè, fiue & multo magis diftributiones, quas iure lucrifeciffe eos Sanctitas Sua dixit, prout & Congregatio cenfuit: fiue etiã omnes fructus effent in quotidianis; quo cafu quotidianæ videntur loco fructuum, licèt S. Congregatio in hac materia pœnali nondum id declarauerit, fed in omnem euentum eifdem Canonicis Sanctiffimus gratiam fecit.

Quod fi inftas materiam contributionis Seminarij effe fauorabilem propter Ecclefiæ, & augmẽtum diuini cultus, vt colligitur ex contextu d.c. 18 feff. 23. præfertim ibi, *Quorum indoles, & voluntas fpem afferat eos ecclefiafticis minifterijs perpetuò inferuituros*: & ibi, *Studium præfeferant Deo, & Ecclefiæ inferuiendi*: necnon ibi, *vt hoc Collegiũ Dei miniftrorum perpetuum Seminarium fit*: ergo diftributiones fuccedere debent loco fructuum, quemadmodum fuccedunt in alijs cafibus fauora-
63 bilibus, & priuilegiatis. Refpondebimus hanc materiam effe mixtam, partim enim eft fauorabilis, refpectu fcilicet Seminarij, & Ecclefiæ generalis, cui ex Collegio fuppeditantur miniftri; partim verò odiofam, ideft refpectu Canonicorum, quibus fubtrahitur pars diftributionum, & refpectu cultus diuini, in cuius fauorem diftributiones quotidianæ funt inftitutæ, vt dictum eft fupra n. 41. & 58. At difpofitio partim fauorabilis, & partim odiofa reftringi debet quatenus præiudicat alteri, vel cultui diuino, vt in hac ipfa materia diftributionum notat Abb. per illum text. in c. Licet in 8. notab. n. 3. de præben. & confequẽter non eft locus
64 fupradictæ fubrogationi. Idque iam probauit S. Congregatio, dum refpondit ex diftributionibus quotidianis non effe contribuendum Seminario, etiamfi diuidantur in fine anni, & in illius vniuerfi Capituli reditus confiftant.

De Verborum fignificatione.

Cap. Nouimus.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus traditur Curiæ fæculari, quia degradatur fæculari poteftate præfente, cui etiam denunciatur, vt recipiat illum in fuum forum, & nu. 3. & 5.*

2 Aliud, *diftinctio eft repetitiua fimilium, & facit pofitionem eiufdem qualitatis ad præcedentia.*

Degradatio fieri non poteft pro quolibet flagitio damnabili, & damnofo, nifi in cafibus in iure expreffis, ibid.

3 *Iudex laicus non poteft præuenire Epifcopum in proceffu, & fententia contra Clericum fuper crimine atrociffimo, nifi poft actualem degradationem, & traditionem Curiæ fæculari.*

4 *Priuatio præfupponit habitum.*

5 *Traditio Curiæ fæculari intelligitur fieri quando ab ipfo Epifcopo fit degradatio fæculari poteftate præfente, & pronunciatur, vt in fuum forum recipiat degradatum.*

6 *Nec requiritur traditio manualis, fed verbalis.*

7 *Carcer perpetuus eft grauior pœna, quæ poffit Clericis imponi ab Ecclefia.*

8 *Et proportionatur morti naturali.*

9 *Carcer perpetuus non debet effe ita durus, vt infra paucos dies carceratus moriatur.*

Nec debet tantum fubtrahi de victu neceffario, vt verifimiliter debeat mori.

10 *Et Officiales hæc facientes funt homicidæ, & irregulares, & nu. 13. & 14.*

Mors

11 *Mors magis est afflictiua, quæ cum longiori languore fit.*
12 *Misericordiæ genus est citò occidere.*
13 *Prælatis Regularibus nefas est damnare subditum, vt fame pereat præcipiendo alijs ne cibos deferant.*

1 NOVIMVS. Clericus traditur Curiæ sæculari, quia degradatur sæculari potestate præsente, cui etiam denunciatur vt recipiat illum in suum forum. Hoc dicit Io. And. Butr. Cardin. Anchar. & Abb. Finis non respicit titulum, & secundum aliquos ponit gratiã, de quo per Io. Andr n 6. & Cardin. n. 3.

2 In textu ibi, *propter hoc, vel aliud flagitium graue, non solum damnabile, sed damnosum fuerit degradatus.* Pondera illam dictionem, *aliud*, quæ ostendit non pro quolibet flagitio damnabili, & damnoso Clericum esse degradandum, & tradendum Curiæ sæculari, sed pro illo dumtaxat, pro quò expresse cautum est in iure, vt debeat degradari; nam cùm tex. primò loquatur de falsario litterarum Apostolicarum, de quo est expressum in iure, vt degradetur, vt hic, & in c. Ad falsariorum, supra de crim. falsi & ad hoc crimen se referat, dũ dicit propter hoc: vtique dum postea immediatè subiungit, vel aliud flagitium, intelligi debet de alio simili, & sic de expresso in iure, cùm dictio, *aliud*, sit repetitiua similium, & facit positionem eiusdem qualitatis ad præcedentia, l. Si fugitiui, & ibi glos. in ver. Alia, C. de seruis fugit. glos. in l. 1. ff. Mandati, Bald. in l. final. n. 1. C de his qui à non Domin. & quamuis Innoc. hic n. 1. generaliter adnotauerit, pro quolibet crimine, dummodo sit damnabile, & damnosum, posse aliquem tradi Curiæ sæculari, tamen hoc non firmat, imò se postea remittit ad ea, quæ scripsit in c. Excommunicamus, de hæret. vbi nu. 1. concludit pro tribus tantùm criminibus posse Clericum degradari, videlicet pro crimine hæresis, pro falsificatione litterarum Apostolicarum, & pro conspiratione in proprium Episcopum, prout etiam tenet glos. hic in ver. Tradatur, quàm communiter sequuntur Doctores, nec in materia degradationis potest fieri extensio de casu ad casum etiam ex identitate, vel maioritate rationis, vt efficaciter probaui in c. Cum non ab homine, n. 66. & 83. vsque ad n. 90. supra de iudicijs, vbi plenè videas.

3 In textu ibi, *& in suum forum recipiat degradatum.* Pondera benè hanc litteram, quia per eam apertè reprobatur opinio Abbatis in c. At si Clerici, n. 41. de iudicijs, vbi dixit posse dari nouã doctrinam, quod vbicumque lex ciuilis pro crimine atrocissimo imponit aliquam pœnam ex sæuissimis, possit iudex laicus procedere in Clericum super tali crimine, & Episcopum præuenire in processu, & sententia; & eo degradato, legali pœna punire. Hoc enim patet esse falsum, quia etiam pro crimine, pro quo expressum est in iure, vt Clericus debeat degradari, sicut est falsificatio litterarum Apostolicarum, de quo hic in tex. tamen reus non efficitur de foro sęculari, nec iudex laicus habet in eum iurisdictionem, nisi posteaquam ab Episcopo fuerit actualiter degradatus sæculari potestate præsente, & pronunciatum, vt in suum forum recipiat degradatum: per hoc enim intelligitur tradi Curię sęculari, vt in littera: & ita ante degradationem, & traditionem huiusmodi reus non intelligitur ab Ecclesiastico foro protectus: nec iudex laicus potest super tali causa se vllatenus immiscere, vt hic per Io. Andr. n. 3. in ver. Pronun-
4 ciandum, & Abb n. 7. ad idem c. Degradatio, in fin. de pœnis, lib. 6. vbi præscribitur forma degradationis, secundum quam Episcopus pronunciat, *Eximimus te omni Ordine, beneficio, & priuilegio Clericali*, vt etiam habetur in Pontificali Romano in Rubr. de Degradatione: ergo ante actualem degradationem non erat exutus, quia priuatio pręsupponit habitum, l. Decem, ff de ver. obligat. c. Ad dissoluendum, de desponsat impuber. Quod latius prosequor in primo allegato c. Cum non ab homine, à n. 83 vsque ad n. 92 de iudic.

5 In textu ibi, *Per hoc enim intelligitur tradi Curiæ sæculari.* Nota hanc litteram contra eos, qui dixerunt degradatum statim exutum esse omni priuilegio Clericali, nec opus esse vt tradatur Curiæ sæculari, prout cõmuniter teneri asseruit Alciat. in d. c. Cum non ab homine, nu. 108. de iudic. quem referũt Villalob. in sua Collectar. commun. opinion. littera C. n. 71. & Iul. Clar. in praxi criminal. § fin q. 36. vers. Scias autem: etenim cùm degradatio fiat sæculari potestate præsente, quando Episcopus pronunciat, vt iudex laicus in suum forum recipiat degradatum, tunc intelligitur facta traditio, vt dicitur in littera: vnde benè Io. Andr. & sequaces in summ. textus dicunt Clericum tradi Curiæ sæculari, quia degradatur sæculari potestate præsente, & ei denunciatur, vt illum in suum fo-
6 rum recipiat. Saluari tamen possunt Doctores si dicamus non requiri, vt degradatus tradatur, idest actu consignetur in manibus Curiæ sæcularis, quia hoc fieri intelligitur per ipsam degradationem, & pronunciationem, vt supra: quod benè declarat Io. Andr. hic nu. 3 in ver. Pronunciandum, dicens non solum fit degradatio, sed etiam pronunciatio verbalis, non tamen fiet manualis traditio, sicut quidam dicunt, ne tam rigidæ iustitiæ sanguinis consentire videatur Prælatus, c. Clericis, & cap. Sententia, Ne Cleric. vel Monach. & ita non fit traditio actualis, sed verbalis, secundum Abbatem Siculum nu. 7.

7 In §. Pro illo verò ibi, *In perpetuum carcerem ad agendam pœnitentiam eum includas.* Nota hanc pœnam carceris perpetui: nam, vt inquit Innoc. hic ad finem in ver. In perpetuum, Ecclesia non potest Clericis grauiorem pœnam imponere; quod etiam tenet Archid. in c In memoriam, n. 11 19. dist. & Cardin hic n. 3. quinimo vt dicit idem Cardin. in c. Cum non ab homine, n. 4. vers. Oppono, & post eum Aretin. n. 53. de iudicijs: huiusmo-
8 di pœna detrusionis in monasterium ad agendam pœnitentiam est loco vltimi supplicij, & proportionatur morti naturali, saltem in eo casu, in quo sic detrusus sustentatur pane doloris, & aqua angustiæ, iuxta text. hic; minor enim pœna est statim mori, quàm diu affligi, & salutem non sperare.

9 Cæterum aduerte, quia Officiales, qui condemnant Clericos in perpetuum carcerem non debent condemnatos ponere in tali loco, vel carcere, in quo viuere non possint, sicut sunt multi carceres Episcoporum Regni Franciæ pro Clericis de atroci crimine damnatis, vbi non viuunt vltra sex, vel octo dies, quorum pœna, seu mors est grauior patibulo suspensorum, cùm peiori, & duriori morte
10 magis languendo intereant. Et Officiales tali
11 morte aliquos exponentes homicidæ, & irregulares reputantur: magis enim est afflictiua illa mors,

mors,quæ com longiori langnore fit,c.Nihil enim,
il secondo, de consecrat. distinct.5. Vnde Seneca
12 [Acerbissima est crudelitas, quæ pœnam trahit:
sicut è conuerso, misericordiæ genus est citò occidere] d.cap.Nihil enim: & ita in prædictis concludit Guliel.de Monte Laud. in Clem. prima, 5. quæst.de pœnit.& remis.quem ibi sequuntur Cardinal.nu.9.Anchar.nu.8.& 9. & Imol.nu.13.Henr. Boich. in hoc cap. nu.4. Et hoc verissimnm putat
13 Anchar.vbi supra nu.9. cum de victu quotidiano, vel alijs vitæ necessarijs tantùm detrahitur, vt verisimiliter debeat mori: hoc enim occidere est, l.Necare,ff.de liber.agnosc.cap.Pasce fame,86.dist. nec fuit intentio Canonum, dum ad pœnitentiam peragendam dant panem doloris,& aquam angustiæ voluisse vt homines citò morerentur, quia sic via indirecta exercerent Clerici iudicium sanguinis contra omnia iura, vt cap.In Archiepiscopatu, de raptor. & d.cap.Clericus, & cap. Sententiam, Ne Cler. vel Monach. & faciunt hæc secundum
14 Anchar.contra Episcopos, & Prælatos, qui Clericos de atroci crimine damnatos ponunt in gabia, vel in loco, in quo modico tempore verisimiliter viuere possunt, vt ex hoc homicidæ, & irregulares sint censendi,vt dicit Laurentius.Ex quibus etiam patet quàm sit cauendum ab opinione quorundam Modernorum,qui existimarunt Prælatos Regulares posse damnare subditum, vt fame pereat in carcere, præcipiendo alijs subditis, ne cibos ei deferant, inter quos Suarez tom.4.de Religion. lib.2.cap.10.nu.10.& 11.

Lector.

HAec habui, quæ mihi olim collecta in quinque Decretalium Libros tecum Pontificio nutu iussus communicarem: in quibus si quid vtile, aut bonum deprehendas, vtere,nec id ingenio, vel labori meo in acceptis refer, sed æternæ Sapientiæ, quæ aperit os mutorum, & linguas infantium facit esse disertas. Si quid secus, & animaduersione aliqua, vel seueriore oculo dignum, vt humanus es, veniam imbecillitati humanæ, & infirmitati meæ ne deneges. Cæterum quicquid est, totum Sacrosanctæ Catholicæ & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ Matris omnium fidelium, & Magistræ fidei, & veritatis iudicio, ac censuræ subiectum volo, vt si quid mihi exciderit dictum,scriptumve, quod vel minimum ab illius mente abire videatur, pro non dicto, scriptove sit. Et ita profiteor, & testificor coram Deo, & Christo IESV, qui est super omnia benedictus in sæcula. Amen.

F I N I S.

MONITIO AD LECTOREM.

In c.Quia nos, num.19. de Auth. & Vſu Pall. in 2. part. primi libri pag. 142. habetur, Epiſcopum poſſe exercere Pontificalia in locis exemptis in ſua Diœceſi exiſtentibus, ſed non poſſe contradictores compellere.

Aduertitur, hoc procedere iure communi inſpecto. Verùm ex Decreto Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium conceditur Epiſcopis facultas contra eos hoc caſu procedendi ad cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas. Decreti tenor talis eſt.

Decet Epiſcopis, pro eo, quo in Eccleſia Dei excellunt, Dignitatis gradu, in quocunque ſuarum Diœceſium loco, quoties eos ibi Pontificalia exercere, aut Pontificalibus adeſſe, & aſſiſtere contingit, eam, quam par eſt, reuerentiam, & honorem decoro cultu, & ornatu exhiberi. Quare non ſine graui animi dolore auditum eſt, nonnullos Regulares, vano quarundam immunitatum, & priuilegiorum prætextu, Epiſcopis in eorum Eccleſijs Pontificalibus intereſſentibus, non modò renuiſſe in eis ſupra locum Epiſcopalis ſolij Baldachinum erigere, verùm id etiam iuſſu ipſorum Epiſcoporum curantes prohibere, ac arcere auſos fuiſſe. Atque ideo Sac. Congregatio S. R. E. Cardinalium negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, et Regularium præpoſita, facto verbo cum Sanctiſs. D. N. Clemente VIII. ac de Sanctitatis ſuæ ſpeciali, et expreſſo mandato, hoc præſenti Decreto perpetuis futuris temporibus valituro declarat, ſtatuit, decernit, et mandat, vt de cœtero Epiſcopi, vbi tam ex conſuetudine, et priuilegio, quàm ex ſacrorum Canonum Conſtitutionibus, et Pontificalis Romani præſcripto, aut alio iure Pontificalia exercere, aut Pontificalibus paramentis cum Mitra, vel extra ſola cappa induti in quibuſuis Regularium tam Mendicantium, Monachorum etiam Caſſinenſium, Clericorum, Preſbyterorum, et cuiuſuis alterius Ordinis, Religionis, Militiæ, Societatis, aut Congregationis Eccleſijs intereſſe poſſunt, ipſi Regulares quoties opus fuerit, teneantur ibi, et debeant in loco ad Solium Epiſcopi conſtituendum opportuno, et congruo Baldachinum attollere. Eis autem id facere negligentibus, aut nolentibus, liceat eiſdem Epiſcopis illud apportari, et in quacumq; eorum Regularium, aut alia quamtumuis exempta Eccleſia, ſupra Epiſcopale ſolium, ſeu Pontificale faldiſtorium erigi facere, atque ſub eo ſedere, et ſtare, quemadmodum in proprijs Cathedralibus eorum Eccleſijs ſtare, et ſedere ſolēt, eo tamen duntaxat tempore, quo Pontificales eiuſmodi functiones exercebunt, vel dum actus ipſe, cui Pontificalibus aderunt, peragetur. Si qui vero Regularium huic declarationi, ſtatuto, decreto, et mandato inobedientes, et contumaces fuerint, ſciant ſe ab iiſdem Epiſcopis ad id per cenſuras, et pœnas Eccleſiaſticas huius Decreti virtute cogi, et compelli poſſe, aliiſque pœnis tam ſpiritualibus, quàm temporalibus arbitrio Summi Romani Pontificis ſubiacere, et obnoxios fore. Non obſtantibus etc. Romæ die 10. Iunij 1603.

In c.Niſi cum pridem, num.57.de Renunc.in 2. part.libri primi pag.158. aſſeritur S.R.E. Cardinales Epiſcopos conſueuiſſe admitti ad reſignandum, etiamſi debilitas corporis, vel alia cauſa ibi expreſſa non probetur.

Aduertitur, à pluribus annis ſeruari, vt ceſſiones huiuſmodi remittantur ad Sac. Congregationem rerum Conſiſtorialium, in qua cauſæ diſcutiuntur formato etiam proceſſu.

In c.Cum contingat, num.43. de foro compet. in 2.lib.pag.92. recenſentur Abbates, et alij inferiores Prælati, quibus diſpenſationes, et alia reſcripta Apoſtolica à Dataria, et Cancellaria diriguntur.

Sed quia hodie nonnulli deficiunt, et aliqui ſunt, quibus diſpenſationes Marrimoniales non committuntur, ideo hic inſeritur alia notula nuper habita ab officialibus Datariæ, videlicet.

Abbati Monaſterij Montis-Caſſinenſis Ordinis S.Benedicti nullius Diœceſis Prouinciæ Capuanæ, ſiue eius Vicario in ſpiritualibus generali.

Abbati ſæcularis, et Collegiatæ Eccleſiæ ſancti Martini oppidi eiuſdem Sancti Martini nullius Diœceſis in diſtrictu Vrbis, ſiue eius Vicario in ſpiritualibus generali.

Abbati Monaſterij S.Mariæ Farfen. Ord.S.Benedicti nullius Diœceſis in diſtrictu Vrbis, ſiue eius Vicario in ſpiritualibus generali.

Abbati Monaſterij S. Saluatoris Maioris Ord. S.Benedicti nullius Diœceſis in diſtrictu Vrbis, ſiue eius Vicario in ſpiritualibus generali.

Abbati Monaſterij Sanctiſſimæ Trinitatis Cauen.Ord.S. Benedicti nullius Diœceſis Prouinciæ Salernitanæ.

Abbati Monaſterij S.Scholaſticæ Sublac.Ord. S. Benedicti nullius Diœceſis in diſtrictu Vrbis.

Abbati Monaſterij Montis Virginis Ord.Sancti Benedicti nullius Diœceſis Prouinciæ Beneuent.

Abbati Monaſterij S.Siluestri terræ Nonantulæ Ord. S.Benedicti nullius Diœceſis Prouinciæ Rauennaten.

Abbati Monaſterij ſanctorū Vincentij, & Anaſtaſij ad aquas Saluias Ord. Ciſtercienſis trium Fontium nuncupati, nullius Diœceſis Prouinciæ Senen.

Abbati Monaſterij S. Mariæ oppidi Pinaroli Ord.S.Benedicti nullius Diœceſis Prouinciæ Taurinen.

Abbati ſæcularis, & Collegiatæ S.Petri oppidi de Lerma nullius Diœceſis Prouinciæ Burgen.

Abbati Maiori nuncupato ſæcularis, & Collegiatæ Eccleſiæ S.Mariæ Maioris ad Niues Vrbis Romæ, nuncupato oppidi de Oliuares, nullius Diœceſis Prouinciæ Hiſpalen.

Priori Monaſterij per Priorem gubernari ſoliti SS.Stephani, & Brunonis de Nemore nuncupati, Carthuſianorum Ord. nullius Diœceſis Prouinciæ Regien. Caſalium videlicet Serræ, Spatulæ, Bijungi, Montauri, Gaſpariuæ tantùm.

Priori Monaſterij per Priorem gubernari ſoliti S.Laurentij propè Padulam, Carthuſianorum Ord. Abbati S.Mariæ de Cadoſſa. nullius Diœceſis Prouinciæ Salernitanæ.

Priori

Priori Prioratus de Magazela Militiæ de Alcantara nullius Diœcesis Prouinciæ Compostel.

Priori Prioratus de Veles nullius Diœcesis Prouinciæ Toletanæ.

Priori Prioratus S. Iacobi de Spata nullius Diœcesis Prouinciæ Compostellanæ.

Præposito sæcularis, & Collegiatæ Ecclesiæ B.Mariæ Terræ Pisciæ, nullius Diœcesis Prouinciæ Florentinæ.

Præposito sæcularis, & Ecclesiæ B. Mariæ terræ Attini, nullius Diœcesis, Prouinciæ Theatinæ.

Officiali Archiepiscopi Tarraconensis in Insula Ericæ, à Ciuitate Tarraconensi 200. milliaribus, & vltra distan. Officiali Archiepiscopi in dicta Insula ritè deputato, etiamsi de illis &c.

Vicario Monasterij Abbatiæ nuncupatæ Sancti Martini Capituli Canonicorum Basilicæ S.Petri de Vrbe, nullius Diœcesis Prouinciæ Theatinæ.

In c. Ex Epistolæ num.9. de Probat. in secundo lib. pag.159. asseritur, in extinctione Montium non vacabilium restituendum esse Creditoribus pretium vltimarum venditionum.

Additur hoc nuper in praxi seruatum fuisse à Sanctissimo D. N. Alexandro in Bulla extinctionis, & suppressionis Montium Vacabilium, quinto Id.Martij Pontif. anno primo, vt in particula, quæ sequitur.

In hoc etiam satagentes, creditores Montium extinctorum pietatis, ac munificentiæ nostræ agnoscere experimentum, dum pro locis extinctis, ex quibus Camera Nostra initio illorum erectionis scuta centum in singula loca recepit, & aliquorum indicio, ac etiam exemplo sanctæ mem. Pij V. qui pro Locis Montis Iulij centum scuta dumtaxat eius edicto iussit restitui, non nisi ad eiusdem receptæ quantitatis restitutionem forsassis teneremur: nihilominus illa plus ferè dimidio æstimata libentissimè refundimus.

In eod. c. Ex Epistolæ, num.17. vbi habetur, cessante pacto de redimendo, Loca Montium redimi non posse nisi ob publicam causam.

Aduertitur hoc non procedere secundùm opinionem Azorij, & aliorum plurium, qui tenent Montes ex sui natura esse redimibiles instar Censuum ex Bulla Pij V. hoc enim posito, Camera redimendo non violat contractum, nec vlli facit iniuriam, sed iure suo vtitur.

In c. Inter alia, num.12. de Immunit. Ecclesiæ in secundo lib. pag. 376. redarguuntur Iudices Laici, qui contra reos ad Ecclesias confugientes, & in eis commorantes, sententias capitales, vel alias pœnas corporis afflictiuas continentes proferunt.

Aduertitur, Sacram Congregationem Immunitatis in causa Mantuanæ 10. Septembris 1629. censuisse Iudicem etiam Laicum posse procedere contra confugientem ad locum immunem prout Iuris in contumacia. Et in Ianuen. die 9. Octobris 1629. Nicolaum de Valle restituendum esse Ecclesiæ, sed Iudicem Laicum posse contra illum ad pœnam exilij, & ad alias in contumaciam procedere.

In c. de Illis, num.31. de Desponsat. Impub. in 4. lib. pag.24. firmatur, matrimonium contrahi posse ante ætatem legitimam de licentia Episcopi, quando certum est ex habitu corporis, & alijs signis malitiam supplere ætatem.

Aduertitur etiam in hoc casu expedire, vt petatur dispensatio à Sede Apostolica quemadmodum hucusque fieri consueuit. Sic enim res agitur cum plena securitate conscientiæ, & vitatur periculum nullitatis matrimonij, si fortè aliquis ex contrahentibus re vera non sit habilis ad copulam coniugalem, super quo defectu solus Papa dispensat, vt concluditur ibid. in 2. casu num.30.

In c. Mandato, num.11. & num.44. de Simonia in 1. parte lib.5. pag 179. recensentur facultates Maioris Pœnitentiarij.

Additur in hac materia seruandam esse Constitutionem san. mem. Vrbani Octaui incipien. Regimini vniuersalis Ecclesiæ, cuius fit mentio ibid. num.46.

In c. Super specula, num.17. vers. Cæterum, de Magistris prima parte lib.5. pag.208. refertur decisio S.Congregationis Concilij à Pontifice Maximo approbata, qua resolutum fuit, Episcopos post Concilium non posse dispensare cum his, qui obtinent Parochiales Ecclesias, vt litterarum studijs ad septennium incumbere valeant; & interea promoueri minimè teneantur, nisi ad Ordinem Subdiaconatus.

Additur ex stylo receptissimo Datariæ nec Summum Pontificem tales dispensationes concedere, sed præcisè seruari Constitutionem Gregorij X. in Generali Concilio Lugdunen. editam, & elapso anno ab eodem præscripto concedi passim impetrationes contra illos, qui non fuerunt promoti.

In c. Vergentis num.31. de Hæreticis in prima parte lib.5. pag.221. refertur stylus S. Congregationis S.Officij à rec. mem. Clemente Octauo approbatus, secundum quem filius condemnati de hæresi non est de ipso iure priuatus beneficijs, & pensionibus ante Patris condemnationem obtentis.

Additur hoc esse receptum in S.Officio etiam post vltimam decisionem Peregrini ibi allegatam, & seruari in Dataria etiam hoc tempore Pontificatus S. D. N.

In c. Cum contingat, num. 39. de Ætat. & qualit. in 2. parte primi libri pag. 260. Aduertitur, Sede Episcopali vacante, infra annum à die vacationis Vicarium Capituli debere omninò abstinere à dimissorijs concedendis ad primam tonsuram alicui, qui beneficij Ecclesiastici recipiendi occasione arctatus non fuerit: & ita hodie seruari.

In c. Ne innitaris, num.26. de Constitut. in 1. parte primi libri pag.41. ibi, in c.2. legendum in prima secundæ.

Ibid. pag.97. num.237. post ver. Præfectos, addendum, seu verius, ad Eminentissimos Cardinales Concilij Tridentini Interpretes.

In c. Quoniam, num.7. vers. Quam quidem Congregationem, de Constitut. in 1. parte primi libri pag.175. ibi, Sixtus V. die octaua Maij 1586. legendum, Gregorius XIII. die 8. Maij 1576.

In c. Cum venissent num.54. de Iudicijs, parte 3. lib.2. pag.27. ibi, Monasterium quosdam hæredes Moniales, legendum Monasterium Monialium quosdam hæredes.

In c. Ex Epistolæ, num.9. vers. posita, de probat. par.3. lib.2. pag.158. post verba, tam vacabilium, addatur, quàm non vacabilium.

In c. Exposuisti, num.27. in fin. de Præbend. par.4. pag.181. ibi, 1601. legendum 1612.